Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

IHS
BIBLIOTECA DE LOYOLA.
Sala 1
Estante 19
Plúteo 9

62,5

Doctoris

Ioannis a Roa Diuini Theologi

38 28 17

20

4

Ad Cathol. Hispanorum Regem Philip. II

Derecho civil y canónico

Impressi apud Petrum Madrigal

Anno M.D.XC

Universidad de Deusto
Biblioteca

+

Doctoris

Ioannis de Roa Davila Theologi

Apologia

De Juribus Principalibus

defendendis, et moderandis

justè.

Ad Cathol. Hispaniar. Regem Philip. II.

D. N.

Matriti apud Petrum Madrigal.
Anno M.D.XCI.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Catalogus Quaestionum

1. De justo jure Principum contra vim Ecclesiasticorum, si quando accidat. à pag. 1.
2. De Laicorum usu in hac re moderando, et de Ecclesiae privilegiis; etiam erga Principes. à p. 81.
3. De commodis Principum. à pag. 213.
4. De Campestrium usu licito, et illicito. à pag. 235.
5. De usu spectaculorum, ludorum, et tauromm. à pag. 330.
6. De Stipendiis, juribus, et donis Ministrorum, et defensorum Reipublicae. à pag. 375.
7. De Theologicis regulis juste debellandi, et obtinendi Regna. à pag. 450.

Censura

Hos septem diversarum rerum tractatus, jussu Regii Senatus, mihi ad examinandum commissos, et à Doctore Joanne de Roa, Davila summo elaborato studio, et accuratissima vigilantia editos, attente semel, atque iterum legi. In quibus nihil, quod orthodoxae Fidei contrarium, seu dissonum, et praeclara multa satis dignissima, communi bono, Reipublicaeque utilitati (maximè his temporibus) necessaria reperi. Sunt etenim tanta eruditione, doctrina, et candore dicti, ut (meo iudicio) quod in lucem prodeant, inculpatus, typisque mandentur, maxime necessarium sit: In cuius testimonium subscripsi. Matriti in Sanctissimae Trinitatis conventu 13. die Junij anni 1590:

Fr. Marcus de Salazar.

Universidad de Deusto
Biblioteca

El Rey.

Por quanto por parte de Vos èl D.r Juan de Roa Davila no fue hecha relacion, que Vos haviades compuesto ùn libro, intitulado.. *Apologia de juribus principalibus defendendis, et moderandis jurte.* el qual os havia costado mucho estudio, y trabajo. Atento à lo qual Nos pedistes, y suplicastes os diesemos licencia, y facultad para le poder imprimir, y privilegio para le poder vender por èl tiempo, q.e fuesemos servido, y q.e ninguna persona lo pudiese imprimir sin vra. licencia, ò que fue. ello proveiesemos como la mra. Mad. fuese. Lo qual visto p.r los del nro. Con.o, y como por su mandado se hicieron en el dho. libro las diligencias, q.e la Prematica, por Nos agora nuevam.te hecha, sobre ello dispone, fue acordado, q.e debiamos mandar, dar esta mra. Cedula p.a Vos en la dha. razon, y Nos tuvimoslo p.r bien: por la qual vos damos licencia, y facultad, para q.e por tpo. de diez años prim.os sig.tes q.e corran, y se cuenten desde el dia de la data de esta mra. Cedula, Vos, ò la persona, q.e vro. poder oviere, y no otra alg.a podais hacer imprimir, y vender el dho. libro, q.e de suso se hace mencion, en este mro. Reino, por el original, q.e en mro. Consejo se vio, q.e va rubricado cada plana, y firmado al fin del de Gonzalo de la Vega, mro. Escriv.o de Camara de los q.e en el mro. Con.o residen; con que despues de impreso, antes q.e se venda, cada vez, q.e se imprimiere, le traigais ante los del mro. Con.o juntam.te con el Original, para que se vea, si la dha. impresion esta conforme à èl, ò traigais fè en publica forma èn como por el Corrector, nombrado p.r mro. mandado, se vio, y corrigio la dha. impresion con el dho. Original, y si se imprimio conforme à èl, y q.e quedan assimismo impresas las erratas p.r el apuntadas, y q.e cada un libro de los q.es assi fueren impresos: y se os taxe el precio, q.e por cada volumen oviereden de haver. Con que primo. q.e se venda, se imprima la taxa, q.e de los dhos. libros se hiciere, en la primera ojа de cada volumen, q.e se imprimiere, so pena de caer

Universidad de Deusto
Biblioteca

incurria en las penas, contenidas en la dha. Prematica, y leies de mñ Reinos. Y mandamos, q. durante el dho. tpo., persona alguna sin nuestra licencia no lo pueda imprimir ni vender, so pena, q. el que lo imprimiere, ó vendiere haia perdido, y pierda todos, y qualesq.as libros, y moldes q. del tuviere, y vendiere en estos mñ. Reinos; è incurran en pena de cinquenta mil mrs: la tercia parte de ella p.a el denunciador, y la otra tercia parte p.a el Juez q. lo sentenciare. Y mandamos à los del mñ. Consejo, Presidente, y Oidores de las mñs. Audiencias, Alcaldes, y Alguaciles de la mña. Casa, y Corte, y Chancillerias, y à todos los Corregidores, y Asistentes, Governadores, Alcaldes maiores, y ordinarios, y otros Jueces, y Justicias qualesq.r de todas las ciudades, villas, y Lugares de los mñs. Reynos, y Señorios, ansi à los que agora son como à los q.es sean de aqui adelante, que vos guarden y cumplan esta mña. Cedula, y mñd., q. ansi no hagamos, y contra el tenor, y forma de ella no vaian, ni pasen en manera alguna so pena de la mña. mñd. y de Diezmil mrs. para la mña. Camara. Dada en S.n Lorenzo à 25. dias del mes de Agosto de 1590. años = = Yo el Rey = Por mandado del Rey mño. Señor = Juan Vazquez

HISPANIARUM

Regi Catholico Philipo Secundo.

Ioannes de Roa, Davila, Doctor Theologus S. et P.F. exoptat.

Primicias laborum meorum (Princeps Catholice) tibi dicare, tua freus benignitate, aususus sum: quod hos (inter alios, quos ad publicam utilitatem de difficillimis Sacris mysteriis composui) ere tua, Christianorumque Principum, vestrorumque regnorum fueros esse existimaverim. Veteres ergo erit humanitatis ea, quae perve prava sunt, fovere; et quae ad pacem, salutemque communem accommodata videntur (optatum ut habeant finem) coexcitatione recipere. Vale prospere, ac foeliciter.

AVTOR

Ad Ecclesiam Sanctam.

Opus (quod Ecclesiasticae Censurae submitto) vobis Offero catholicum, quod et utile existimavi (Sacra Christi Congregatio) ut praecepto Dominico, Ecclesiastici. 44. praescripto, honorique nostro satisfaciamus: curam boni nominis habentes; nec permittentes consuetudines inter fideles, prudentes, et docto populo recepta reprehendi, aut in suspicionem vocari, ut apud aliqos non tantum alia jura Regalia, quae defendimus, sed et vis Ecclesiasticae propulsatio per Principes, quam praecipue probamus, notari video. Sed nostro pectore tractata, facile quisque judicabit licita usu communi, et disputatione nostra probari: nam neque iniusta, aut immunionem in Ecclesiasticam iurisditionem, neque canonum Ecclesiasticorum cognitionem directam per Principes, in his, in quibus liberum Ecclesiastica locum habet, neque ficos praeceptus monamus. Sed remedii appositionem paternam ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

verum vim manifestam (cum Praesules Domini, et iuris commissionem excederent: in quo non coercerentur potestas ecclesiae ad aedificationem solum data 2. Cor. 10. Paulo, et Leone Pontif. Maxim. cap. manet. 24. q. 3. affirmantibus, cum vis, aut iniustitia, vel iniuria fieret) licere omni iure (quo Principibus à Republica positis leges ante constitutae sunt) contendimus. Quod si ecclesiasticis Praesulibus aliud videatur, quaeso, auditis partibus, et doctis viris, potestateque, et assistentia Domini utentes, quid credant, factoque opus sit, diffiniant: non enim acquiescimus; sed ipsos nobis tum fore, persimiles certe confido. Interim tamen, Lector, sinceram intentionem facrum opus accipito. In quo, licet Caietanus, Driedo, Satus, Covarruvias, Simancas, Gregorius Lopez, Palacius Rubeus, Loarnes Gravia, Azevedo, Gutierr., Salzedo, Gracianus, Augerius, Cachopanus, Rucerus, et alii, qui nunc vivunt docti viri laborarint: eos parte rem comprobantes, et aliquas immunitatis, et libertatis Ecclesiasticae exceptiones apponentes, sed novum non superfluit labor, theologice, et iuridice vera rei fundamenta, et difficultatum solutionem aducens: quemq. non solum priores ordinariae diligentiae, et examinationes, in Hispania consuetae probarunt, sed praevissimorum, qui nunc vivunt, et Regii Senatus, ultima revisio, et commendatio illustriorem fecit, neque adversus illum etiam primarii oppugnatores, etiam sepe requisiti, quidquam adversum nostri assertis attulere. Accipite ergo opus, non solum elaboratum, sed et impugnatum, approbatumque, quod ultimam ea, quae aditur est, sincera publicae utilitatis intentione accipiatur, et in offensa pede decurrat.

NOTATIO PRIOR DE RATIONE EORVM, quæ dicenda sunt.

1 Intentio Autoris.

QVM Sæpius (optime Lector) animum ea cura pulsasset, qua ratione duobus incommodis vel præsentibus fortè, vel vicinis obstari posset: alterũ ex indiscreta obmurmuratione procedens eorum, qui iusta etiam iura principum suspecta habent, vel reprehendunt iniustè: cum tamen nec potentiæ obsistere facilè sit cuiquam, nec iustitiæ resisti sit æquum, sed reipublicæ potius bono, paci, & æquitati contrarium; sæpeq; indiscretum scrupulum, peccatum ex conscientia erronea (vt ex Apostoli sententia B. Thom. prima secundæ. q. 19. affirmat) inducentem, oriri contingit, ex iniusta reprehensione eorum, qui nihilo magis ab instituto discedent, si loquaris, quam si taceas. Alterum, quod incommodum non paruum esse etiam fateor; cui & obstandum esse dixi: illud erat, si fortè potentia sua freti principes, in suorum iurium vsu excedant; & quod deterius esset, si aduersus Ecclesiam insurgentes, Deo aduersari contenderent. vt ergo his malis medelam ego reipublicæ minimus offerrem, Apologiam præsentem euulgare curaui: qua nemini iniuriam, aut molestiam inferre, nullius gratiã ambire nitimur; sed veritatem primum explicare, ecclesiasticaq; simul, ac temporalium principum iura,

B. Apostolus.
B. Thomas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& commoda deffendere: & ne excedatur, moderari contendimus.

2 Titulus exponitur.

Sicq;, vt cathalogo principio præfixo demõstratur, agemus de deffendendis, & moderandis iuribus principalibus eorum, qui in republica Principem locum tenent. ideoq; eorum commoda principalia iura in titulo quæstionis appellamus. Nec tamen ea, quæ iuris peritiæ sunt, nunc fusius prosequemur, quam perfectio probationum necessariarum requiret. sed ea, quæ ad conscientiæ forum spectabunt, theologicè exponemus: proponentes quidem ea solum, quæ controuersiam, aut dubitationẽ generare, inter iura Principum videantur: cæterorum explicationem alijs relinquentes.

QVÆ-

CONTENTA
in Quæstione prima.

1 *Cautio ad dicenda, de tollenda vi.*
2 *In quibus potest contingere fallibilitas, & vis. & contra: in quibus sunt infallibiles prælati.*
3 *Prædictorum fundamenta.*
4 *Lapsus inferiorum.*
5 *Obedientiæ ecclesiasticæ cautio.*
6 *In praxi tollendæ vis, reuerẽtia erga prælatos habẽda est.*
7 *Regulæ ad vim dignoscendam: comprehendentes omnem modum vis.*
8 *Assertione principali deffenditur ablatio vis, & authoritate doctorum probatur.*
9 *Iure positiuo probatur ablatio vis licita.*
10 *Iure diuino idem conceditur.*
11 *A Paulo limitatur, & declaratur potestas ecclesiæ: ad ædificationem, non in destructionem.*
12 *Iure naturali licet ablatio vis.*
13 *Defensio licita.*
14 *Læsio, & vis in quibus rebus adesse possit?*
15 *Princeps paternum ius obtinet in rempublicam.*
16 *Principes obligantur ad vim tollendam.*
17 *In conuenientia depelluntur.*
18 *Diuinæ leges non tollunt defensionem naturalem.*
19 *Iniurianti etiam potestati, sine scandalo, licite resistitur.*
20 *Aptius per principum potestatem, quam per ecclesiasticos, vis tollitur: regulariter.*
21 *Explicatio censurarum.*
22 *Non incurruntur censuræ, per vis ablationem.*
23 *Consuetudines & media iusta practica vis tollendæ.*
24 *Horum probatio.*
25 *Licet acta processus Ecclesiastici inspici à laicis.*

 26. De

26 *De compulsione ad exhibitionem processuum.*
27 *De licito rigore, in incorrigibiles.*
28 *Per hanc non incurritur in canonem.*
29 *De iniustæ sententiæ retractatione, vel declaratione.*
30 *Quid sit agendum circa mandata Pontificis summi in huiusmodi?*
31 *In casu artissimo quid faciendum?*
32 *De verbis, quibus vtentur Principes, erga prælatos.*
33 *Causa recte iudicata, remittenda est ad prælatum.*
34 *De schismatis, & seditionis remedio.*
35 *Illationes de specialioribus capitibus vis illatæ.*
36 *Licite aufertur vis illata, in vsu immunitatis, & libertatis.*
37 *Declaratur, & probatur.*
38 *Casus, & exceptiones ecclesiasticæ immunitatis, & libertatis.*
39 *In excessu huiusmodi, faueretur delictis.*
40 *Quid Principi, & iudicibus laicis liceat in huiusmodi.*
41 *Licet compescere ecclesiasticos ad arma confugientes.*
42 *In casibus exceptis, licite ommittitur immunitas, & libertas.*
43 *In controuersia immunitatis, quis sit iudex?*
ibi. *Vbi est periculū in mora, licet remedium apponere statim.*
44 *Notatur argumentorum vis.*
45 *Primum ab ecclesiæ potestate, & responsio; excluso etiam consuetudinis contrariæ vigore.*
46 *Secundum à prohibitione iudicandi ecclesiasticos, & responsio.*
47 *Quid iudicium sit? & quod vetetur?*
48 *Tertium ab immunitate, & libertate ecclesiæ, & respōsio.*
49 *Quartum ab aliorum mediorum appositione ad vim tollendam, præter laicam potestatem, & responsio.*
50 *Difficultas vtendi medijs ecclesiasticis, ad vim tollendā.*
51 *Quintum à censuris ecclesiasticis, & responsio.*

Expli-

52 *Explicatur canon clericalis, & Tridentinum concilium, & bulla cœnæ Domini, circa vim.*
53 *Sextum ab audaciæ occasione, & soluitur.*
54 *Licet grauatis interpellare regium auxilium.*
55 *Illi tamen fraudem caueant.*

QVÆSTIO PRIMA.

De iusto iure principum ad tollendam vim, si quandoq; inferri fortè contigerit ab ecclesiasticis: in mandatis, iudicijs, & immunitatis vsu.

1 Cautio necessaria.

QVÆSTIONEM Fateor satis difficilem, adeoq; molestam hanc esse: quam (nisi publica me vtilitas vocaret) mallē certè silentio præterire, quam explicare quid in ea sentirem. Verum amicitior veritas, quæ Deus ipse est, quam reliqua omnia. neq; tamen existimo sanctissimos Pontifices, reliquosq; sanctæ ecclesiæ prælatos grauiter laturos, & quòd veritas scriptis mā detur, & quod ius suum vnicuiq; tribuatur: cum & eorum sacris exemplis tota (Deo duce & aspirante) ecclesia sancta ædificetur; & neq; certè indiget Deus nostris mendacijs; nec ecclesiastica dignitas regali- *Iob.* 13.
bus indiget iuribus. Tantum hoc optemus omnes, vt ecclesiasticæ certæ potestati, & sacræ authoritati
Nota. debita obedientia, ac reuerētia defferatur: neq; prætextu vis tollendæ, ei iniuria aliquādo fiat: hoc nāq; cauendum esse sequenti quæstione monebo. Nunc vero quid princeps valeat, inquirimus; & quid ei liceat, si quando ecclesiasticos officiales prælatorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

iniuriam irrogare, in ecclesiasticarum causarũ expeditione contigerit (homines enim cum simus omnes subditi, atq; prælati, humanum à nobis nihil alienum putemus oportet).

2 Assertio de his, in quibus infallibiles, & fallibiles sunt ecclesiæ prælati in quibus esse vis potest.

In his enim quæ particularia sunt, ad causarũ decisionem spectantia, & ad bonorũ, vel tẽporalium, vel ecclesiasticorũ beneficiorum inter fideles distributionem, falli posse ecclesiasticos prælatos, omnes, certa, & catholica doctrina scimus (quamuis in his quæ generalia sunt, tum in docendo, tum in præcipiendo necessaria ad salutẽ, in Pontifice summo, & in ecclesia vniuersa reperiri non posse fallibilitatem certa fide credamus: de qua re pauca quæstione sequenti dicam) de particularibus itaq; decretis circa causarum expeditionem particularium fidelium, & circa distributionem bonorum quorundam beneficialium ecclesiæ, falli posse pontifices, & prælatos affirmamus. quamuis id non sæpe, ob Spiritus sancti assistentiam suspicandum sit: quem non solum in necessarijs, sed & in cæteris pluribus assistere credimus: licet non semper diuino, sed humano quãdoq; duci affectu illos sinat. Cum enim perfectissimus sit Deus, eiusq; perfecta opera, & viæ eius omnes iudicia (vt Moyses sanctus decantabat Deut. 32.) omnia æquè in numero, pondere, & mẽsura (vt verbis vtar Sapientis. c. 11.) disposuit: atq; ideo sicut nõ defficit in necessarijs diuina prouidentia, manutenens ecclesiasticos prælatos, ne in rebus grauioribus, & ad salutem necessarijs, deficiant: sic nec abundat in superfluis. Nam in his doctrina catholica, & doctorum opinione, prudentiaq; sua, cũ communibus Dei auxilijs duci possunt Dei ministri. hoc enim, vt Salomon Eccles. 12. dicebat, genus est aptissimũ prouidẽtiæ Dei; vt per doctrinam magistrorũ ad superna proue-

Ratio prima.

Moyses.

Sapiens.

Sapiens.

prouehamur: neq; enim solũ in Ecclesia Põtifices, sed & doctores, ad sanctorum ædificationem constituisse dominum, Paulus ad Ephes. 4. commemorat. *D. Paulus.*

Enumeratio fallibilium.

Huiusmodi verò particularia vocamus: causarum decernendarum iudicia; particularia mandata circa agenda, aut omittenda cõmunia: quæ scilicet, seclusa prælati præcepto fieri, & omitti aliàs sine peccato valerent; bonorum huc, illucq; applicatio, aut dispositio; suppliciorum, vel absolutionis, ac præmij decreta, circa vsum, vel omissionem legum. In istis enim diuersa lõge ratio est à generalibus fidem, vel mores attinentibus: in quibus si erraretur, in grauẽ, & veritati catholicæ aduersum errorẽ, incideretur: vt est diffinitionum dogmatum materia, atq; præcepta virtutum sequendarum, effugiendorumq; vitiorum, quæ fidei nostræ veritatem complectuntur: in quibus falli, fallereue Pontifices Deus non sinet. Cæterum etiamsi in iam dictis particularibus aberrent, non infertur tantum ecclesiæ detrimentum; nec ex eo lapsu speculatiua assertio falsa deducitur; sed fortè iniuria, ac iniustitia operis iudicij ipsius, quod humanum quidem, nec mirum esset: cum personæ Pontificis virtus, non sit à Deo confirmata.

Secunda ratio. Enumeratio infallibilium.

Tertia ratio.

His addẽ, quod optime Caietanus infra citando loco animaduertit, & ante illum egregius Pontifex Innocentius. III. harum particularium causarum decisionem, ab opinione Doctorum, & ab informatione partium dependere, in quibus varius procedendi modus, veritasq;, atq; falsitas reperiri solet. Ideoq; non mirum si prælati eas varietates sequentes, varij sint, vel à veritate discedant, in causarum decisione, quæ quasi conditionaliter intelligenda est: si & facti relatio, & sequuta opinio verum habeant.

Caietanus.

Innoc. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

3 Authoritas.

Itaque in his particularibus non mirum est, nec impossibile, si humanos lapsus in Pontificum decretis, ac prælatorum iudicijs reperiamus, quæ libera humanæ diligentiæ Deus reliquit. quod expresse omnes catholici, ingenueq; fatentur, vt ex professo docet, ex communi catholicorum doctrina, magister Canus libro quinto de locis theologicis capite quinto quæstione quinta, & Caietanus in suo decimoquinto opusculo ad Leonem.X. capite octauo ad finem, tomo primo opusculorum, vbi inter alia ait: si quis autem putet summum Pontificem errare nõ posse in istis particularibus actibus, quales sunt dispẽsationes bonorum tam temporalium, quã spiritualium ecclesiæ, putet quoq; ipsum nõ esse hominem. hæc ille, cui Cardinalatus dignitas nõ certè obstitit, quin veritatem fateretur. Sed & Pontificis summi authoritate fulgens Innocentius. III. eandem, quã & nos, limitationem Pontificalibus decretis adhibuit in capite à nobis de sententia excommunicationis dicens: iudicium Dei veritati, quæ non fallit, nec fallitur semper innititur; Iudicium autem ecclesiæ nonnunquam opinionem sequitur, quam & fallere sæpe contingit, & falli, hæc Pontifex. Sed & experientia sæpe docet inter Põtifices summos opiniones varias reperiri, quas in decretis suis de causarum decisione exercent, & quod vnus concessit, alter vetat, & è contra, vt videmus notatum à magistro Victoria in summa de Sacramentis quæstione decimaquinta de baptismo, alterum Pontificem decreuisse baptizatos sub vna forma non esse rebaptizandos; alterum vero illos baptizandos iterum esse dixisse. quod sano, & catholico modo accipiendum est, tum quod consultò decretorum, & legum varietas, pro rerum variarum ratione accidat; tum q illa.

M. Canus.
Caietanus.
Innoc. 3.
Pontifices.
M. Victoria.

illa, de quibus egimus, baptizationis decreta, nõ referuntur quidem ad declarandã Sacramenti formã, de quo articulo si ageretur: quòd ad fidẽ pertineat, non posse errorem, aut variationem in Pontifice summo reperiri diceremus. Cæterum referenda est præceptio ad iussionem rebaptizationis, vel prohibitionem ipsius, quæ tunc sub opinione illa licitè executioni mãdarentur ab his, ad quos Põtificalia respõsa defferrentur. Itaq; in decernendis particularibus causis rerum, quæ ad salutem non sunt necessariæ, nec circa fidei propositiones sunt, non mirum si varia in Pontificibus summis reperias. cum de sola fide, & lege Pontificis, & Ecclesiæ Lucæ. 22. promiserit dominus: rogabo pro te, vt non deficiat fides tua.

Obiectionis respõsio.

D. Lucas.

4 De inferiorum lapsibus.

At de inferioribus singulis prælatis: nec sacris scripturis, nec traditionibus, aut sententia catholicorum, certam habemus eorũ in veritate constantiam in omnibus. quãuis Deum suæ ecclesiæ, & prælatis etiam in concilijs assistere credamus. nihilominus tamen sæpe errores, & lapsus iudiciales experiri nõ mirum esse debet. ad quorum remedium institutum est iustum appellationum ius ex inferioribus ad superiores prælatos, vt illorum errata isti corrigant: vt titulis de appellationibus: de supplenda negligentia prælatorũ, & alijs huiusmodi inter canonica decreta satis constat. Itaq; non mirum erit, si in decretis, ac iudicijs inferiorum prelatorum; imo si etiã in Pontificalibus mandatis, & decretis causarum particularium decisiuis lapsus reperias; quibus vis, aut iniustitia appareat manifesta, non error in Pontifice.

Collectio omniũ prædictorum.

Canonica iura.

5 Notatio de necessitate, ímitationeq; obedientiæ ecclesiasticæ.

Deinde aduertatur quæso, primum quidem Ecclesiasticam potestatem prælatorum, & ijs debitam

Universidad de Deusto
Biblioteca

obedientiam ab omnibus Christi fidelibus, ac reuerentiã ijs, qui loco sunt Christi, illæsam ab omnibus fidem profitentibus, siue infimis, siue potentibus debere seruari. Cum Apostolis, & eorum successoribus Christus Lucæ decimo dixerit: qui vos audit, me audit: qui vos spernit, me spernit. Cui consonus Apostolus ad Hæbreos cap. decimo tertio addit: obedite præpositis vestris, & subiacete eis. cæterum de his quæstione sequenti latius agemus. Cum vero omnia sapienter, ac suauiter, vt sapientiæ octauo dicitur, Deus disposuerit, noluit prælatis ad destructionem nostram, sed solum ad ædificationem, potestatem in nos concedere, vt constat Pauli secundæ ad Corinthios cap. decimo, cuius verba hæc sunt; fusiusq; infra prosequemur. Et ideo in his, quæ illicita essent, vel iniusta merito censerentur, obedientia non debetur: quòd non ex potestate, sed ex lapsu humano, ac proprio, in his tunc prælati procedant, si id contigerit. ab eaq; obedientia liberos non solum esse, sed & cauere nos debere, monet beatissimus doctor Augustinus sermone septimo ad fratres in eremo ad finem, & diuus Gregorius vigesimo quinto libro moralium capite vigesimo primo, & antiquissimus Origenes in capite decimo sexto super epistolam ad Romanos, & diuus Bernardus sermone vigesimo tertio in cantica, qui etiam ausus est ibi tale ecclesiasticorum prælatorum imperium vocare iniustum, atq; tyrannicum, si contigerit scilicet iniustitiam committere, & plus æquo subditos vexare. Itaq; posibile esse iustitiam à prælatis ecclesiasticis violari; & tunc verè non teneri nos obedientiæ vinculo certum est, quamuis semper scãdalum vitandum, & pro prælato in dubio esse præsumendum, atq; sentẽtiam pastoris esse timendam, nisi

D. Lucas.
D. Paulus.
Sapiens.
D. Paulus
D. Augustin.
D. Gregorius.
Origenes.
D. Bernard.

nisi cum aperta nullitas inuenitur, inferius etiam dicemus, hac, & sequenti quæstione.

6 Notatio de praxi ecclesiasticæ vis cognoscendæ, & cõmendatur reuerentia Ecclesiæ.

Sed ad praxim si rem istam refferas, illud primo loco, ob Christi (cuius vice funguntur prælati) memoriam, oportet etiam, expertos Pontificũ, & prælatorum lapsus occultare potius, quàm euulgare: ne Caninã maledictionem incurramus. Etenim posibiles eos esse nõ dubitamus; tamen non solũ homines, sed & prælati nostri, & in Christo patres sunt: Ideoq; remedia conuenientia etsi apposuerimus (id enim licitum esse infra dicemus) tamẽ honoratiori modo id fiat, & in bonã partem potius visa refferto. Cæterum ad sequentium practicam intelligentiam, oportebit regulas subijcere generales, ad quas facta particularia applicantes facilè cognoscemus illatam iniustitiam, & vim ecclesiasticorum prælatorum, si fortè contigerit. quando verò ea accidat practicis relinquo viris. Neq; ego in parentum in Christo nostrorum pontificum, & prelatorũ factis diiudicãdis, primus esse volo: quãuis etenim nostros præpositos diuino iure, & præcepto illos esse fateamur; tamẽ in his, quæ humanæ diligẽtiæ libera reliquisse Deum, in quibusq; lapsus posibiles esse probaui; ad communem catholicorum doctrinam si facta Pontificum referam, non iniustè agam: quòd à Christi ipsius, deiq; communis domini præceptis, ac traditione, catholica doctrina promanet. voluitq; ipse (vt ait Salomon Ecclesiastes. 12.) per magistrorum doctrinam à pastore vno disciplinam, qua ad certa ducamur, dimanare, & colligi in Ecclesia sancta: in qua, vt ex Paulo ad Ephesios. 4. iam dixi, Pontifices, & Doctores etiam ad cõsumationem sanctorum in opus ministerij Deus constituit: eorum ergo duci consilio, ac sapientia res nostras æquum erit.

Genes. 9.
Sapiens.
D. Paulus.

Iam

Universidad de Deusto
Biblioteca

7 Regulæ. Ad cognitionē vis.

Iam ergo breues regulas dignoſcendæ vis, ſi acciderit ab eccleſiaſticis prælatis inferri, nunc accipe. neq; tamen omnia, quæ ad iudicandi rationem ſpectant, hic nobis euoluenda ſunt, ſed generales quaſdam propoſitiones ab omnibus ſapientibus receptas ſubijciam. ex quibus ad ſpeciales caſus, in quibus vis accidere poſsit, perueniri poterit. A multiſq; nunc (vt modeſtè loquamur) explicandis abſtinebimus.

Prima Regula. Si contra ius diuinū & naturale agatur.

Primo ergo inferri vim iudicabimus, ſi Pontifex, & prælatus cōtra ius diuinum, & naturale agat. quia Deus, & naturę leges ſuperiores omnibus ſunt, vt communi iuris, & theologiæ peritorum ſententia conſtat, ac fidei ſinceritate colligitur. Ideoq; aduerſus huiuſmodi agendi, nemini facultas data eſt: vt in aperta tyrannide, & negatione iuſtæ appellationis.

Secunda regula. Si contra humana iura vniuerſa.

Item quando humana iura irrationabiliter perterentur: tunc enim peruerſitas in deordinationem reducitur contra bonum commune, & contra naturæ leges: tum ad iuſtitiam, tum ad charitatem pertinentes: & ideo hortandus eſt pontifex (ſi quod Deus auertat) id egerit, vt ad veritatem euangelij omnia reducat. factum tamé teneret, & ſemper pro prælato præſumitur, vt ex iurium deciſsione titulis de legibus, & conſtitutionibus in iure vtroq;, & cōmuni doctorum ſententia docemur. De quibus lege B. Thom. prima ſecundæ quæſt. 96. &. 97. & Sotū libro primo de iuſtitia quæſt. 6. &. 7.

Iura.

D. Thomas.

Mag. Sotus.

Tertia regula. Si contra ſuperiorem.

Item quando inferior ageret contra legem ſuperioris, vel contra ius: quia claudicaret actus, ex defectu poteſtatis (niſi quando conſuetudine, vel conceſsione aliud liceat. de quo lege Syluestrum titulo diſpenſatio numero decimoquinto, & matrimoniū ſexto, numero ſexto, & Angelum titulo diſpenſatio numero

Syluester.

numero quinto, & matrimonium tertio, numero tertio. Doctorem Nauarrū capite vigeſimoquinto manualis numero. 82. eaq; communis ſententia doctorum eſt. & in hoc genere errāt eccleſiaſtici iudices vim facientes in cauſis ordinarijs: cum non procedunt ſecundum ius: q̄ ipſis ſuperius eſt.

Nauarrus.

Quarta regula. Si per errorem intollerabilem agatur.

Item vis eſt, quando eccleſiaſticus in ſententia, & mandato incurrit errorem intollerabilem cōtra ius manifeſtè: vel ſine poteſtate, aut excedens commiſsionem, & poteſtatem agit: tunc enim eius ſentētia, vt nulla, nec obſeruāda, nec timenda eſt. ſi excludas ſcandalum, vt ex omnium doctorum: tam iuris, quā theologiæ, ſententia colligunt Epiſcopus Couarruuias in capite alma mater in prima parte. §. 7. Et Magiſter Sotus in lib. 4. diſtinctione. 22. quæſt. 1. art. 2. vt in temporalibus pure, & non commiſsis.

Couarr.

Mag. Sotus.

Quinta regula. Si contra ius tertij.

Item vis adeſſet, quando ius verum tertij, & bona cuiuſuis (ſine ratione communis neceſsitatis, aut ſupplicij) per Principem, aut Prælatum ſupremum, vel quoſuis inferiores tollerētur iniuſtè. Licet enim reipublicæ proſpicere, & ſupplicio delictorum intendere; ſed leges iuſtitiæ obſeruandæ ſunt, ac charitatis: quia naturales, & diuinæ, & ſuperiores omni gubernatore ſunt. Adeò vt in derogatione legis nō poſsit derogari ius tertio quæſitum per illam, vt tradit epiſcopus Couarruuias libro tertio variarum cap. 6. num. 9. de quibus nos inferius dicturi ſumus quæſtione tertia: vt ſi iura temporalia, vel patronatum, vel iuriſdictionem iure, vel conſuetudine poſſeſſam tollerent, vel modum decimādi, aut iura reipublicæ diſsiparent ſine cauſa, vel à particularibus bona temporalia ſeu ſpiritualia iuſtè quæſita, perpetuaq; ſine cauſa tollerentur: etenim iuſtitiæ virtus ſeruanda eſt.

Couarru.

Deniq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sexta regula. Si contra gubernā di ſuauitatem.

Deniq; vis infertur cum in ſuauiter, & non attenta dignitate eccleſiaſtici ſtatus, dureq; nimium prælati ſuos pertractarent. quòd & lege Sapientiæ cap. 8. ſuauitas probetur in gubernatione, etiam diuina; & euangelica lege commendatur à Pontifice primo ſancto Petro in cap. vltimo primæ canonicæ epiſtolæ dicente epiſcopis ſic: paſcite, qui in vobis eſt gregem Dei, non vt dominantes in cleris, ſed vt forma facti gregi ex animo. & Moyſes Dei perſonam agens dicebat Deuteron. 25. ſecundum menſuram delicti, erit & plagarū modus, de quo nos alibi acturos ſperamus.

Sapiens. *D. Petrus.* *D. Moyſes.*

Collectio regularum.

Hæ itaq; regulæ vis dignoſcendæ ad illam reducuntur Apoſtoli ſententiam ſecundæ ad Corint. capitulo decimo: non dedit nobis Deus poteſtatem in deſtructionem, ſed in ædificationem veſtram. Et ita vis inferri poterit ab Eccleſiaſticis prælatis cum poteſtatis limites exceſſerint (quod Deus auertat) in his, in quibus contingere poteſt error, aut exceſſus: vt ſupra in principio oſtendi. Nam in his, quæ ſunt fidei, & mores hominum concernunt, nequit eſſe in Pontifice ſummo, & in eccleſia tota error, aut lapſus; ſed ſolum in particularibus ad iudiciorum rationem pertinentibus, & inferioribus prælatis præcipuè. quod ſatis per ſe patens eſt. Itaq; etiam in pontificalibus mandatis, & decretis hoc modo, ex miniſtrorum negligentia (non quidem malum Pōtifici tribuentes) notare poſſumus ſubreptionem. id eſt ex falſa informatione, aut inſpectione cauſarum, lapſus, vt concedit eccleſia in Tridentino concilio ſeſſione quinta capitulo ſecundo de reformatione, ſeſſ. 7. cap. 6. ſeſſ. 13. cap. 5. ſeſſ. 22. cap. 5. 6. 25. ſeſſ. 24. cap. 14. & Innocentius. III. in capite licet de foro competenti, & capite ſi quando de reſcriptis.

Supra. 2. 3. & 4. num. *D. Paulus.* *Concil. Trident.* *Iura.*

Colligitur lapſus inferiorum, & per hos ſubreptio mā datorum.

Nicolaus

Nicolaus primus capite ſententiam, trigeſima quinta, quæſtione nona, & patres Triburienſis concilij capite in memoriam diſtintione decima nona.

Iura.

Vitia poſsibilia.

Licet etiam erga pontifices religioſè ſentiamus; nō tamen falſò affirmamus confirmationem in gratia Pontificum; de quorum poſsibili incorrigibilitate agit Cardinalis Turrecremata libro ſecundo ſummæ eccleſiæ à cap. centeſimo primo ad centeſimū ſextum. Et Caietanus à cap. decimo ſeptimo prioris tractatus opuſculorum ſuorum, qui etiam, & alij doctores ſchiſmata in eccleſia, & Pontificatus ambitionem, quæ aliquando fuit, etiam confitentur.

C. Turrec.

Schiſmata.

C. Caiet.

Poteſtas eccieſiæ

Poteſtatem verò eccleſiæ, & Pontificum in ædificationem fidelium, & non in deſtructionem datā eſſe: & ſpiritualem quidem præcipue, non temporalem, niſi in conceſsis, & annexis ad ſpiritualia, fatetur eccleſia vniuerſa cum Paulo ſecundæ epiſtolæ ad Corintios cap. decimo. De qua re alibi dicemus.

D. Paul.

8

Prima propoſitio de iſto iure principum contra vim eccleſiaſticorum.

Hiſq; ſuppoſitis ad præcipuam huius Apologiæ aſſertionem deuenientes, hanc propoſitionem ſcribimus. Prima ergo ſit aſſertio. Cum aperta inſpiceretur vis in mandatis, ſententijs, ſupplicijs, actiſq; eccleſiaſticis: tunc princeps licite, & ſine ſcrupulo in ſua dictione, curare debet eam auferri per ſe, ſuoſq; magiſtratus. Attenta tamen conſideratione adhibita, & ſeruata reuerentia eccleſiaſtico ſtatui, & medijs iuſtis, & neceſſarijs appoſitis; omniq; iure id licebit. Neq; aduerſus hoc ius, quæuis humana conſtitutio valeret. idq; locum habet etiam vbi non ſuffragaretur conſuetudo. Primum vero ne deffenſoribus grauiſsimis, atq; catholicis hæc pars deſtituta videatur, lege ſcripta Epiſcopi Segouienſis Couarrubias in practicis quæſtionibus cap. trigeſimo quinto: & Epiſcopi etiam Ciuitatenſis Simancas libro de inſtitutionibus

Prima probatio ab authoritate.

Epiſcopus Couarrubias. *Epiſcopus Simancas.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tutionibus catholicis titulo quadrageſimo quinto ad finē. Doctoris Nauarri cap. cum contingat de reſcriptis, remedio primo, Doctoris Ioānis Garſias fiſcalis Regij, lib. de nobilitate, glo. 9. Et Doctoris Azebedo ſuper recopil. lib. 1. tit. 6. in l. 2. Et ex Gallicis doctoribus Carolum Graſalium lib. ſecundo regalium Franciæ iure ſeptimo. Et Stephanum Aufrerium in clementina prima de officio ordinarij, regula ſecunda, fallentia trigeſima. qui omnes idem ex profeſſo tenent, & probant Hiſpaniæ, & Galliæ conſuetudinem de tollenda vi eccleſiaſticorum, per principes: & in hoc propoſito expendere: quomodo videntibus doctis, & religioſis viris, per laicos principes, & eorum conſiliarios curatur, & perficitur ablatio vis illatæ ab eccleſiaſticis; nulluſq; aduerſus eam conſuetudinem inſurgit. quæ certè ſi minus catholica eſſet, à viris doctis, & catholicis reprehenderetur. quæ vero ſit iſta conſuetudo, in explicatione concluſionis expreſsimus, & ſecunda ſequenti aſſertione latius explicabimus. Sed & inter theologos, præter eos, qui nunc viuunt, docētq; publica approbatione, theologiæ facultatem inter nos, quorum omnium conſenſu cōmuni, noſtra hæc conſuetudo deffenditur, vt dixi, inuenio hoc ipſum confirmantem Cardinalem Caietanum, qui in tractatu primo de authoritate Papæ capite .27. in reſponſione ad ſecundam rationem, ait: Reſiſtendum eſt ergo in faciem Papæ publicè dilaniantis eccleſiam: verbi gratia, quia nō vult dare beneficia eccleſiaſtica, niſi pro pecunia, aut commutatione officij. & cum omni reuerentia, & obedientia neganda eſt poſſeſsio talium beneficiorum, his, qui emerunt, & alleganda eſt cauſa ſymoniæ, etiam cum Papa commiſſæ; & ſine dubio principes ſeculi ſicut gladium de manu furioſi, ſic cum

Doctor Nauarrus.
Doctor Ioānes Garſias.
Doctor Azebedo.
Gallici Doctores.

Theologi.

C. Caietanus.

cum modeſtia tollerent, multæ quoq; ſunt viæ, quibus abſq; rebellione, principes mundi, & prælati eccleſiæ, ſi velint vti, reſiſtentiam, impedimentumq;, abuſus poteſtatis afferrent (& in cōmētarijs in. 2. 2. D. Thomæ quæſt. 39. art. 1. ad finem, ſic ſcribit) cōtingit nāq;, & ſæpè, nolle exequi præcepta ſuperioris, retenta tamen recognitione ipſius in ſuperiorē. ſi quis vero perſonam Papæ ſuſpectam rationabiliter habeat, & propterea nō ſolum præſentiam eius, ſed etiam immediatū iudicium recuſat, paratus ad non ſuſpectos iudices, ab eodem ſuſcipiendos, nec ſchiſmatis, nec alterius vitij crimen incurrit. Naturale namq; eſt euitare nociua, & cauere à periculis. poteſtq; perſona Papæ tyrannice gubernare, & tanto facilius, quāto potentior eſt, & neminē in terris habet vltorem. Cum quis autem Papæ præceptum, vel iudicium, ex parte ſui officij, recuſat, non recognoſcens eum vt ſuperiorem, quāuis hoc credat, tunc propriè ſchiſmaticus eſt. Hæc ille theologus, & Cardinalis doctiſsimus aſſeruit, quibus manifeſtè cō ſtat noſtram ſenſiſſe ſentētiam: nempe Papæ, & eccleſiæ prælatis obtemperādum eſſe, cum ſui officij, & poteſtatis regulis continentur, cumq; iuſtè gubernant, cū verò egrediuntur metas officij, & poteſtatis, tunc actibus à ſe ipſis, vt hominibus, progreſsis, repugnare licere. aſſeritq; ille (quod fortè non auderem edicere) cōtingere quoq; tyrannicè Papam gubernare. Ecce vim, ecce aduerſus eam per fideles licitam reſiſtentiam, ore ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinalis, & doctiſsimi theologi, iam ante approbatam. idemq; expreſſe docuit Sotus. 4. ſententiarum diſtinct. 25. quæſt. 2. art. 2. docens licere hanc ablationem vis eccleſiaſticæ ſine ſcrupulo.

Magiſt Sotus.

9 In primis verò, vt conſtet licere principibus auferre

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iure positiuo licere vis ablationem.

ferre vim omnem,etiam eccleſiaſticorum, iure poſi tiuo: expẽde verb.Hiero. ab eccleſia inter Canones redacta,dicentis. 2 3.q. 5. decreti. Regũ officium eſt proprium: facere iudiciũ, atq; iuſtitiam; liberare de manu calumniantium vi oppreſſos,&c.ecce cũ omnem dicat oppreſsionem tollendam,nullã excludit, ſecundum ſententiã Apoſtoli ad Heb. 2. non excluſit ergo eccleſiaſticos liberandos,cum & partes reipublicæ ſint.quod & Ioãn. 8 Papa.ibi.c.adminiſtrato res,declarat:dicens:adminiſtratores planè ſeculariũ dignitatum, ad eccleſiarum tuitionem, &c. conſtituti eſſe debent.quod & docuit Marcell.papa. c. boni Principis ibidem. Inſuper cũ toto Chriſtiano orbe hæc vis tollendæ ratio adſit in praxi, in conſpectu ſacrorum Põtificum , clarum eſt eos conſentire, & velle hoc,q; iuſtũ eſſe conſtat, ſed hoc conſuetudinis ius infra explicabo in argumẽtis. Deinde priuilegio Pontificali id haberi(præterquã quòd priuilegio cõſenſus & diſsimulatio Pontificum æquiualet, iuxta Nauarrum ſupra) Couarruuias citato loco aſſeruit; quamuis ille, in Hiſpaniæ Regnis obtentam ad hoc facultatem,ab Apoſtolica ſede,ſuſpicetur tantũ. Sed id licere ſanè,ex pontificia cõceſsione,fatetur Driedo lib. 2. de libertate Chriſtiana pag. 53. & quamuis feratur,hoc Hiſpanis conceſſum eſſe ſpecialiter, cæterũ & ſi ita non eſſet verũ,generali iuris canonici deciſsione licitam hanc ablationem vis, ego deduco ex decreto Alexand. 3. c. ſi quando de reſcr. Innocẽtij. III. cap. licet de foro competenti dicẽtis. ſi quãdo literas ſuper rebus, quæ præcipuè forum ſeculare cõtingunt,à ſede Apoſtolica cõtigerit impetrari, ſublato appellationis obſtaculo,decernas, authoritate noſtra,irritas,& inanes. hæc Pontifex de Põtificalium legum intelligentia,& executionis limitatione conſtituit.

Hieronymus.

Ioann. 8.

Marcellus Papa.

Doct. Driedo.

Alexand. 3.

Innoc. 3. Papa.

ſtituit. idq; generaliter eſt intelligendum, vt non intelligatur fieri Pontifici iniuriã,ſi ſuſpicãtes in eius mandatis ſurreptionẽ,vel obreptionem,executionẽ dilatemus,atq; inſpiciamus ſi vis inſit.& ita in mandatis aliorum prælatorum fieri licebit generaliter cũ non ſolũ in expreſſo caſu, locum habere interpretationem dicatur,ſed in omnibus.q; etiã de regalibus, & de omnibus,quæ ſubolent ex iniuſtitia,ſurreptionem,decretum eſt ſeruari debere, vt licitè executio differatur, per Pelagium Pontificem ſummum,ſanctumq; virum in decreto per Gratianum relato. 25. quæſt. 2. dicenti (inquit Pontifex) ſacras iuſsiones ſe habere præ manibus,reſpondemus: ſcire illum oportere,quod idem clementiſsimus Princeps generalibus legibus conſtituit,illa ſacra vniuſcuiuſq; ſupplicantis deſiderio conceſſa prævalere, & effectum mancipare, quæ cum iuris , ac legum ratione concordant; ea vero,quæ ſurreptione,vel falſis precibus forſam impetrantur , nullum ſupplicantibus ferre remedium. Hæc Pelagius, nixus cõſtitutione Theodoſij magni Imperatoris relata per eundem Gratianum ibidem,qua dicitur, reſcripta contra ius elicita omnibus iudicibus præcipimus refutari.& hæc quidem Imperator, quæ Pontificis authoritate etiam firmata ſunt, conſtituit. quibus conſtat generalem regulam datam eſſe ad executionis decretorum , ac ſententiarum , & mandatorum etiam limitationem: vt & ſi per ſe hæc omnia magnæ, & inuiolabilis authoritatis ſint, tamẽ authorum, atq; latorum legum ipſarum authoritate concedi ea refutari, atq; executioni non mandari: quæ cum iuris, & legum ratione non concordent. Sicq; ex hac generali conclusione deducimus:iure poſitiuo concedi principibus ablationẽ vis eccleſiaſticæ. quòd & ea mandata

Pelagius Pontifex.

Theodoſius Imperator.

Universidad de Deusto
Biblioteca

censentur non exequenda. & quòd Principi iuuare afflictis cõueniat, vt infra dicemus ex alijs Ecclesiæ decretis, & nostris etiam legibus ius hoc vis tollendæ confirmabimus. *Infra nu. 16. 23. & 30.*

10 Secũda probatio. Iure diuino conceditur obstatio vis ecclesiasticæ, per Principes.

Sed iam ad altiora nostræ assertionis fundamenta veniamus, ostendamusq; iure etiam diuino competere Principibus laicis tollere vim, per ecclesiasticos quãdoq; illatam. idq; ex sacrarum scripturarum authoritate firmabo. quod vt suadeam, primo attendamus, diuino ore: Principem constitutum esse in caput populorum ad protectionem reipublicæ, & propulsationem iniuriarum; & horum potestatem, & constitutionem à Dei inspiratione, & potestate deriuari, ac vim habere. & si constitutio eorum per ministerium reipublicæ fiat. & ob eam causam per Salomonẽ Prouerbiorum capite octauo dicitur: per me Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. & D. Paulus ait epistola ad Romanos capite decimotertio: omnis anima sublimioribus potestatibus subdita sit. non est enim potestas nisi à Deo (loquebatur autem de laicis Principibus, & magistratibus: cum statim dicat, eos de quibus loquitur ibi, gladium, Dei ordinatione, portare: materialem vtiquè, quem negat ecclesiasticis præsulibus secundæ epistolæ ad Corinthios capite decimo dicens: arma militiæ nostræ non carnalia. idq; communi omnium interpretum consensione firmatur in cõmentarijs vtriusq; loci) itaq; vt intelligatur Principum laicorum potestatem positam non solum à Deo esse, sed ad vindicandas, & auferendas iniurias, & vim quamcunq; à Republica tollendam, esse datam; audiamus eundem Apostolum in dicto capite decimotertio ad Romanos scribentẽ, vbi de laicis Principibus loquens ad supradicta addit: si malum feceris *1. Regum. 15.* *Sapiens.* *D. Paulus.* *D. Paulus.*

Principes Dei ordinatione ad auferendam vim esse constitutos.

feceris time: non enim sine causa gladium portat: Dei enim minister est vindex in iram ei, qui malè agit. Ecce Apostolum declarantem Principum laicorum potestatem, atq; dicentem à Deo eam haberi, præcipuè ad auferendã, & vindicanda etiam armorum vi, reipublicæ mala quod confirmat idem primæ ad Timotheum capite secundo scribens: obsecro primum omnium fieri obsecrationes, orationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, & pro omnibus, qui in sublimitate sunt, vt quietam & tranquillam vitam agamus: hoc enim bonum est, & acceptum coram Deo. hæc Paulus. quibus certè significatur pacem, & tranquilitatem ecclesiæ velle Deũ à principibus dependere, qui vi armorum iniurias propulsare, ac vim auferre possunt. cũ id ecclesiasticis non vsquequaq; sit datũ: quibus arma materialia non concesit Deus. teste Paulo secũdæ ad Corint. capite decimo: arma militiæ nostræ non carnalia itaq; propriùs conuenit auferendarum iniuriarum ius laicis principibus, quam ecclesiasticis hominibus. Ob id ergo generalis propulsatio iniuriæ omissa, culpæ datur, ac punitur in iudicio diuino contra principes ac iudices, de quibus loquens Dauid Psal. octogesimo primo (vt communi consensu expositorum constat) aiebat: Deus stetit in Synagoga Deorum, in medio autem Deos diiudicat; vsquequo iudicatis iniquitatem, & facies peccatorũ sumitis? iudicate egeno, & pupillo, humilem, & pauperem iustificate, eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate. quam etiam defensionis iniuriam patientium curam principibus commendabat Ieremias cap. 7. quam ob causam ibi illam protulit sententiam Hieronymus relatam à Gratiano 23. quæst. 5. regum officium est liberare de manu

Etiam in rebus ecclesiasticis.

D. Paulus. *Psalmista.* *Ieremias.* *D. Hieron.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

calumniantium vi oppressos. Itaq; Deum perfectissimum (cuius opera ordinatissima esse ait Paulus ad Romanos, decimo tertio) non decebat hoc auferendæ vis munus inermibus ecclesiasticis, sed potentibus regibus reliquisse. quòd non nisi timore conterriti iniurioſi sinunt innocentes opprimere, vt infra dicemus ex alijs patribus. Quòd sanè eo confirmatur, quia quiuis homines curam habere tenentur de proximi sui vitanda iniuria, prouidendisq; commodis, vt testatur Sapiens ecclesiastici decimo septimo dicens: Deus creauit de terra hominem, & mãdauit illis vnicuiq; de proximo suo. si hoc ergo cuilibet Deus mandauit, potius id mandatum esse principi censebimus, cum ad hoc præcipue munus à Deo sit in caput reipublicæ erectus, vt virtute valeat disrumpere iniquitates hoc enim iudicum propriũ esse dicebat Sapiens capite .7. ecclesiastici.

Citanda iura num. 16.

Sapiens.

Sapiens.

1 1 De limitatione ecclesiasticæ potestatis & secularis.

Sed vt id amplius confirmem, admonere volo lectorem nobis non esse menti affirmare: iure diuino secularem potestatem esse caput ecclesiæ, vt Pontifex (quod absit) sed sua potius temporalium iudicandi licentia contentam esse debere; neq; ecclesiasticis diiudicandis causis Christiano principi se inmiscere esse licitum (vt quæstione sequenti fusius dicam) cæterum & in hoc auferendæ vis negotio (cum clara res est) exceptionem habet ecclesiastica potestas. daturq; id principi; neq; hoc protectionis reipublicæ genus excedit limites secularis potestatis, quam ad temporalia & ad naturalia extendi, illud relatum testimoniũ Pauli ad Romanos decimo tertio cõfirmat: cum generaliter dicat Apostolus: omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. quòd intelligitur in proprijs cuiuscunq; tribunalis rebus; & rursus vt naturalem propulsationẽ iniuriæ cõprehendat, subdit

D. Paulus.

dit: Dei enim minister est, vindex in iram ei, qui malè agit.

Neruus præcipuus conclusionis.

Sed & neq; in eo violari ecclesiasticam potestatem, & immunitatem manifestè declarabo. in quo censeo omnes sacræ ecclesiæ prælatos consentire: talis enim, ac tanta erit eorum æquitas, vt reddere omnibus debita, sicut monet Apostolus ad Roman. 13. illis semper complaceat, & in hoc distinguendi iurisdictionum genere, ad reipublicæ tranquilitatẽ, omninò axioma illud esse necessariũ sensit B. Thomas. 2. 2. quæst. 67. artic. 1. quod in argumento: sed cõtra: ex B. Gregorio ponebat: nemo falcem iudicij mittere potest in eam rem, quæ alteri videtur esse commissa, quod & de contentione ecclesiastici, & imperialis iudicij alijs verbis dicebat Nicolaus primus Papa ad Michaẽlem Imperatorẽ epistola. 3. cuius verba referuntur à Gratiano. 96. distinctione: Cũ ad verum ventum est, vltra sibi nec Imperator iura Pontificatus arripuit, nec Pontifex nomen Imperatorium vsurpauit. itaq; nostra hæc sententia sanctis etiam placebat Pontificibus. Contendimus ergo ecclesiasticam potestatem non violari, neq; in eam irruere, aut se immiscere Principem, etiam si, contingente vi per ecclesiasticos illata, obsistat laica potestas. quod eo facile ex diuinis responsis, ac iure diuino suadetur. quia interueniente vi, non exercetur ecclesiastica potestas. Itaq; cum vim infert manifestã ecclesiasticus prælatus, tunc non vtitur potestate à Deo data, sed mero suo capite nititur, atq; humano arbitrio, in quo naturaliter omnes pares sumus. Harum igitur obstatio, ac propulsatio iniuriarum non tendit contra ecclesiasticam dignitatem, aut potestatem, sed contra humanum arbitrium, aut conatum iniustum, si id manifestum sit, contigeritq; in

D. Paulus.

D. Thomas.

D. Gregor.

Nicolaus Papa.

Universidad de Deusto
Testimonium præcipuum.
Biblioteca

ecclesiastico prælato, aut iudicio ipsius. horum autem fundamentum, & antecedentis confirmatio, ex diuinis litteris, hoc est: quòd Deus ad ea sola, quæ iusta sint, & quæ in ædificationem, & augmẽtum spirituale fidelium redundent, dedit potestatem ecclesiæ Pontificibus, & prælatis: teste Paulo manifestè (& secundum communem omnium eum locũ exponentium, sententiam) dicente secũdæ epistolæ ad Corinthios cap. 10. Etsi amplius gloriatus fuero de potestate nostra, quam dedit nobis Dominus in ædificationem, non in destructionem vestram, non erubescam. ecce Apostolum (in quo diuina potestas gubernandi ecclesiam, sicut & nunc adest in prælatis, residebat) dicentem de hac potestate cum illa limitatione: ne extendatur in destructionem, sed in ædificationem fidelium, velle se gloriari in Christo; nõ ergo de vlteriori priuilegio gloriandi licentia datur Pontificibus Ecclesiæ. cum præcipuè eandem limitationem veram esse in omnibus ecclesiæ præpositis expresse doceat (idq; ex ipsius Christi domini, ac Dei nostri constitutione) idem Paulus ad Ephesios scribens cap. 4. dicensq;: ipse Christus dedit quosdã quidem Apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero euangelistas, alios autem pastores, & doctores ad consumationem sanctorum, in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi. igitur non est in Ecclesia potestas in destructionem, sed in ædificationem, & consumationem numeri sanctorum, qui in cœlis reponendi sunt. sed iniusta iussa, ac iudicia non ædificant cœlestem habitationẽ, ac lapides Hierusalem supremæ: cum Dei inspiratione dicat Ioãnes Apocalypsis cap. 21. non intrabit in eã aliquid coinquinatum, aut abominationẽ faciens, ergo prælatus tunc non agit opus ad ædificationẽ conferens, cum

D. Paulus.

D. Ioannes.

cum iniustitiam exercet, ac vim. quia id coram Deo iniquum, & abominatio est, teste psalmista, qui ait Psalm. 10. Iustus Dominus, & iustitiam dilexit, & Psalm. 5. Virum sanguinum, & dolosum abominabitur Dominus. itaq; hanc exercens iniustitiam, & vim prælatus, non vtitur sibi data à Deo potestate, & sic illi resistens Princeps nõ agit contra diuinam potestatem, sed contra iniustum conatum humanũ, cui naturali iure obsistit iustè, vt nunc dicam.

12 Tertia probatio. Iure naturali etiã Princeps resistit iniurię ecclesiasticæ.

Vt enim omninò propositioni nostræ fides habeatur, oportebit postquam eam diuinis testimonijs confirmauimus, etiam naturali ratione persuadere: vt iure quoq; naturæ niti sit notum. quod certè facilè sibi persuadebit ille, qui sequentibus rationibus mentem addixerit. quæ quoniam ex naturalibus mentis nostræ principijs deducuntur, quę diuinis responsis iam relatis confirmantur, ideò non poterimus præcedentia ita effugere, vt repetitionis vitiũ non quandoq; incurramus, quãquam ab ea ratione abstinere nitemur.

Prima ratio. Vim vi repellere licet.

Primum ergo illud naturaliter menti nostræ insitum naturale axioma ab omnibus probatum, ne mente quæso excidat: vim vi repellere licet omnes leges, omniaq; iura proclamant. quod tradidit iure cõsultus lege: vim. ff. de iustitia; & iure. quod omnes tam iuristæ doctores, quam theologi passim cõprobarũt, & præcipue B. Thom. 2. 2. quæst. 64. artic. 7. & 66. articulo tertio ad tertium argumentũ, & cardinalis Caietanus ibidẽ, & in suma titulo homicidium, & furtum. eisdemq; titulis sumistæ, & Syluester numero. 13. & 16. magister Sotus libro secũdo de iustitia quæst. 2. articulo. 8. & quæstione. 3. art. 1. Doctor Nauarrus in manuali confessorum cap. 15. à numero quarto: & Episcopus Couarruuias in Clementinam

Iurisconsultus.

D. Thomas.

Caietanus.

Sumistæ.

Mag. Sotus.

D. Nauarrus.

Couarruuias.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mentinam si furiosus de homicidio part. 3. D. Antoninus theologali parte. 2. tit. 7. cap. 8. §. 1. & tertia parte art. 5. cap. 8. §. 1. quorum omnium consensu sic intelligitur licere vim vi repellere, si cũ moderamine inculpatæ tutelæ eam repellamus. hoc est, si nos defendentes non excedamus eam mensurã, quã exigit ratio nostræ defensionis; etiam cũ iniuriãtis iniuria necessaria licita nobis. cuius ratio est, ꝙ etsi lege charitatis, & iustitiæ proximos diligere, & eorum mala vitare debeamus; tamẽ eius legis custodia incipere à nobis debet (cum nos nobis proximiores cæteris simus) vt ordine debito dilectio præstetur, quẽ tradit 2. 2. quæst. 26. B. Thomas, & cæteri præcitati doctores. ex quo naturali ab omnibus probato principio deducitur iniuriantem nos, vi repellere posse: quia indignũ seipsum dilectione facit, qui iura dilectionis violat; & lege omni erga proximũ liberi sumus, cum nostræ defensioni incumbimus: quia primo loco nostris prospicere debemus, vt dixi. Cum ergo hoc ita sit (si vim inferre subditis, & fidelibus per ecclesiæ prẹlatos cõtingat) nõ dubiũ quin vi quoq;, cũ moderamine inculpatæ tutelæ eã repellamus licitè. nã nihil retulerit ab alijs quibusq;, an ab ecclesiasticis & prẹfectis vim pati, si iniuriã, iniustitiãq; patiamur: vel in persona, vel in honore; vel in bonis. quẹ omnia ad vitæ cõseruationẽ necessaria, & custodienda sunt.

13 Secunda ratio. Defensio proximi necessaria.

Quæ ratio eo cõfirmatur, ꝙ charitatis præcepto, vt ait B. Thom. 2. 2. quæst. 44. oẽs tenemur rebus proximi prospicere, illũq; diligere; quòdq; vnicuiq; mãdasse Deũ de proximo suo testetur Sapiẽs Eccles. 17. ideò certè nõ solũ cuilibet se protegere, vi etiãvim repellẽdo, licebit; sed & erga alios vim passos prẹcepto naturali charitatis tenebitur vim propulsare, cũ valet quisq;: sicut cum reperimus gladio appeti proximum ab in-

D. Thomas.

Sapiens.

ab iniurioso quouis, occurrere licet, & debemus. vel cum honor, aut bona proximi patent iniuriæ, aut periculo, defendere proximũ naturali præcepto charitatis tenemur. imo si quando iniustam, & nullam excommunicationem post doctorum consultationem viderimus, certè securè (vt infra dicam) consuletur in foro conscientiæ taciturnitas innocẽti. quare ergo in casu totius gubernãdæ reipublicæ, non lato modo procedemus? in his ergo casibus depellere proximi malum certè debemus, vt omnium doctorum theologiæ, & iuris cõsensione passim traditur. *Infra num. 21.*

Hoc ergo quod particulari, cum valet, iniungitur defensionis munus, semper principi incumbit, quẽ potentia adiuuat, & ius protectionis reipublicæ impellit, ipsumq; omnibus notum zelus communis vtilitatis ab scandalo liberat. quæ sæpe in particulari non concurrunt. sicq; ne perturbatio exurgat, non debet particularis quisq; hoc defensionis officium aduersus vim ecclesiasticam assumere. Princeps vero absq; scandalo valens & vi suæ potentiæ, & armorum, iniurioſis resistere, debet vim omnem, etiam ab ecclesiasticis ortam propulsare. dum & eam vim esse, quæ iniuriam, & iniustitiam continet, manifestum sit. & ius hoc in principe maximè residere nũc (præteriam dicta) magis persuadebimus. Si prius tamen id quod modò dicebamus confirmemus, certumq; esse ostendamus: iniuriam, & vim consistere in iniustalæsione personarum, honorum, & bonorum etiam temporalium, & spiritualium. quod manifestum est primo ex legislatorum, & iurisconsultorum doctrina titulis de iustitia, & iure, & de iniurijs. quibus adde theologorum, ac philosophorũ schola: & præcipuè beatum Thomam secunda secundę quæstione quinquagesima septima, & Sotum libro illo

14 Tertia ratio. Lęsio, & vis in quibus.

Iurisconsulti.

Sententia theologorum.

D. Thomas.

M. Sotus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

illo aureo de iustitia, & iure, & eos qui de restitutionibus tractationes ediderunt, vt doctorem Ioannē à Medina, & Petrum à Nauarra, & alios, quibus illud commune principium exploratum est: iustitiam reddere vnicuiq;, quod suum est; per iniuriam verò, & iniustitiam tolli, siue vitam, siue honorem, siue famam, siue facultates. hæc enim vniuersa ad vitam transigendam nobis autor rerum concesit, & vera dominia gentium iure adiudicata in sua cuiq; sunt. & ideo hæc iura violans, leges charitatis, & iustitiæ naturales violare omnes censent sapientes. *Doctor Medina.* *Doctor Nauarra.*

Quamobrem certum est si homo ab ecclesiasticis in horum aliquo lædatur, iniuriam ipsum ab illis pati, & vim etiam, cum impotens affligitur. & ideo potenti principi datum est has depellere iniurias, & ad humanitatem, & pacē reduci, vniuersa curare. quòd omnes teneantur, si valeant iniuriam depellere proximi, vt dixi. si igitur vides à latrone bona mea impeti, vel vitam ab insidiatore, non ne lex humanitatis te ad liberandum me, & mea impellet? cur ergo si videas me à prælato affligi in personæ excesiua vexatione, aut in bonorum, honoris ve iniusta detractione, non succurres? nec prætextus quidem iudicij rem à fœditate, & vi liberat; cùm si videris patrē nimium in castigatione, aut spoliatione filij, teneri te iniuriam, & nimietatem depellere credes certè. sic igitur si parentes spirituales excedere contigerit, cur non simili defensione succurrere debemus afflictis? certe æquum est.

15 Quarta ratio.

Principis paternū ius, erga rempublicam, ad vim depellendam.

Quod præcipue principi id datum esse iam diximus, potentiam eius ad proximorum protectionem intuentes. nunc vero eiusdem paternum munus cōsiderantes, ipsum ius vis ecclesiasticorum tollendæ magis probabimus. quòd pater reipublicæ sit. Itaq; prin-

principem habere ius paternum in republica ad imperandum, & ad protegendum naturæ, & gentium iure (sicut pater naturalis in genitos naturale dominium obtinet) certum est, eo quòd naturæ nostræ conseruandæ decēs est, ipsaq; ratio per se exigit, & ad hoc mentes omnium hominum inclinantur, vt eis princeps dominetur, qui omnium gubernationem, & protectionem subeat, cui omnes parere teneantur. quam mentium inclinationem (quam & ius naturæ insitum vocamus) sequuta est cōmunis cōstitutio gentium (quam ius gentium dicimus, vt beati Thomæ 2.2. quæstione quinquagesima septima, & Soti libro de iustitia, & iure, & doctorum iuristarum, ac iurisconsultorum titulo de iustitia & iure cō munis traditio docet.) idq; expedit vehemēter: nam aliter pax perturbaretur, & iustitiæ limites à quibusuis violarentur passim. ob idq; etiam conscientiæ necessitate teneri homines principibus obtemperare, tradit Paulus ad Romanos capite decimotertio: ideo, inquit, necessitate subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. sicut ergo alibi ille dicit: filij obedite parentibus; sic etiam ait: subditi obedite principibus. paternum ergo ius in totam rempublicam, imperandiq; licentiam illis dat Apostolus. quod & naturæ nostræ conditionem poscere diximus: quia aliter conseruari in pace homines nō possent. Eadem etiam ratione protectio illis incumbit: quòd nisi iniuriosis potentia obstaret, irruerent in debiles, & perturbarent rempublicam. quamobrē vult Paulus, vt vbiq; pro principibus oretur primæ ad Timotheum cap. secundo: vt (inquit) omnes quietam, & tranquillam vitam agamus. ergo sensit etiam protectionis ius principi in omnem rempublicam competere. & cùm omnes etiam ecclesiastici partes reipu- *D. Thomas.* *M. Sotus.* *Iuristæ.* *D. Paulus.* *D. Paulus.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

reipublicæ sint, etiam ergaillos principi protectio cõ petit. vt & Paulus eo loco de se, & Dei ministris loquens significauit. ergo naturaliter competit principi ius protegendi, & imperandi in rempublicam vniuersam, in his, quæ sunt naturalia omnibus, & iure gentium conuenientia erunt. Cum ergo hæc duo conueniant patribus naturalibus: imperium, & protectio filiorum (vt constat Exodi vigesimo, & Matthæi vigesimo secundo in præcepto de honoratione parentum: quod beatus Thomas secunda secundæ quæstione centesima vigesima secunda, & magister Sotus ex reliquis doctoribus, secundo libro de iustitia quæstione tertia exponunt) consequens est vt ius simile paterno vere dicatur conuenire principi in totam rempublicam: iure ipso naturæ, quod Victoria relectione tertia etiam probauit. *Exodi.* *Matthæi.* *D. Thomas.* *M. Sotus.* *M. Victori*

16 Ex quo verisimo principio naturali deduco per potestatem hanc patriam, competere principi depulsionem vis, etiã ab ecclesiasticis prælatis illatæ. quia in protectionis illius munere continetur (ad quam ex officio tenentur. quòd officium eam secum afferat, & ad illud optimè subeundum ipsa susceptione, ex quasi contractu cum republica, ex cõmuni omniũ sententia obligentur) & sic ad tollendas iniurias, & vim omnem etiam ecclesiasticorum obligantur. hoc enim est protegere, iniurias depellere. sicq; non solùm illis licet, sed etiam tenentur id quoq;, quantum eorum exigit respublica, & concedit potestas, præstare: vt docet magister Sotus libro primo de iustitia quæstione secunda articulo primo, & beatus Hieronymus, iam citatis ex Gratiani collectione, verbis vigesimatertia quæstione quinta: Regum officium est, liberare de manu calumniantium, vi oppressos. Atq; idem censent beatus Ioannes Papa. 96. distinctione capite boni principis, & 23. quæst. 5. c. administratores. & D. Isidorus cap. principes, ibidẽ. Principes seculi nonnunquam intra ecclesiam potestatis adeptæ culmina tenent, vt per eandem potestatem disciplinam ecclesiasticam muniant. cæterúm intra ecclesiam potestates necessariæ non essent, nisi vt quod non prævalent sacerdotes efficere per doctrinæ sermonem, potestas hoc impleret per disciplinæ terrorem, &c. & ille: administratores planè secularium dignitatum ad ecclesiarum tuitionẽ, pupillorum, ac viduarum protectionem, rapaciumq; refrenationẽ, constituti esse debent, &c. Hæ sunt rationes naturales, & è directo probantes assertionem ex iure naturæ, & gentium. Sed vt nihil obstare videatur propositis, nunc aliam, naturali petitam principio, rationem adiungam: cui & appendices addam alias ex theologicis principijs deductas. *M. Sotus.* *D. Hieron.*

Tenentur principes vim depellere omnem.

D. Isidorus.

17 Quinta ratio.

Collectio rationũ, & neruus probationum excludẽdo obstantia.

Itaq; licèt apertè probauerimus principi competere vim vi repellere, subditorumq; protectionem subire, ratione potentiæ suæ; sed & id munus in tollẽda vi exercere debere principem ratione patriæ potestatis naturalis, & iure gentium confirmatæ erga totam rempublicam ostenderimus; tamen restat adhuc specialiùs persuadere in ecclesiasticos etiam eam patriam principis potestatem ad vim tollendam extẽdi (non obstante immunitate, & exemptione clericorum quæ contrarium videbantur exigere,) sed ego ad hoc genus hominum, laicorum principum curã produci, naturali etiam ratione firmabo. Nam cum supra scripta omnia naturalia principia hoc probantia, generalia sint, non debent vlla exceptione limitari; vbi par ratio, & nullũ inconueniens est. sicut Paulus dicebat ad Hebræos secundo: in eo enim q̃ omnia subiecit, nihil dimisit non subiectum ei. *D. Paulus.*

Ad ecclesiasticos etiam extendi vis ablationẽ per principem sine obstaculo.

Age

Universidad de Deusto
Biblioteca

Age verò quid obstat, cur vim illatam ab ecclesiasticis non licet principi diluere, ratione patriæ potestatis, & protectionis generalis reipublicæ, in qua quidem omnes homines talis principatus continentur? si enim dixeris clericalem libertatem iure diuino, & humano priuilegio concessam obstare huic ego rationi dicam facile: nos non tollere concessam potestatem, & libertatem ecclesiæ, sed si limitibus suis contineantur, fateri quidem non perturbandos ecclesiæ ministros; si verò excedant, non potestati, sed humano (vt dixi) conatui resisti potest: quia ad ædificationē solum, non ad destructionem à Deo ecclesiæ datam esse potentiam dixi probatione secunda, ex diuinorum responsorum authoritate. Respondebis adhuc iudicium malefactorum ab ecclesiasticis ab ipsa ecclesia, non à seculari petendum. item & supplicio Pontificum, non principum subiacere clericos: aliàs enim violaretur ius datum immunitatis clericis. Huic ego rationi, ratione fortiori obstabo. nam primum non hic agitur modò de supplicio clericorum, de quo sequenti conclusione dicam; nec de iudicio dubiorum, de quo etiam agam sequenti quæstione; sed de obstatione iniuriæ cū moderatione debita statui sacro. & solum est sermo non de malo prælati inferentis vim; sed de defensione oppressi auxilium petentis, in quem paterna hæc potestas exercetur. sicut si Pontifici me gladio appetenti, amicus occurrens, gladium eriperet; aut me loco amoueret, ne á Pontifice (vt homo est quidem agente) opprimerer. præcipuè cum hac, & sequenti secunda quæstione ostēdā, etiam in personas ecclesiasticas in vsu potestatis excedentes, ad obstandum quidem, paternam parentum, & quasi paternam principum extendi potestatem. insuper si addideris neq; ecclesiasticos

sticos oppressos protegendi ius dari Principi: quia sub Pontificum sunt cura, & potestate à laicali iurisdictione exempti. his ego, id non negari, sed vlterius dico: non imperium directum, & ordinarium in ecclesiasticos dari principibus; sed cum fideles, & clerici ab omni auxilio suorum destituuntur, certè succedit protegendi naturale ius in Principe residens. quia cum homines sint Principatus sui etiam ecclesiastici, naturalibus auxilijs non debent destitui, vt ratio generalis, ac lex charitatis superius explicata docet.

Nota.

18 Axioma Sapientum. Gratiam Dei, & diuina, & positiua iura, non destruere naturalia.

Et tandem illud verisimum axioma ab omnibus Sapientibus confirmatum (gratia non destruit, sed perficit naturam) ad hoc propositum reducendum, & explicandum est. eo quod scilicet Deus sit perfectissimus, Moyse teste, Deuteronomij. 32. dicēte: Date magnificentiam Deo nostro, Dei perfecta sunt opera, & omnes viæ eius iudicia: id est, æquissima, & ordinatissima ratione dispositа. quod etiam Ad Rom. 13. dicebat Paulus: quæ à Deo sunt, ordinata sunt. vt scilicet intelligatur nō confusè, sed suis locis, & limitationibus omnia à Deo sapientissimo constituta esse. atq; ideò cum ecclesiæ prælatis potestatem concesit, limitauit, vt dixi, ne in destructionem datam esse intelligeretur. & rursus subditos priuilegijs dotauit, ita vt ea priuilegia intra limites rationis continerentur. nec tamen eorum inuiolatio turbaret rempublicam, sed perficeret potius. & neleges humanitatis eis censerentur destructæ. sicq; cū iniuria adest, non cēsetur priuilegium diuinum iniuriatores protegere: quos non vti, sed abuti donis constat, & priuilegijs, & Dei honore. Et ita sensit doctissimus Card. Caietanus, qui in. 2. 2. quæst. 33. artic. 7. sic scripsit: ius naturæ, diuinum, & ecclesiæ

Moyses.

D. Paulus.

Card. Caietanus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ita se habent, quod sicut gratia perficit naturam, & non destruit illam; ita ius ecclesiasticum perficit ius diuinum,& non destruit illud,& propterea sicut nullum præceptum diuinum est contra præceptum iuris naturę,ita nullum præceptū ecclesiæ, est cōtra præceptum iuris diuini. Cum autem tam rationalis natura,quā charitatis lex mandet,vt periculo nō solum reipublicæ,sed & cuiuscunq; proximi, si possimus,subueniamus;& in casu paratæ proditionis, rapinæ,& homicidij,aut huiusmodi solo verbo manifestatiuo possumus periculo proximi prospicere,cōsequens est,vt nulla ecclesiastica lex intelligatur mā-

Ecclesiasticam iurisdictionem adiuuat depulsio vis.

dare oppositum hęc Caietanus. Præterea adde superiori rationi: multum ad ecclesiasticam disciplinam expedire huiusmodi depulsionē vis illatæ ab ecclesiasticis: & ideò nō detrahere,sed cōferre ecclesiasticæ potestati. Nam eo officio fit: vt supremus in officio contineatur;& vt inferior deferat superiori,& concedat iustam appellationem,& ordinem iuris, ac iudiciorum non violet.

19 Sexta ratio. Dum abest scandalum, etiam prælato, & Principi iurianti resistitur.

His adde non tolli defensionis hoc ius (cū vis ab ecclesiastico,vel quouis alio Principe inferretur) potestate Principali,aut Pontificali.eò ꝙ cum omnis potestas à Deo deriuetur,& ad bonum directa sit. vt constat ex Pauli ad Rom. 13.&.2.Corint.10. iā relato testimonio,ideò si excedat ille tūc prælatus,particularis in conatu censetur.sicq; cum naturaliter liceat vim vi repellere,ideò etiam illis resistere absolutè tunc licet. cæterum cūm scandalū sit necessario vitandum,vt B.Thom.2.2.quæst.43.docet,nō sem per ea resistendi licentia datur cuiuis, sed Principi; qui authoritate publici officij non scandalizat, sed ædificat. vim,& iniuriā propulsans. sicq; ait id omne B.Thom.2.2.quęst.69.art.4.sicut licet resistere latro-

D. Paulus.

D. Thomas.

latronibus,ita licet resistere malis Principibus; nisi fortè propter scandalum vitandum,cum ex hoc aliqua grauis turbatio timeretur. hæc ille.

20 Septima ratio. Alia media excludūtur, tollendæ vis.

Deniq; hæc quoq; prædictis addentes faciliorem reddituros assertionem nostram putamus. alterum erit difficultas obstandi actibus ecclesiasticorū prælatorum, per hierarchichum ecclesię ordinem.nam certè si res, vt optabat Paulus ad Corinthios primæ cap.6. mores nostri esse permitterent, satis obstaretur incommodis ecclesiasticorum per ecclesiasticos. sed tamen, vt verbis vtar ipsius; ad verecundiam vestram dico, sic non est inter vos sapiens quisquam, qui possit iudicare inter fratrem, & fratrem suum. & rursus: iam quidem omninò delictum est in vobis, quòd iudicia habetis inter vos. ecce Paulum, non reprehendentem quidem (vt obiter dicam) fideles apud infideles parere, iudicij causa, quia capite sequenti septimo, siue seruus, siue liber quis vocatus esset ad fidem, in eadem subiectione, vel libertate mansurum esse quemlibet dicit; sed vitio dat negligentiam quorundam prælatorum,& litium iniurias fidelium quorundam litigātium.quod si suo tempore initio floreſcētis ecclesiæ contigit,quid mirum si nostris temporibus vltimis, charitate iam frigescente,contingat? Itaq; iam experimur incommoda multa,quibus (malorum,nō bonorum causa) obstantibus, nequeat semper, auxilij causa,fructuose peruenīri ad prælatos superiores,cū ab inferioribus vis illata est. tum ob litium ecclesiasticarum infinitam dilationem; tum ob affectiones per similes prælatorum: & eorum à quibus, & eorum ad quos causa prouocatur per appellationem:se enim,suasq; procedendi consuetas formas solent illi mutuo defendere; tum ob inuidiam,& passiones in

D. Paulus.

Ecclesiasticis consueta incommoda

Universidad de Deusto
Biblioteca

eiusdem ſtatus homines quãdoq; irruentes;tum deniq; ob impotentiam inermium Eccleſiaſticorũ, tũ vltimo ob Romanæ curiæ diſtantiam,& negotiorũ multitudinem,ac prolixitatem, vel ob humanos affectus,& ſurreptiones quãdoq; contingentes in cauſis,& officialibus:quibus vijs ſi procederet auferẽdæ vis negotium,veritas quandoq; ſuccumberet, innocentes affligerentur,facultateſq; litigantium deficerent. Alterum erat nobis hoc loco cõmendandum, nempè facilitas reſiſtendi iniuriæ dictæ eccleſiaſticorũ(ſi fortè contigerit)per Principes,ob potentiã, & ad ſuos etiam paternum affectum,& facilẽ aditũ ſubditorum ad ipſius Regni prætoria: quibus ſuauiter,facileq;,ac fortiter,& cum fructu diluuntur iniuriæ,ac vis diſſoluitur. quod Deo gratius eſſe non dubito:cũ de diuina Sapientia.c.8 dicat Sapiens:attingit à fine vſq; ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter.hic igitur facilis procedẽdi modus Deo ipſi in vſu eſt.& cũ per Moyſem .c.30.Deuteron. Deus legẽ ferret,cõmẽdaretq; populo(vt Paulus ad Rom. 10.legis euangelicæ ſuauitatẽ collaudans,expendit) ſcriptum eſt: mandatũ hoc, quod ego præcipio tibi hodie,non ſupra te eſt,neq; procul poſitum, neq; in cœlo ſitũ:vt poſsis dicere quis noſtrũ valet ad cœlũ aſcendere,vt deferat illud ad nos, vt audiamus, atq; opere compleamus? neq; trans mare poſitum,vt cauſeris,& dicas.quis è nobis poterit trãsfretare mare, & illud ad nos vſq; deferre?vt poſsimus audire,& facere q̃ præceptũ eſt.ſed iuxta te eſt ſermo valdè. Diuina ergo, & humanitatis, ac charitatis lex monet, ne importabile iugũ litigãtiũ humeris imponamus, vt ad quaſuis cauſarum eccleſiaſticarum iniurias, ac vim apertã diluendã,ad lõgiſsima,& ardua remedia faciamus miſeros litigantes auxilij cauſa deuenire, ſed

Facilitas obſtandi cõtra vim per Principes.

Sapiens.

Moyſes.

D. Paulus.

ſed ſatis ſit iuſta,& facilia remedia quærere.

21 Octaua ratio. Cenſurarum explicatio.

Sed vltimo loco ſcrupulus non paruus animo hærebit,& inſurget,cum ad remedia hæc ſecularia tollendæ eccleſiaſticæ vis confugit afflictus,vel cum eã amouere Princeps curat; ſi excommunicationes, & præcepta aduerſus his ſe immiſcentes,viderit: vt in argumentis fuſius proponemus. idemq; videbitur ſi prima facie conſideretur perſonæ prælati, vim inferentis obſiſtendum eſſe,nos dicere. nunc vero facilè(non tantum diluetur omnis difficultas, quod ſatis in reſponſione argumẽtorum fiet) ſed & explicabitur quid in hac re veritas theologica ſuadeat timere,vel dimittere,vel audere.& hoc ſolum in genere dicam : prælatorum decreta loco Chriſti præcipientium,eſſe ſuſcipienda. ſed cum ad ædificationẽ, non ad deſtructionem habeant illi in nos poteſtatẽ (ſicut ſuperius ex Pauli ſententia ad Corint. 2.epiſt. c. 10.diximus)& cum rurſus explicatio iuſtitiæ, & iniuſtitiæ,obligationis,& libertatis noſtræ à diuina, & eccleſiaſtica doctrina petẽda ſit; certè in his omnibus ſecurè procedemus,ſi ſententias ſapiẽtum, & catholicorum doctorum ſequamur: quia hos poſuit Deus,& non ſolum Pontifices in Eccleſia, vt dicit Apoſtolus ad Epheſios. 4. ad conſumationem ſanctorum,in opus miniſterij: vt ſcilicet eorum dictis innixi,ad finem ſecuri perueniamus, & ideo doctorum ſententias ſequendas eſſe omnes ſapientes ſecurum eſſe,imo neceſſariũ ſentiũt. vt magiſt. Canus collegit lib.7.&.8. de locis.proponã ergo principia à Pontificibus ipſis,& communi doctorum ſententia petita: quibus conſtet, etiam ſi verum ſit quod obijcitur;ſecurè tamen nos in hac re procedere. Accipe itaq; primũ axioma.præcepta, & ſententiarum genera paſtorum cũ poteſtate nos gubernantiũ, eſſe

Inf. num. 51.

Sup. num. 2.

Idem Apoſt.

Magiſter Canus.

Sententiarum, & præceptorum genera.

Universidad de Deusto
Biblioteca

triplicia: primum iusta,quibus obtemperãdum esse necessario docet Paulus ad Hebræos,& Rom.c.13. *D. Paulus.*
2.loco sunt de quibus dubitatur, an iniusta sint. & hæc timenda esse,& pœnas incurri ex eorum violatione decreuit B.Gregor.Papa apud Gratianum vn- *D. Gregorius*
decima quæst.3.sententia pastoris iusta, vel iniusta timenda est.& idẽ de iustis, ex mala intentione procedentibus erit dicendum.

Tertio loco sunt iniusta apertè ex obiecto.ꝙ intollerabilem errorem includant cõtra iustitiã, & æquitatem,ac virtutem.vel si ex defectu potestatis patẽter claudicẽt:& hæc sine peccato,& sine pœna, & sine scrupulo omittenda; nec obseruanda, nec timenda sunt.quoniam non ad destructionem datam esse potentiam,Paulus secundæ ad Corint.cap.10.testatur, *D. Paulus.*
dum tamen sine scandalo fiat.

Quam omnem doctrinam ex communi doctorum,& Pontificum sententia tradunt magist.Sotus *Mag. Sotus.*
in quartum sentẽtiarum distinct.22.quæst.1.art.3. & episcopus Couarruuias in repetitione cap. Alma *Episc. Couarr.*
mater,de sententia excommunicationis.1.part.§.7. à num.5. Doctor Nauarrus in cap. si quando.cap.cũ *D.Nauarrus.*
contingat de rescriptis remedio.1.& B.Thomas in *D.Thomas.*
quartum distinct.18.quæst.2.artic.1. quæstiuncula vltima,& Syluester titulo excõmunicatio.2. qui & *Syluester.*
alios etiam iuris,& theologiæ peritos referũt, quos nunc omittimus.

Excommunicatio præsupponit mortale.

Secundum vero sit axioma ad hanc rẽ necessario præmittendum:mortale peccatũ præcessisse necesse est,vt quis excommunicationis sententiam incurrat. quod patet ex decisione Pontificum,vt Leonis epi- *D.Leo.*
stola.67.ad Vienenses: quod decretũ refert Gratianus Meldensi concilio vndecima quæst.3.c.nemo episcoporum,&.c.nullus ibid. ex cõcilio Albernẽsi *Concilia.*
(vt

(vt ille ait) verè autem habetur ex cõcil. Vormatiẽsi canone.2.sed & idem decreuit Tridet.sess.25.c.3. de reformatione.& Innocentius.III.c. sacro de sen- *Innocentius.*
tentia excommunicationis ex Lateranensi cõcil. & ex communi doctorum sententia,atq; ex sacris litteris deducunt Mag.Sotus.4.dist.22.quæst.1.art.2.& *Mag. Sotus.*
episcop.Couarruuias supra §.9.& doct.Nauarrus dicto loco,& in manuali.c.27.9.&.10.num. & Syl- *Couarruuias.*
uester num.11. verbo excõmunicatio primo.D.An- *D.Nauarrus.*
toninus.3.part.tit.24.cap.27. Accipe etiam axioma *Syluester.*
tertio loco promissum. magna cum circũspectione esse inferendam excommunicationis sententiam:ꝙ grauissimum sit ecclesiasticarum pœnarum genus, docet sacrum Tridentinum concilium.sess.25.c.3. *Tridentinum Concilium.*
de reformatione; priusq, decretum est à Pontificibus de sententia excommunicationis in sexto capite secundo; capite dilecto. & in decretalibus capite primo eodem titulo, & capite multi secunda quæstione prima, capite visis.decimasexta quæst.2.capite corripiantur.24.quæstione.3. & per beatum Am- *D. Ambrosius.*
brosium capite vigesimo septimo libro secundo officiorum,& per Nicenum concilium primũ cap.5. *Nicenum concilium.*
statutum est multò ante.

Magna est circũspectione inferẽda excommunicatio.

22 Collectio rationis.

Itaq; cum hæc verissima ab omnibus sapientibus firmata sint,facilè securas reddemus cõscientias in vsu auferendæ ecclesiasticæ vis,inani timore depulso (adhibita tamen censuris, ac sententijs prælatorum reuerentia) etenim fatemur iustè ab ecclesia sub grauibus censuris caueri,ne quis violet ecclesiasticam iurisdictionẽ,quã qui aliqua ratione violarit, in eas,cũ graui suo detrimento,incurret; sed tamen cum vis aufertur, non se Princeps immiscet ecclesiasticæ iurisdictionis actui; sed illi iniuriæ illatæ, quam non ex potestate, sed ex mero arbitrio proce-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dere diximus supra. præterea secundo axiomate dictum est nunc: nisi peccato mortali præsupposito, excommunicationem non incurri. cum ergo (vt ex probatione conclusionis patuit) iustè Princeps id agat, nullam censuram incurrit. nisi fallaci prætextu excedat, vt quæstione sequenti dicam. illud etiam nunc aduerto debere Pontifices hasce excommunicationes magna circumspectione inferre, vt antiquam patrum doctrinam sequantur. Tādem quamuis vel petens auxilium Principis, vel illi illud præbens aduersus sententiam ecclesiasticam, vel præsentem præceptionem (de qua quæstio vis sit) agant, tamen iam dixi (in prioris axiomatis positione) nullas sententias non esse timendas; & (in secundo) præsupponi deberi mortale ad excommunicationē: vt nullus trepidet timore, vbi non est timor, vt verbis vtar Dauidicis.

23 De medijs iustis tollendæ vis. Propositio. 2. circa praxim.

Hispan.

Diximus ergo in superioribus licere Principibus auferre vim per ecclesiasticos iudices, prælatos, & Pontifices illatā. Nunc de medijs iustis, quibus id liceat; subiungi necesse est secūdam propositionem: distinctam quidem sequentibus periodis. In qua Hispaniæ praxim circa tollēdam vim, depingam & rationabilissimam esse ostendam: quam constituit pro nostris Regnis nostræ Recopilationis lib. 1. tit. 6. lex. 2. & lib. 2. tit. 5. lex à. 35. ad. 39. & lib. 3. tit. 1. lex. 10. & lib. 4. tit. 3. lex. 13. Sicut in Castella & Nauarra obseruantur, & in coniunctis alijs prouincijs, vt docet Doctor Nauarrus. c. cum contingat de rescript. remed. 1. & Couarr. d. c. 35. pract. & idē Nauarrus in Lusitania obseruari per titulū. 1. libro secundo Ordinamenti, dicit. eo excepto ꝙ in Castella ad Regia prætoria hæc vis propulsatio spectat, in Lusitania vero ad quosuis iudices seculares: quod

Nauarrus. Couarruuias.

quod minorem habet dēcentiam, licet maiorem cōmoditatem. de concordia autem Aragoniæ de qua Belluga in speculo principum. & de cōsuetudine circa ecclesiastica, & tollendam vim Galliæ, & Pedemontani senatus, & praxi earum, & aliarum prouinciarum dico solum esse nostra liberiorem: de quibus scripsit Ioannes Garsia de nobilitate glossa. 9.

Ioann. Garsia.

Primum mediū.

Primo igitur licitè curabit princeps, cum de vi ecclesiastica quis conqueritur, vel ipse conspiciat eam: agere vt acta processus ad se, & ad consiliarios suos deferantur. Idq; exhortatione primum, &, si opus sit, etiam erga laicos prælatorum ministros quouis modo compulsionis vtendo; erga ecclesiasticos verò ministros clericos, seruatā moderatione, & reuerentia clericali statui, quouis etiam necessario modo aduersus cōtumaces vti licebit. Deinde inspicere causam, de qua agitur in actibus ad prætorium principis adductis, licitum erit. vt de conuenienti remedio prouideatur, si intra regalem dictionem partes sint. Postea si iniustè processisse iudicem, ac prælatum visum fuerit manifestè, sic cum illis, atq; cum eorum clericis officialibus procedere licebit, vt cū reuerētia statui clericali, & potestati ecclesiasticæ debita, & cum moderamine inculpatæ tutelæ procedatur. hoc enim primum omnium animaduerti à principibus est necessarium. ita tamē vt amotio vis sequatur. In speciali verò exhortationes adhibendæ sunt. quod si hæ non profecerint, etiam ad multam, loci etiam & temporalium bonorum, & iuriū, quibus talis contumax fruebatur, licitè, & sine censurarum scrupulo, procedi poterit à principe in clericos, & prælatos; etiam à regno eos excludēdo. Curabitur tandem vt vel idem retractet male acta, qui fecit, vel eadem per superiorem retractētur, vel nul

Secundum remediū.

Tertiū remediū.

Quartum remedium.

Quintum remedium.

Sextum remediū.

Universidad de Deusto
Biblioteca

læsse proferantur, quoad sententias, censuras, & pœnas ibi illatas: visis actis. Imo antequam videantur, licitè princeps monebit primum, deinde compellet eodem modo cõtumaces prælatos, vt interim supersedeant, dum causa inspicitur, ne periculum, & perturbatio exurgat.

Septimum remedium.

Octauum remedium.

Deniq; si nec huius rei remedium adsit, & (quod Deus auertat) nullus ecclesiasticus prælatus velit remedium apponere, authoritate doctorum hominũ, & principis potestate, amoto scãdalo, sententias iniustas habere vt nullas, licebit omnibus. Quod si res ad Pontificem summum spectet, ad eiusq; mandata, ac decreta, maiori circunspectione necesse erit. & primum ad Pontificis summi iudicium, & seriorem inspectionem negotiũ erit remittendũ; si adsit facilis cõmoditas: vt & ab ea sancta curia apta medicina, & resolutio ipsius negotij proueniat. at, si in mora periculum vere sit; vel si negotium omninò desperatum fuerit, (varijs hominum impedimentis, & siniſtra informatione, ac surreptione) licebit retineri rescripta, & vim patientes protegere.

Nonum remediũ.

Tandem principes curabunt ne indecenti modo vtantur, cum volunt prælatum aliquem vim depellere, quam intullerat. benè tamen suæ principalis authoritatis significatiuo nomine, & stilo vtentur; cum aliquid iniungunt, quod ad ministerium, eorũ, humanũq; actum pertineat: vi intercedente.

Decimum remedium.

At cũ causã iustè iudicatã, & iuxta veritatẽ Euãgelij processisse prælatũ inuentũ sit, causa ad eũ remissa, parti silentiũ indicetur: imo iniustè, & fraudulenter petens, esset puniẽdus. Vltimo si ad schismata, & seditiones, vel iniusta bella prælatorũ, aut similia res deuenerit: tunc licitè illis per vim armorum, donec quies in ecclesia successerit, resistent Principes.

Vndecimum remedium.

Ea

24
Probatio generalis.

Ea verò assertio generaliter vno verbo probatur quia concesso fine, conceduntur necessaria ad finẽ: tum quòd relatiua sunt finis, & media; & ita in fine, licitaq; eius ratione, media licita includuntur: tum & aliter frustra finis cõcederetur, ad quem nisi per media peruenìri non potest, vt omnes tam iuris, quam theologiæ periti fatentur: de fine verò iã patet. Dein de vtrunq, probo praxi christianorum nostrorum Principum, & magistratuum in conspectu theologorum, & iuristarum, religiosorum, & proborum hoc modo à nobis dicto procedentium; qui sanè si siniſtrè procederent, id à nostris non dissimularetur. principesq; etiam sincera & fideli intẽtione, & iustitiæ zelo sic agere credimus, cum ecclesiæ componẽdis negotijs se immiscent. quod & fecisse Ambrosium Mediolani tunc pro regem, postea sanctũ doctorem, refert Rufinus. 11. cap. historiæ ecclesiasticæ (in quo verò excedi possit, quæstione sequenti dicam.)

Praxis nostrorum approbatur.

D. Ambros.

25
Probatio propositionis specialis, & difficultatis exclusio.

Sed oportet vt in speciali remedia omnia vis ecclesiasticæ tollendæ comprobentur ex dictis. & ne per tria priora dicta, & remedia videamur dare principi ecclesiasticarum causarum iudicia, aduerte nos causæ inspectionem, cum aperta est, illi dare, non iudicium: quod est in causa dubia, & in eius controuersia certam definitionem, ac sententiam afferre, sicut de causis omnibus Dei voce Moyses pronuncia uit Deuter. cap. 17. si difficile, & ambiguum iudiciũ esse perspexeris. Itaq; si me ipsum aduersus impetẽtem prælatum defenderem, quòd aperte ille vitam inuadere, ac tollere mihi visus esset, num propterea aut vitio verteretur, aut me iudicem esse velle mei prælati iudicari posset? nequaquam. in re enim apperta cognitio est, non iudicium propriè loquendo.

Licet acta processus ecclesiastici inspici à principe.

Deuteronom.

hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc ergo præmisso verisimo fundamento, probatur apertè intentum nostrum. quia finis (vt visum est) vis tollendæ licitus est. igitur & media necessaria, & apta erunt licita: quia finis, & media ita coordinata sunt, vt si finis concedatur, quòd includat in se media, ea quoq; concessa cẽseantur. At verò inquisitio, seu inspectio causæ, de cuius vi agitur, est medium, non solum necessarium, sed & aptissimũ: vt prudenter de remedio prouideatur. nã aliter nec videri posset, cui medicina applicãda esset, neq; prudenter princeps procederet; si præceps, & sine causæ cognitione notam iniuriæ imponeret ei, qui forte nõ intulerit. sicq; Dei sanè inspiratione ecclesiasticus hunc procedendi modum reprehendit, nostrumq; suadẽs dixit cap. 11. priusquam interroges, ne vituperes quemquam; postquam autem interrogaueris, corripe iustè. medium igitur hoc necessarium est. his adde, & iustum esse, quia in se nullam includit malitiam, neq; ei quidquam vitij imponi potest, nisi id quod principio obiecimus, quod tamen veritate non nititur; quia non iudicare dubia, sed inspicere clara, ne noceant, principi concedimus, issq; omnia hæc, præcipuè vero tertium remedium probatur. *Sapiens.*

26 Licet compellere officiales laicos ad edenda acta processus ecclesiastici.

Iam verò ex his constat primum, etiam medium licere, scilicet compellere officiales iudicum ecclesiasticorum ad edenda acta processus ecclesiastici, de cuius vi agitur. quoniam primũ de laicis nulla quæstio est; cum & medium hoc ad inspiciendam causam per scripta authentica, viso causæ processu, sit necessarium. & rursus nullam incommodi rationẽ hoc affert, quia in laicos omnes, etiã si prælatis ministrẽt, laica potestas iurisdictionẽ habet, cũ in omnes talis dictionis laicos ius habeat generale princeps.

Sed

Licet compellere officiales clericos.

Sed & licere hoc ipsum erga clericos officiales, etiam constabit ex his, quæ dicemus statim: cum rigurosè etiam procedere aduersus ipsos ecclesiasticos vim inferẽtes, & in contumacia perdurantes liceat, dum tamen moderamen, & reuerentia obseruentur; licebit ergo acta processus expetere: ea enim arma sunt vis fiendæ, si malè procederetur, & ita auferre ea, vt à clerico furioso gladium, non esset illicitum. præcipuè cum id medium vis tollendæ, cum à prælato inferretur, certè est necessarium, vel saltim ad quærelas partis iniustas repellendas; vtraq; enim pars ex actorum cognitione esset dignoscenda.

27 Licite proceditur riguroſe cum ecclesiasticis vim inferentibus incorrigibiliter, seruata tamẽ moderatione.

Iam verò de veritate alterius partis assertionis cõtentæ in quarto, quinto, sexto, & septimo remedijs tollendæ vis, agendũ est: quantum attinet ad modũ procedendi cum personis ipsorum iudicum, & prælatorum vim inferentium. Nam certè in ratione illa, nunc sæpius repetita, si consistamus, id manifestè verum esse videbimus. si enim finis licet, vt dixi, & diffuse prima propositione probaui, licebit etiam quicquid est necessarium, & per se ordinatum medium ad illius finis consequutionem; at si prælatus, iudex, vel quiuis minister ecclesiasticus in irrogandainiuria, ac vi perseueret; nec blandis exhortationibus ab iniusto processu desistat, necessarium est, idq; etiam iure naturalis defensionis licitum, personæ obsistere, & quo possimus modo, cõtendere: ne iniuriam contra ius, & præter potestatis suæ limites irroget, sicut si clerico me inuadenti ad mortem, resistere blandè prius curarem; deinde nullis blanditijs proficientibus, illum interimerem, non peccarem: si tamen cum moderamine inculpatæ tutelæ, & cum obseruantia clericatus, in quantum possem, naturalẽ defensionem curassem:

vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt doctores omnes fatentur, & nos supra diximus. *Numero.12.* Ita ergo licebit Principi,& illius officialibus prælatum vim inferentem exhortari, ratione principalis publicæ curæ, vt ab incepta vi desistat: quod si contumax in vi inferenda fuerit, efficatiori remedio opus est.& ita certè licebit rigurosè per pœnas,mulctas, & temporalium amissionem, & exclusionem à regno,in clericos,& prelatos tales procedere.quod patet eo quòd vis tollendæ finis licet, ad illiusq; cõsecutionem,& ad aliorum exemplum,ne similia audeant,molestias quasq; addere oportet: neq; enim absq, illis multi desistere solent. vt ille aiebat.

Oderunt peccare boni virtutis amore.
Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

Deinde etiam expedit, ad cõmunem vtilitatem reipublicæ turbulẽtos ab ea depelli: aliter enim malum nõ cessat. quod etiam Paulus primæ ad Corin- *D. Paulus.* thios quinto dicebat:modicum fermentum totam massam corrumpit. & auferte malum à vobis metipsis. neq; paruũ esse malum censendum erit in republica pacata, & quieta,violatores iustitiæ,& pacis inueniri, & eos, qui contumaciter, prætextu diuinæ potestatis exercendæ iniustitiam,ac vim exercerent.(quod tamen Deũ non permissurũ speramus)

28 Non incurritur in canonem cum vis tollendæ causa rigurosa remedia ex iure naturæ adhibentur.

Sed ex his adde iure defensionis communis, hoc naturali licentia concedi; quia sicut gladium à furioso etiam clerico, etiam si vi auferas ,iustè ages, etenim priuilegium clericale non tollit naturę iura. sic ad futura mala vitanda, & auferenda præsentia, licitum est rigurosè agere in clericos, & prælatos vim inferentes. idq; habetur, & probatur licitum esse communi doctorum tam iuris,quàm theologiæ peritorum sententia: quibus pro certo est canonis pœnas non incurri propter læsionem, vel iniuriam clerici

clerici nos inuadentis: cum nostram defensionem cum moderamine inculpatæ tutelæ intẽdimus: vel cum pater aut prælatus correctionis causa puniunt eos. neq; enim tunc formaliter,& irreuerenter percusio, aut iniuria; sed defensio,& punitio agitur.vt docent D. Thomas in quartũ sententiarum distinctione.18.quæst.2.art.5.quæst.1.& Richardus,& alij doctores ibidẽ. Magister Sotus distinctione.22. quæst.2.art. 3. Diuus Antoninus. 3. parte tit. 24.c. 1.§. 2. Doctor Nauarrus in manuali cap. 27. num. 91. Syluester tit.excomunicatio.6.num.6.Armilla ibi; & Card. Caietanus cap. 10. in suma. & lege doctores in 17.quæst.4.cap. si quis suadente. & in cap. non dubium de sententia excommunicationis. quibus constat hanc quoq; mulctam, ac duram clericorum, & prælatorum accipiẽdi rationem licere, cũ causa defensionis naturalis, & per paternæ protectionis ius, à Principe fit, vt dixi supra. & nec rationem pœnæ hoc habet. neq; enim iudices, & punitores clericorum Principes esse fatemur. sed hic durus procedendi modus tendit in obiectam rem, non in clericos: scilicet in bona, quæ auferuntur,& in processum causæ, qui defertur ad Principem: quæ sunt certè laicæ conditionis. & si rursus possit etiam persona clerici,& prælati molestissimi à regno excludi. quod tamen iure defensionis etiam liceret,si causa talis rei eueniret arctissima: idq; viso processu, & vi constante intelligitur. Cæterum, vt in fine dicti septimi dicebam, etiam antequam vis cõstet, dum acta inspiciuntur, exhortari, imo compellere iudicem licet, vt supersedeat: quia necessarium medium id est ad euitandum periculum, & ad pacem, quæ omnia iure naturali quærere,& defendere licet: vt probaui,& iudex ab hoc medio fugiẽs, propter

D. Thomas. *Richardus.* *Mag. Sotus.* *D. Antoninus.* *D. Nauarrus.* *Syluester.* *Armilla.* *Doctores iuristæ.* *Supra nu.15.* *Nota.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

propter hoc ſolum, ſit iniurioſus reipublicæ;& vim infert in hoc articulo:quidquid ſit de principali cauſa neq; ſuſpenſio illa ſententiæ, & proceſſus eccleſiaſtici, iuriſdictioni eccleſiæ nocet, ſicq; non debet grauiter ferri.

29 Curetur retractatio iniuſtæ ſentẽtiæ.

Per ea igitur iam blanda, iam aſpera media, quæ propoſuimus, curetur retractatio ſententiæ iniuſtæ ab eccleſiaſtico prælato latę.quia ſic ſcrupulus omnis cum vi ipſa, auferetur: cum ita non remaneat conſtans ſententia eccleſiaſtica,quæ ſcrupulum inferat. quamuis in re manifeſta non ingens ſcrupulus eſſe deberet.verum hæc quoq; retractatio valebit ad poſſeſsionis iniuſtæ ius, ad ſimiliaq; impedimenta remouẽda omninò. Quod ſi nullum adeſſet remediũ, nec inferior, nec ſuperior eccleſiaſticus vellent iniuſtè acta reponere, liceret Principi , eiuſq; conſilio declarare nullitatem ſententiæ, actorumq; omniũ, in quibus vis manifeſta ineſſet.qua declaratione ſecuri redderentur,qui non obedirent: quia nullo remedio eccleſiaſtico ſtante ad naturalem defenſionẽ recurrere non eſſet illicitum.& præcipuè cum nullitas efficiat, vt ſententia paſtoris iure nec ſit obſeruanda, nec timenda. vt diximus in octaua probatione concluſionis præcedentis.

Nullo remedio ſtãte cenſeatur nulla ſentẽtia in qua vis eſt.

Supra num.26

30 Quid agendũ ſit cum ad Pontificalẽ curiam vis cauſa pertineret.

Sed poſtquam generalibus medijs prouiſum eſt, cum vis à prælatis inferioribus, & eorum miniſtris fortè proueniret; eſt nunc grauior illa procedendi ratio comprobanda , quæ octauo remedio continetur . quid ſit agendum cum cauſæ vis ad Pontificis ſummi curiam pertineat.

In quo duo illi articuli in eo remedio diſtincti mea quidem ſententia,obſeruandi ſunt, vt primum curetur vt Pontifex de re certior fiat: quoniam & reuerentia ſanctæ illi ſedi cæterarum eccleſiarum capiti

capiti deferenda erit. & cum illa tot negotijs implicetur,varijſq;,ac multis miniſtris indigeat,non mirum eſt ſi quando ſurreptiones mandatorum, re nõ benè perſpecta , reperiantur. ſicut notauimus ſuperius in præuijs notationibus ante primam cõcluſionem,licet dictum ibi ſit,eam ſedem in his,quæ ſunt fidei,& mores hominum concernunt,errorem cõmittere non poſſe,eiq; obedire teneri eccleſiam vniuerſam.& ita priſcis tẽporibus conſuetum eſt:bullas ſeu reſcripta Apoſtolica, cũ incõueniens continere viderẽtur,deferri iterum, ad Põtificẽ, vt decernitur in cap.in memoriã. 19. diſtinct. quod decretum eſt actum in Triburienſi cõcilio cap.30. Germanię coram Imperatore Arnulpho,vt Carrancæ,& Iouerij ſummis conciliorũ ſcribitur: quãuis Gratianus, & Bucardus primo libro decretorum.cap.220. & Arnulphus in ſuis hiſtorijs referant Germanico concilio,cui Carolus magnus interfuit vbi dicitur:In memoriã B.Petri Principis Apoſtol.honoremus ſanctã Romanã Eccleſiam,& Apoſtolicam ſedem ,quæ vt nobis ſacerdotalis mater eſt dignitatis, eccleſiaſticæ debet eſſe magiſtrationis. quare obſeruanda eſt cum manſuetudine humilitas, & licet vix ferendũ ab illa ſancta ſede imponatur iugum;tamen feramus,& pia deuotione tolleremus.ſi verò, ꝙ non decet, quilibet ſiue presbyter ſit, ſiue diaconus aliquã perturbationem machinando,& noſtro miniſterio inſidiando redarguatur falſam ab Apoſtolica ſede detuliſſe epiſtolam,vel aliud quod inde non venerit;ſalua fide,& integra apud Apoſtolicum humilitate , penes epiſcopum ſit poteſtas, vtrum eum in carcerem, aut in aliam detrudat cuſtodiam; vſquequo per epiſtolam, aut per idoneos ſuæ partis legatos , Apoſtolicam interpellet ſublimitatem, vt potiſsimum ſua ſancta

Sup.à nu.2.ad 7.

Deferri oportet bullas ſuſpectas ad Pontificem.

Concilium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

legatione dignetur decernere,& quid de talibus ſan
cta Romana lex ſtatuit, definire,vt & is corrigatur,
& cæteris modus imponatur. Hæc ibi Germani e-
piſcopi cum Imperatore catholico, cum Germaniæ
res ſecundo nauigabant vento:quem vtinã Spiritus
ſanctus emittat,& frigoris cruditate coagulatas hæ-
reſes,feruore diuino liquefaciat,verbo veritatis fide
præſtita. itaq; ſancti illi priſci patres conceſſerunt
poſſe in caſu aliquo fideliter, & iuſte obſtari execu-
tioni mandatorum,tanquam ab Apoſtolica ſede de-
miſſorum,tamen medium hoc remittẽdi cauſas ad
Pontificem probarũt in primis,& ſi cura hæc epiſ-
copo mandatur: quia facilior negotiorum expeditio
erat tunc, quam nunc eſt, quando regia manus ad
vim tollendam neceſſaria eſt,vt dixi ſuperius. Quæ *Supra nu.1*
tamen omnia intelligenda eſſe cum adeſt commo-
ditas,ac facilitas, non aliter, dicemus infra, cum ad
argumenta reſpondeamus. & ita intelligi debent de
creta Pontificum hanc ipſam ſurreptionis declara- *Pontifices.*
tionem adſedem Apoſtolicam referentium : vt de-
creuit Nicolaus Papa cap. ſententiam. 35. quæſt. 9.
Alexander. III. cap. cum contingat de reſcriptis.
Innocentius. III. cap. licet de foro competenti. &
in cap. ſi quando de reſcriptis,vbi Alexãder.III. ait,
ſi quando aliqua tuæ fraternitati (loquebatur cum
Archiepiſcopo Rauenate) dirigimus, quæ animum
tuum exaſperare videntur; turbari non debes: quali-
tatem negotij,pro quo tibi ſcribitur, diligenter con
ſiderans; aut mandatum noſtrum reuerenter adim-
pleas: aut per litteras tuas,quare adimplere non poſ-
ſis, rationabilem cauſam prætendas. quoniam pa-
tienter ſuſtinebimus,ſi non feceris,quod praua,no-
bis fuerit, inſinuatione ſuggeſtum. hæc Pontifex.
Cum ergo ille,qui Pontificatum ſummum regebat,

Id non eſt neceſſarium abſq; com moditate.

facul-

facultatẽ fecerit eo medio vtẽdi, ℘ nos defendimus;
nõ erit cur nobis nota aliqua imponatur, quaſi Póti
ficalis poteſtatis,& decretorum violatoribus. Cũ po
tius ius naturale,ex licentia Põtificis, defendamus.

31 Quando vltimo remẽdio deficiẽte, ſentẽtia poteſt, vt nulla declarari, ſine recurſu adeccleſiaſticos.

Quod ſi,vltimo remedio Romanæ curiæ deficiẽ-
te,res ipſa commodè ad rectam regulam reduci non
poſſet,niſi per laicam poteſtatem;vt quia omnia ten
tata eſſent ſine fraude;vel quia commoditas itineris,
aut facultãs litigantis partis deeſſet, apertũq; in mo-
ra periculum exiſteret: tũc per laicam declarationẽ,
nulla eſſe omnia acta declarari poſſent; & retineri
mandata à Principe; & ſimiliter cum prælati ſu-
periores, vel Pontifex ipſe (quod Deus auertat, neq;
contingere crederem) nollent vim tollere, aut eius
iniuſtitiam declarare,tunc certè etiam per laicã po-
teſtatem terminari negotium declaratione nullitatis
valeret. parteſq; ſcrupulo liberarentur: quæ omnia
tũ ex dictis conſtant, tũ ℘ naturali defenſione licet
nobis nos,noſtraq; curare,& ab agreſſoribus defen-
dere, vt dictũ eſt in probationibus concluſionis præ
cedentis. tum ℘ nullitas ſententiæ facit,vt nec timẽ
da ſit,vt Paulo ante ex catholicis doctoribus dicebã. *Sup. num. 21.*
tũ deniq; quoniã etſi Pontifex,eiuſq; acta ſuſpicien-
da ſint,tamen certè in his,quæ non infallibiliter,vt
homo agit,vt ſunt plura quæ ſpectant ad hæc parti-
cularia;& in actibus præſulum inferiorũ, licite ſine
cenſuræ,& peccati ſcrupulo poſſumus in caſu vis il-
latæ,reſiſtere actui non poteſtati. in quo ſchiſmatis
vitium nullum eſſe docuit Caietanus, vt diximus *Card. Caietan.*
diffuſè ſatis in probatione concluſionis præcedẽtis. *ſup.nu.9.*
Id verò dicitur in re apertiſsima.

32 Quando licet vel non vti verbo mãdati in cauſa eccleſiaſtica Principi.

Deniq; nonum remedium tollendæ vis ad ſtilum
quidem ſpectans,ſed valdè neceſſarium,ne reueren
tiæ eccleſiaſticæ,aut principali poteſtati detrahatur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiam comprobare oportet. in qua re adnotandũ est: vt cum Princeps vim ecclesiasticã auferre conatur, nõ se existimet ecclesiæ iudicẽ: quod dicemus quæstione sequenti; & ita caueat, vt nihil eorum imperet, quæ potestatis ecclesiæ sint, cum iudex & prælatus non infert vim, sed iustè agit, quia tunc in his superiori, & Deo subiacent ecclesiastici solummodo, non Principi; suntq; illa iurisdictionis spiritualis, vt constat. quod certè spiritu diuino afflante cautum est per sacrum Tridentinum cõcilium sess. 25. cap. 3. de reformatione his verbis: Nefas autem sit seculari cuilibet magistratui prohibere ecclesiastico iudici, ne quem excommunicet, aut mandare, vt latam excommunicationem reuocet, sub prætextu quod contenta in hoc decreto nõ sint obseruata: cũ non ad seculares sed ad ecclesiasticos hæc cognitio pertineat, hæc sancta Synodus decreuit. q̃ non intelligitur cum vis adest vera, sed cum eius prætextus contenditur. aliter enim media licita, & necessaria tollerentur; & imperium Regis erga ecclesiasticos, vt patris reipublicæ authoritatem conseruantis, quòd patres illi prisci semper probarunt, vt habetur ex concilio Agathensi. 2. cap. si episcopus. 18. dist. cui certè decreto adhærere video praxim Hispaniæ nostræ sapienter simul, ac catholicè à Principibus, & magistratibus nostris obseruatam: ita vt cum agitur de retractatione, aut executione actuum iurisdictionis ecclesiasticæ, etiam in causa vis tollendæ prima vice nunquã vtantur imperio, aut verbo mãdandi, sed exhortationis: vt cũ agitur de absolutione, aut dãnatione, cõpulsione, aut liberatione alicuius in causa ecclesiastica: sed causa vis cognita, & cũ prælatus auocatur, alio authoritatis imperio vtũtur. Tuncq; sanè solent, licetq; vti verbis imperij, & mãdati, *Trid. Concilium*

dati, etiam cum ecclesiasticis: sicut etiam in legibus de rerum exteriorum dispositione Principes mãdãt omnibus suæ reipublicæ hominibus: cuius ratio est, quia omnes talis reipublicæ, cum homines sint, directione actuum humanorum egent; & in casu necessariæ iussionis non fit iniuria clerico, si in his paternaliter mandati nomen sumant Principes: quoniam in hoc prospiciunt authoritati dignitatis suæ, & non detrahunt ecclesiasticæ dignitati: quia in externis, & non in ijs, quæ ecclesiæ sunt propria, tunc versantur, sed in humanis, quorum directio, & exercitatio omnibus competit. & nõ significatur per ea verba iurisdictio secularium in ecclesiasticos, sed tantum paterna, & principalis authoritas Principis in totam rempublicã: sicut si carnalis pater filio clerico mandaret aliquid externum, & humanum, q̃ tamen nõ pertineret ad clericalem statum, in quo Deus, & prælati eorum sunt superiores. vt dicemus infra, cũ quæstione sequẽti iurisdictionem ecclesiasticam, & immunitatem commendabimus. Insuper quandoq; necessaria instructio prælatorũ, & iudicum: vt si ita procedatur, non esse vim reprehendendam: aliter verò esse illã; non est vllo modo inconueniens, neq; irreuerentia ecclesiastico statui; quia iure, & authoritate parentis reipublicæ, potest Princeps, & eius senatus animaduertere necessaria.

Instruere ecclesiasticos non est irreuerentia.

33 Remittenda est, depulsis falsis, causa iustè iudicata ad prælatos.

Sed cum tandem visis omnibus: & querelis partium, & actis processus prælati, per Principẽ, & eius consilium repertum fuerit prælatum, & Pontificẽ, quemuisq; iudicem ecclesiasticum iustè, & ex iure mandasse, vel processisse secundum suæ potestatis regulas; tunc æquitas, & iustitia, & ecclesiasticæ dignitati debita religio, & obseruantia postulant, vt ad iudicem, vel prælatũ, à quo emanauit causæ articu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lus, super quo querela falso formata fuit, res tota deferatur; insuper vt imponatur silentium partibus, & rursus si expedire videbitur, auxilium præbeatur ecclesiastico prælato, vt suas causas pacifice terminet, & suis sine dispendio præcipiat, eosq; debite puniat; etiam, si opus fuerit, quòd indebitè externum implorarint auxilium, eis quidem impēsæ causæ imponerentur iustè, si tamē omninò irrationabiliter cōpellauerint auxilium Principū: nā si colorato titulo id factū sit bona fide, nec culpæ, nec supplicij, aut pœnæ rei sunt. & sic medium decimū intelligi debet.

34 De casu schismatis, belli, & seditionis.

Iam (quod ad medium vltimum tollendæ vis spectat) si illius tollēdæ alia ratio in disputationem adducatur, cum schismata, bella, aut tumultus, causa ecclesiasticorum excitarentur, tunc certè non est dubiū, quin licitè Principes possint occurrere, ratione defensionis naturalis, quam diximus non impediri authoritate, & priuilegio sanctæ ecclesiæ. Itaq; auxilium vim patientibus fidelibus, turbatæq; reipublicę aduersus iniusti belli, & tumultus authores, iustè, & sine scrupulo impertiretur Princeps: cuius est rempublicam defendere, & vt Paulus primæ ad Timotheum secundo ait, curare etiam: vt quietam & tranquilam vitam, in Dei obsequium omnes agamus. & id curabit etiam armis Princeps: nam vim, vi repellere licere omnes leges, omniaq; iura proclamant, vt supra in probatione præcedentis conclusionis satis probatum est, ita tamen id curet, vt ecclesiastica, ecclesiastico ordine componere, non per vsurpationem ecclesiasticæ potestatis, contendant Principes.

D. Paulus.

Anum. 8.

35 Illatio prima. De vi circa ius naturale, & circa ius diuinum.

Ex supradictis regulis, & propositionibus deducitur: primum in his, quæ ad defensionem iuris naturalis, & diuini pertinent, manifestum esse Principem posse obstare violētiæ illatæ per ecclesiasticum præsulem;

Sup. nu. 7. & infra.

præsulem: quoniam iure naturæ, & diuino nihil obstare potest, vt dixi; & ius defensionis datur omnibus, qui sine scandalo id valeant exercere.

Illatio secunda. In rebus spectantibus ad ius positiuum.

In rebus autem quæ ad ius positiuum spectant, animaduertēdum est (iuxta regulas in principio positas, & ea quæ quæstione secūda propositione quarta dicemus) posse etiā vim propulsari, & tolli à principibus in causis ecclesiasticis. quia ius positiuū nec reuocari potest à quouis inferiori, neq; sine rationabili causa licet reuocari à superiori. & rursus non præsumitur malum in Pontifice, sed si in ordinatio aliqua manifesta sit, tribuendum est siniſtræ informationi, non voluntati Pontificum. sicq; licet Principi suos protegere in hoc quoq; articulo, quia censentur grauari subditi iniustè, & contra voluntatem superiorum.

Vbi sup. & infra quæst. 2. à nu. 29. vsq; ad num. 48.

Illatio tertia. De inspectione literarum.

Et cum adductæ literæ Apostolicæ, vel mandata prælatorum, vim continere vidētur, vel cū suspicio est. ad hoc licet literas inspicere, & sic consuetū est in Hispania. Imo minor irreuerentiæ suspicio esset incōmoda dissimulare, & retinere tacitè, cum non adest aliud remedium, quam apertè contradicere.

Illatio quarta. De vocatione prælatorum, & clericorum.

Insuper consuetudo est nobis per legem. 13. tit. 3. lib. 4. Recopil. aduocandi ecclesiasticos ad tribunalia regia quod æquum est ad pacis publicæ defensionem. non verò irreuerenter, sicut. 4. Reg. 1. reprehenditur.

Illatio quinta. De iuribus temporalibus & patronatuum.

Item cum iura temporalia violarentur. vel cum agitur de iure patronatus: de quo Tridentinum concilium sess. 14. cap. 12. vigesima quarta, cap. 17. vigesima quinta, cap. 9. Couarruuias cap. 35. & 36. practic. quia hæc reducuntur ad defensionem naturalē: quia sua cuiq; concesit Deus, maximè Principibus ad pacē cōmunē, vt ait Apost. ad Rom. 13. & ita

Concil. Trid.

Couarr.

Universidad de Deusto
Biblioteca

iniuſtitiæ vis poteſt amoueri: & hæc omnia ſunt fundata in temporali iure, ſeu in reſeruatione temporali: qua reſpublica hoc modo, & non alio decimare cõſenſit (decimæ nãq; quota de iure humano eſt, licet ſuſtentatio ſit de iure diuino de quo alibi.) Quo etiam modo reſpublica cõſenſit in legibus poſitiuis iuriſdictionis eccleſiaſticæ (à iure enim diuino in ſpiritualia, & annexa ſpiritualibus, & neceſſarijs ad ſalutem habent eccleſiæ prælati iuriſdictionẽ ſolum: ad quæ non egent reipublicæ conſenſu; ſed ad temporalia non ita neceſſaria ad ſalutem, nõ itẽ, iuxta Paulum. 2. epiſt. ad Corint. cap. 10.) itaq; propter has rationes, licet Principibus tueri patrimonia realia, & laicorum: quæ ſcilicet apertè talem habent conſuetudinem, vt ſic, & non aliter intelligantur; aliud eſſet quando obſcuræ ſunt voluntates teſtatorum, quia tunc, vt pia opera, poſſunt Põtifices ea interpretari. Item eadem ratione poſſunt tueri vt cõſueto modo eccleſiaſtica beneficia, & dignitates dentur: vt naturalibus, &c. quia ſic expedit, & conſuetum eſt, & ſic reſeruatum eſt ius decimandi cũ iſtis conditionibus. Item eodem fundamento Principes poſſunt defendere ſuam iuriſdictionem, & laicos: vt de illis cognoſcant. Et illi poſſunt declinare iuriſdictionem ab eccleſiaſticis. & ſimiliter laicorum ſtudia, & confraternitates poſſunt declinare iuriſdictionem, & defendi à Principe, quia merè tẽporalia ſunt, quæ non dat Paulus eccleſiæ. excepta tamẽ adiunctione operis pij, & quorundã clericorum adiunctorum: quæ viſitari poſſunt à Prælato. quanuis etiã patroni laici, & Principes poſsint ſe in hac examinatione intromittere modo protectionis. Contra hæc ergo niti eccleſiaſtici non debent, ne vim inferant. *D. Paulus.*

Diximus

36 De vi in vſu immunitatis, & libertatis eccleſiaſticæ.

Diximus hucuſq;, in quibus præcipuis caſibus cõtingere: & auferri vis poſſet à Principe, cum ab eccleſiaſtico prælato, & iudice inferretur, in mandatis, ſupplicijs, atq; iudicijs. nunc autem reſtat de alio ſimili quidem, atq; frequẽti articulo diſputare: vtrum in vſu libertatis, & immunitatis eccleſiaſticæ contingat vis, atq; auferri etiam licitè valeat? In qua re ſit tertia propoſitio. Si contigerit vis in vſu immunitatis, & libertatis; id eſt ſi eccleſiaſtici iudices, & clerici excederent in modo defenſionis rerum eccleſiaſticarum, atq; templorum, & perſonarum; qui mitis eſſe debet, nec more caſtrorum eccleſia eſt armis defendenda; quibus ſi vterentur, excederent debitum modum, vel etiam ſi extra limites immunitatis eccleſiaſticæ prodirent; vt ſi in caſibus, quibus nec clerici, nec res eorũ, nec delinquẽtes ad tẽpla recurrentes, immunitate gaudent, vellẽt eccleſiaſtici immunitatem violenter defendere. in his enim vis, atq; iniuria fieret reipublicæ, & ſecularí poteſtati, per eccleſiaſticos. In his ergo caſibus licitum, imo expediens eſſe dicimus Principem, & quemuis iudicem ſecularem, ad cuius diſtrictum negotium ſpectet, auferre vim, in vſu immunitatis, illatam ab eccleſiaſticis hoc, modo: Vt primum aduerſus armorum vim, & tumultum, donec quieſcat reſpublica, ſe opponant. & ſine canonis ſcrupulo auferent ab eccleſiaſticis arma illa, quibus tumultus fouetur. Deinde ſecundo in caſibus in quibus apertè eccleſiaſtica immunitas exceptiones patitur ſecundum iuris ordinationem, aut conſuetudinem probatam, licitè vtentur iure ſuo ſeculares magiſtratus. & non eſt illis vetitum non obſeruare immunitatẽ tunc. ſicut vetaretur in his caſibus, in quibus illa illæſa cõſeruari debet. Tertio tã-

Tertia propoſitio.

Quid liceat in ijs?

Primum dictum.

Secundum.

Tertium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dem cum res est dubia an sit casus immunitatis ecclesiasticæ, nec ne: tunc duo sunt obseruanda, alterum vt semper maneat declaratio apud ecclesiasticũ iudicem; nec ex abrupto, ac frequenter velle debent seculares ecclesiastica violare priuilegia. alterum vt cum periculũ reipublicæ, ac timor tumultus in mora essent, tunc liceret (facta cautione, & habita reuerentia ecclesiæ) iudici seculari se in re præsenti intromittere, & interim dum negotium declararetur, vti iure defensionis communis. quod tamẽ nõ sæpe, sed in re graui liceret.

37 Probatio prima.

Vt verò hæc assertio à nobis probetur, illud primo præsupponamus, oportet, vim quandoq; ab ecclesiasticis inferri in vsu, & defensione immunitatis ecclesiasticæ. quod primum experientia docet: qua in modo, atq; in re ipsa excedere ecclesiasticos quandoq; vidimus: dum vel turbulentis defensionibus, & armis ecclesiasticam protegere immunitatẽ solent, & rursus aliquando in casibus exceptis, & illis non datis, se immunes esse contendunt: cum tamen id aduersum iuri, & ecclesiasticæ modestiæ sit.

Contingens vis in vsu immunitatis.

Immunitas quo modo defendenda modestè. Authoritas.

Nam primum mansuetudine, & non bellis, aut armis; sed ratione optima ecclesiasticam immunitatẽ esse defendendam docebat insignis ille ecclesiasticæ libertatis propugnator, Thomas Cantuariensis. pro qua defendẽda. (vt ecclesia in eius canit officijs) gladijs impiorum occubuit. qui in sui glorioſi agonis termino eam tali viro dignam sententiam protulit: ecclesia Dei non est defendenda more castrorum. ℣ & expressè beatissimus Apostolus secũdæ Corin. 10. scripsit: arma militiæ nostræ non carnalia, sed potentia Deo; ad destructionem munitionum, consilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei; & in captiuitatem redu-

Historia Thomæ Cantuar.

D. Paulus.

cẽtes omnem intellectum in obsequium Christi; & in promptu habentes vlcisci omnem inobedientiam, cum impleta fuerit vestra obedientia. Ecce Paulum formam præscribentẽ ecclesiasticis omnibus ecclesiam defendẽdi: vt primũ ratione, & persuadendi vi ad Christi obsequium, & obedientiam cunctos aduersarios reducere contendant, deinde etiam arma excommunicationis, & ecclesiasticæ censuræ ad vlciscendam inobedientiam apponant. id verò post impletam obedientiam; id est, inter obsequentes, suo ipsorum gladio, illos percutiendo, & obedientia eorum audaciam prælato præbẽte ad punitionem. cum verò ea remedia cessarint, & armis opus esse videbunt, cessent ecclesiastici, quorum arma spiritualia sunt: corporalia verò ad reipublicæ, & Ecclesiæ defensionem secularibus relinquuntur: de quibus ait Paulus ad Romanos. 13. non sine causa gladium portant. pro quibus, vt in pace ecclesiam contineant, orandum esse, ipse Apostolus commẽdabat primæ ad Timotheum 2. vt supra diximus. cuius diuinæ doctrinæ ea est ratio: quia status nostri conditio nos ecclesiasticos ad hanc rationem mansuetudinis adducit: cum & in sortem domini, futuramq; beatitudinem, vt specialiter eius famuli, simus vocati. & ideo regnum nostrum, vt & Christi, non est de hoc mundo: vt ille apud Ioannẽ cap. 18. dicebat, & ita vt illius prædicator gloriabatur, nos quoq; dicere debeamus: nostra conuersatio in cœlis est.

D. Paulus.

Ratio.

Dominus apud Ioannem.

D. Paulus.

38 Casus immunitatis, & exceptiones illius.

Deinde iuris ac doctorum communi traditione certum est; ecclesiasticam immunitatem rerum, personarum, & sacrorum templorum esse inuiolabiliter obseruandam ab omnibus, vt & nos quæstione sequenti, & si sumatim, docebimus. & colligit ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

Authoritas. ex iure, & communi ſententia Epiſcopus Couarruuias in practicis quæſtionibus à cap. 31. ad. 35. perſonarum immunitatem à diuina lege habere ortum oſtendens. & in lib. 2. variar. cap. 20. templorum obſeruantiam ex omni antiquitate confirmans. ſcribuntq; de eadem re doctores in titulum de immunitate eccleſiarum, & de ſententia excommunicationis, & clericalis canonis declaratione capite ſi quis ſuadente. 17. quæſt. 4. verum iure quoq; ipſo, ac probata ab eccleſia conſuetudine, excipiũtur caſus, quibus tantũ in clericos ignotos, vel in flagranti delicto deprehenſos, vt ad proprium prælatum deducantur, licet etiam ſeculari poteſtati procedere. & quibuſdam etiam caſibus, templis non defenduntur delictorum quorundam patratores; vt hæretici, infideles, proditores, fures, in eccleſijs delinquentes, vel ſimiles. de quibus Couarruuias, & relati doctores etiam ſcripſerunt. quod certè ſalubriter inſtitutum eſt, vt chriſtiana modeſtia, & virtutis ædificatione fulgeant fideles; nemini, vt inquit Paulus ſecũdæ ad Corinth. cap. 9. dantes vllam offenſionẽ, vt non vituperetur miniſterium. itaq; ne delicta impunita maneant, quod reipublicæ eſſet valdè nociuum, & ne ſecularis poteſtas eludatur, oportet in grauioribus eccleſiaſticos præſules locũ facere poteſtatibus ad punienda delicta, & ea re eccleſiæ honor, & immunitas non violatur, vt Couarruuias loco citato aduertit.

Epiſc. Couarr.

Ratio.

D. Paulus.

39 Vis cõmiſſa in vſu immunitatis. Ex his ergò colligitur probatio aſſertionis noſtrę, quòd ad priorem eius partem attinet: nempè in huiuſmodi caſibus, & exceſsibus irrogari iniuriam, ac vim reipublicæ, & ſecularem poteſtatem per eccleſiaſticos, ſi illo modo exceſsiuo procedant. eo q; delictorum paliationi, & illuſioni, ac iniuſtæ coactioni ſecularis

cularis poteſtatis tunc locus daretur, ſi quouis etiam violento modo, & in quibuſuis, etiam iure ipſo, ac probata conſuetudine exceptis caſibus, immunitas defenderetur ab eccleſiaſticis contra ſeculares magiſtratus. id namq; iniuſtum, ac violentum eſt, quia ius alteri ſic ſurripitur, & violatur, rempublicãq; id perturbat: vt etiam docuit Nicolaus Papa epiſtola. 3. ad Michaelem Imperatorem, quã refert Gratianus .96. diſtinct. cùm ad verum, inquiens, ventum eſt, vltra ſibi nec Imperator iura Pontificatus arripuit, nec Pontifex nomẽ Imperatorium vſurpabit. quod eſt iniurioſè quempiam in alterius iuriſdictionem ſe immiſcere. quod & vetuit Gregorius, à B. Thoma .2.2. quæſt. 67. art. 1. relatus, dicenſq; : Nemo falcẽ iudicij immittere poteſt in eam rem, quæ alteri videtur eſſe commiſſa. hæc illi.

Authoritas.

Nicolaus Põt. Maximus.

40 Quid liceat ſeculari poteſtati circa immunitatem eccleſiæ. Iam verò ad partem alteram eiuſdem propoſitionis accedentes oſtendamus, licitum eſſe Principi, & ſeculari cuiquam iudici tollere vim; quæ quandoq; contingat inferri ab eccleſiaſticis in defenſione, & vſu immunitatis eccleſiaſticæ. quod primum generalibus rationibus, & authoritatibus allatis à nobis ſuperius in explicatione prioris aſſertionis conſtat. nam ibi probatũ eſt vim vi repellere cuiuis licere naturali iure; & id præcipuè Principi eſſe decens, cum ei reipublicæ tuẽdæ incumbat cura. & ideo ſine ſcãdalo turbulẽtijs, & iniurijs obſtat. oſtẽſum etiam ibidem eſt non obſtare huic iuri defenſionis, eccleſiaſticæ immunitatis priuilegium.

Ex quibus deducitur etiam in re eccleſiaſtica licitum eſſe iniuriæ obſtare, atq; per conſequens licitè valere ſecularem poteſtatem obſtare eccleſiaſticis excedentibus in defenſione immunitatis: cùm ſupra etiam oſtenderimus vim, & iniuriam, & in

hac

Universidad de Deusto
Biblioteca

Principi, & iudicibus etiam licere.

hac quoq; re ab eccleſiaſticis contingere. Secularem verò poteſtatem (cui liceat ablatio vis in vſu, & defenſione eccleſiaſticæ immunitatis) intelligimus non ſolum Principem, ſed & quemuis iudicem ſecularem, in cuius diſtrictu res contigerit. etenim negotium hoc remedio præſenti indiget: cum ad factum præſens, & tranſiens pertineat, in quo periculum adſit, ſi mora interuenerit. & ideo ad quoſuis iudices neceſſe eſt pertinere eius mali remediũ. nec eſt eadem ratio in hac, & in alia obſtatione vis ad iudicia ſpectantis: ibi enim ſerioſè, & periudiciales moras proceditur; ſicq; facilis eſt ſine periculo recurſus ad regia tribunalia. & ita cùm reseas moras benè patiatur, & eccleſiaſtica per ſe dignitas id expoſcat, cum tollerari id poſsit ſine diſpendio, vt vis nõ ſemper à quouis compeſcatur, ideo in illis iudicialibus ius obſtandæ vis, apud ſupremos iudices reſeruatur in praxi. nunc verò in iſtis, quæ ad factũ pertinent, ius naturale, & rei præſens periculũ poſcit, vt ad quoſuis iudices id referatur: vt & in praxi ſeruatur. Imo vt verum dicam, ſuperioribus eccleſiaſticis optimo iure id datum eſt, cũ ad eos ſpectet inferiorum eccleſiaſticorum de ordinationes amouere; ſed cum vel ipſi excedũt, vel excedentes omittunt corrigere, ad ſeculares iudices iure naturæ, & gentium defertur, vt dixi. ſed nunc ad media, quæ in ſpeciali ſeculares magiſtratus adhibebunt, deueniamus, vt in vltima propoſitionis parte continetur.

41 Cum ad arma confugerint eccleſiaſtici licitè cõpeſcuntur, etiã à ſeculari poteſtate.

Licebit igitur ſeculari poteſtati apponere quæcũ què media neceſſaria ad quietem reipublicæ, & ad vim ab eccleſiaſticis illatã in vſu, & defenſione, exceſsiuis quidem eccleſiaſticæ immunitatis, amouẽdam. Et primum ſi ad arma confugerint eccleſiaſtici in defenſione immunitatis; licitè Principes, & iudices

iudices illa auferre valebunt. neq; per hoc illi, aut iudices eorum in canonis clericalis priuilegij cenſuras incident. quia abſq; peccato cenſuræ non incurruntur, & hanc quidẽ defenſionem naturæ iure licet exercere. vt dixi iam ſæpe. *Sup. num. 40.*

Et rurſus indebitè ad arma confugiunt clerici in eccleſiaſticæ immunitatis defenſionè: quia modus hic defendendi eccleſiã, prohibitus eſt nobis, vt etiã prima probatione huius aſſertionis explicatum fuit. *Sup. num. 37.* Deinde quoties armis prohibitis ſe tumultuoſè clerici defendunt à iudicum, & Principum poteſtate, certè ſcandala oriũtur in populis, & indignè turbatur reſpublica ab ijs, qui à tumultibus eam exortatione paſtorali liberare deberẽt. & ideo cum arma ſolũ ſpiritualia eccleſiæ incõmuni Deus dederit, teſte Paulo. 2. ad Cor. 10. non valemus alijs materialibus ad hanc Dei cauſam clerici vti: nam hoc ſecularium eſt; nos verò Deo cauſam ſuam relinquamus, & armis ab eo cõceſsis, vtentes, contenti ſimus. nõ vero particularia noſtra defendẽdi, quo modo poſsimus cum moderamine, denegatur clericis: quia iura naturæ non ommittimus, nec Deus armorum vſum omnem particularibus ſe defendentibus, ſed eccleſiaſticæ poteſtati publicum denegauit. *D. Paulus.*

In canonis cẽſuras ex hoc non incurritur: quòd arma prohibita à clericis auferat ſecularis iudex.

Tandem ex intentione authorum canonis clericalis; quæ nõ fuit fauere delictis, neq; naturalia iura perturbare, deducitur apertè: non incurri in cenſuras, quòd exceſſus iſte vitetur, & arma auferantur. nam neq; cum iniuria clericali id fiet, neq; defenſionem reipublicæ canon vetat. & item in arma tẽporalia illa colligenda, ius habet iudex; cum illi incumbat malorũ vitatio. & ita ex hoc quod iudex ſecularis arma prohibita tollat à clericorum perſonis, non incurri in canonem, ex multis probat Epiſcopus *Epiſ. Conar.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

copus Couar.in.cap. 3 3 .ad finem in quæstionũ practicarum libro.

42 Possunt seculares magistratus in casibus concessis nõ seruare immunitatem, & libertatem ecclesiæ.

Iam verò alius huius partis articulus constat:nempè in casibus à iure exceptis, de quibus iam supra locuti sumus, posse licitè secularem iudicem, ac Principem præcipuè obstare clericis,ne iustitiæ administrationi ipsi obstent.& quouis modo, seruata ecclesiæ reuerentia, posse etiam ad ea , quæ ius concedit agenda;procedere. vt ad comprehensionẽ , & eductionem ab ecclesia, &c. verumq; id esse ex iã dictis colligitur. Nam iure suo vtuntur iustè seculares in hac re,vt dixi.sicq; nullum in hoc incurrunt peccatum, aut vllam pœnam, aut censuram : quas cũ peccato incurri, nec sine ratione ligare iam etiã difusè in probatione præcedentis primæ propositionis adnotaui.

Sup.num.38.

Sup.num.40.

Sup.num.21.

43 In casu dubio iudicium immunitatis, & libertatis apud ecclesiasticum est.

Authoritas asserti.

Tandem vltimus propositionis articulus (nempè in casu dubio duo esse obseruanda.) primum apud ecclesiasticum esse ius declarandi circa immunitatẽ, & libertatem ecclesiæ est à iure definitum,maximè cap.si iudex de sentẽtia excõmunicationis in sexto. & id tradit, ex multorum sententia.Episcopus Couarruuias cap. 3 3. pract. quæst.qui etiam optimè aduertit neq; molestandas custodijs ecclesias esse,neq; templis, aut rebus sacris esse quid irreuerentiæ irrogandum , in cap. 20. num. 17. lib. 2. variar . Sed & huius ratio manifesta est: nam reuerentia maior, & potior; vt digniori,& natu maiori,ecclesiasticæ potestati debetur , quam seculari , vt B. Chrisostomus libro de sacerdotio cap.42.adnotauit:sacerdotalis dignitas, vt Deo proximior præfertur regiæ. deinde quia de ecclesiæ rebus diiudicare (vt cõtingit in quæstione hac: an gaudeant libertate, nec ne) certè proprium obiectum est ecclesiasticæ potestatis, non secularis:

Iura.

Episc. Couarr.

Ratio.

D.Chrisostom.

cularis. excipe tamen speciales Aragoniæ, & similes consuetudines,ab Ecclesia etiam probatas: secundum quas arbitri, vel laici seu ecclesiastici iudices ad dirimendam litem iurisdictionis apponuntur ; hæc enim,cum iuris positiui sint, legibus , & consensu Pontificum,ac consuetudine alterari possunt.

Templis,& personis ecclesiasticis ne fiat iniuria, nec inquietentur.

Deinde reuerentiam personis, & templis sacris deberi non dubium est.sicq; ex eis prophanos carceres,qui faceret , quiue quieti obstaret , ac religioni sacrorum;in Deum eius loci habitatorem , iniuriosus esset,& ideò ab hac nunc præscripta regula discedendum non est, nisi in casu sequentis articuli. Alter ergo articulus in hoc dubij casu hoc continebat: scilicet in casu periculi reipublicæ , si demoraretur remedium,& decisio, posse licitè secularem iudicem se intromittere; seruata reuerentia,& cautione facta de non innouando ; certè veritatem complectitur: quam & praxis proborum, & peritorum iudicum confirmat,qui solent vel retinere, vel ab ecclesijs educere,vel circum ecclesias custodijs munire delinquentes in re graui, & hoc probat episcopus Couarruuias locis paulò ante citatis, & maximè dicto cap.trigesimo tertio practicarum.Cuius etiam est ratio, quoniam ius naturæ non derogatur per ecclesiasticum, nec diuinum; sed hæc mutuo se munire, iam dixi quinta probatione prioris assertionis. ex quo verisimo principio deducitur non esse permittendum reipublicæ casum prætextu religionis. & ideò non tollitur ius defensionis, neq; protectionis reipublicæ per libertatẽ,& immunitatẽ ecclesiæ; & ita in nostro casu licet seculari potestati sic agere. addeq; prudentem episcopi Couarruuias sentẽtiam in cap. 20 .libri. 2.variarũ nu.4. non esse ecclesiasticã immunitatẽ his tẽporibus extendẽdã plus nimiò,

Cum periculum in mora erit licet seculari iudici suo iure vti circa immunitatem, & libertatem ecclesiasticam.

Authoritas.

Praxis.

Ratio.

Episc. Couarr.

Sup. nu. 18.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quando ea freti procaces, grauia, & atrocia crimina aggrediuntur. Etsi tamen ipse eodem capite catholicè aduertat: reuerentiam rebus sacris adhiberi oportere à secularibus magistratibus. in qua re, si excedatur, non parum diuinæ maiestati resistent illi, neq; paruas pœnas ab ea timendas esse credetur meritò. quod quæstione sequēti admonebimus. hucusque vero illud curauimus ostendere, licitè vim ecclesiasticorum excedentium quandoq;, per seculares magistratus depelli.

44 Notatur vis argumentorum cōtrariorum.

Sed postquam assertiones nostræ quæstioni conuenientes confirmauimus, restat vt & difficultates, quæ obstare prima facie nostræ sententiæ videantur, proponamus; easq; tandem dissoluamus, vt discussa veritas magis eluceat. quoniam autem omnes referēdæ obiectiones ad ecclesiasticam potestatem, & authoritatem spectabunt; de qua etiam paulò diffusius quæstione sequenti dicturi sumus; ideó argumenta hæc nostra difficultates solum contingent, fusioremq; probationē dicto loco reseruabimus. sed ita tamen rem prosequemur, vt nihil eorum, quæ aduersa videri possent præscriptæ huius quæstionis resolutioni nostræ, omittamus. sic enim fiet vt nulli videri possimus veritatem palliare, aut difficultatem vllam ocultare, aut ignorare, neq; incerta in mediū produxisse pro certis, sed quæ vera sunt, ac catholica affirmasse. in re enim grauissima, vt est hæc nostra, non expedit defendenti ocasionem vllā suspicionis legenti præbere, vt suspicetur, aut scribentem latere quicquam eorum, quæ obstent, aut minus validè, ac catholice dissolui posse, quæ obstare appareant.

45 Primū argumentum ab ecclesiæ potestate.

Primū igitur sese offeret nostra legenti ecclesiastica potestas data à Deo nostris prælatis ad gubernationem totius ecclesiæ, in his, quæ ad spiritualia spectant,

ctant, & ijs quæ annexa sunt ipsis, quam ad ædificationem, & gubernationem fidelium datā à domino esse, testatur Paulus in cap. 10. epist. 2. ad Corint. de Apostolis, & de eorum successoribus prelatis omnibus loquēs; quibus obedire necesse esse ad Hebræos 13. cap. Dei voce imperat, vt totius ecclesiæ catholicæ traditione docemur. *D. Paulus.*

Cum igitur hoc ita sit: ecclesiasticam prælatorū potestatem in omnes fideles à Deo esse, ergo non licet homini, neq; Principi eam violare. nam qui resistit potestati, diuinæ ordinationi resistit; qui autem resistunt ipsi sibi damnationem acquirunt, vt ait Paulus ad Romanos. 13. capite. non igitur licebit Principi, cum homo Deo subiectus sit, obstare, ne ecclesiastica potestas à Deo data exerceatur à prelatis, siue vis, siue alterius ocasionis prætextu.

Responsio.

Non diffiteor validissimum videri argumentum hoc aduersus nostræ propositionis resolutionem. cæterum si sincero animo hæc inspiciamus, planius videbitur nullas in re vires aduersus æquissimum tollendæ vis ius in esse. Nam vt dixi superius in probatione prioris assertionis, ecclesiæ potestas nō sic in confuso accipienda est, quasi Deus nihil exceperit, sed cuncta dederit in manu prælatorum, omnia namq; quæ à Deo sunt, ordinata sunt. vt ait ad Roman. 13. Paulus. & ideò non concesit licentiam omnipotens ad excessus exercendos, sed ad ea, quæ prosunt, non ea quæ nocent christianæ plebi iniungenda. quod expresse testatur idem Apostolus cap. 10. epistolæ. 2. ad Corinth. Verbis iam à nobis repetitis, dicens: nam & si amplius gloriatus fuero de potestate nostra, quam dedit nobis Dominus in ædificationem, non in destructionem vestram, non erubescā. ecce cū de potestate ecclesiastica gloriatur *Sup. nu. 11.* *D. Paulus.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Paulus in domino non in immensum extollitur, sed modestè vera fatetur; & in ædificationem solum, & non in destructionem eam esse datam libenter declarat. & ad id solum episcopos, & pastores constitutos esse cap. 4. epistolæ ad Ephesios dicebat. ex quibus colliges Principem, qui agit contra vim; atque iniuriæ (si quando inferri à prælatis ecclesiæ contingat) curat obstare; non contradicere diuinæ vllæ commissioni, aut potestati à Deo nostris prælatis datæ, sed humano eorum arbitrio: quia vt diximus diuina potestas, & ad nos gubernandos commissio extenditur solum, ad ea, quæ ad ædificationem sanctorum pertinent; hæc verò sunt sola iusta, & sancta: nam malum nullum conducit ad gloriam, & gratiam Dei, & sanctorum, per se loquendo (quamuis per tyrannidem per accidens patientibus paretur præmiũ: huic verò iustus Deus non fauet, nec vult concedere, aut potestatem præbere malè agentibus.) Hoc igitur vellem menti fidelium insedisse verum principium, ne ex hac iusta resistentia ad vim illatam quandoq; per ecclesiasticos, scandalizarentur; cum Principes viderint resistentes talibus ecclesiasticorum conatibus: neq; enim vsui potestatis, sed in ordinato arbitrio humano obsistent tunc, cum euidens fuerit illata vis, atq; iniuria fidelibus. vt sæpe iam dixi, quia sæpe oportuit.

Ecclesiastici nõ debent vltra mensuram exercere potestatem.

Insuper, iuxta Apostol. 1. Corint. 10. hoc debet insidere menti prælatorũ ecclesiæ: ne in immensum glorientur de potestate sua, sed secundum mensurã regulæ; qua mensus est illis Deus pertingẽdi vsq; ad nos. Itaq; non vellint quæso ecclesiæ prælati pertingere, quo eos Deus attingere noluit. & ita non mirentur si vim facientes (aut in diuinis & naturalibus excedentes rationem, & destruẽtes potius, quã ædificantes; aut in positiuis se extendentes vltra, vel contra ius, & consuetudinem præscriptam, & legitimam) inueniant sibi repugnãtes Principes de suorum pace solicitos: cum ad primum: agendo contra rationem, non habeant à Deo potestatem; ad secundum vero ex iure positiuo, & consuetudine, ad sola concessa, & non è contra præscripta habeant commissionem. Et ita melius esset in his, quæ valẽt, & ad quæ extenditur eorum iurisdictio intendere: vt correctioni, & reformationi ecclesiæ. In cæteris iuri, & consuetudini locum iustum præbere. Sed licet plenius quæstione sequenti de paruo vigore con *Num.61.q.2.* suetudinis contra ecclesiastica priuilegia acturi simus, tamen nunc ad supradictorum intelligentiam addam: nos non confirmare ius tollendæ vis ecclesiasticæ, ex sola consuetudine prouinciarum. Nam licet in his, quæ iuris positiui sunt, consuetudo valeat: iuxta distinctionem octauam decreti, & titulos de consuetudine; sed tamen aduersus ius diuinum, & priuilegia ecclesiæ; maxime circa diuina, & spiritualia, non valet: cum Deus sit superior republica. sicq; cum vis circa ea contingeret, parum ad rem consuetudo censeretur. Ideò ergo in iure naturalis defensionis, & diuina illius confirmatione nitimur, non in præscriptione contra ecclesiæ potestatem: quauis cõsuetudo ius arguat, & priuilegio equiualeat, vt dixi: ob dissimulationem Pontificum.

Nota. Non propter consuetudinis vigorẽ vim tolli posse.

46 Secundum argumentũ ex ratione iudicij vetiti.

Sed dices, iam illud tibi argumentum menti ocurrere aduersus nos, & ea quæ nunc dicebamus, ex ratione iudicij vetiti desumptum. dices igitur esto verum sit quandoque prælatos indebite agere, benè quidem, sed iudices suos habent, ipsi iudices ecclesiastici, superiores suos, & præsules, & hi quidem summũ Pontificem, ac concilia generalia;

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſuma verò ſedes Deum. ecce hierarchiæ ordinem à Chriſto domino inſtitutum; quē à ſecularibus Deus fecit immunē (vt dicemus quæſtione ſequenti) ergo iniuſtè ſe immiſcent ſeculares diiudicandis erroribus, ac iniuſtitijs vindicandis eccleſiaſticorum: nam hoc eſſe violare diuinam poteſtatem ſanè videbitur. & ideò exprobrat Paulus primæ ad Corint. 6. cap. ec cleſiaſticos, qui ſe ſecularibus iudicibus ſubijciunt. imo parum catholicos vocat Principes, Nicolaus pri mus Pontifex epiſtola ad Michaelem Imperatorem, qui diiudicandis eccleſiaſticis cauſis ſe immiſcent: imitatus in hac re priſcorum ſanctorum Pontificum ſententias, quarum aliquot in hanc rem congeſsit Gratianus in decretorum volumine, nonageſima ſexta diſtinctione, &. 23. quæſt. 8. inter quos, illam memoratu dignam, protulit ſententiam beatiſsimus Pontifex ſummus Ioannes primus Papa, relatam per Gratianum nonageſima ſexta diſtinctione: ſi Imperator catholicus eſt, quòd ſalua pace ipſius dicimus, filius eſt, non præſul eccleſiæ. quod ad religionem competit diſcere ei conuenit, non docere. hæc priuilegia ſuæ poteſtatis, quæ adminiſtrādis legibus publicis diuinitus cōſequutus eſt, & eius beneficijs non ingratus, contra diſpoſitionem cœleſtis ordinis, nil vſurpet, ad ſacerdotes enim Deus voluit, quæ eccleſiæ diſponenda ſunt, pertinere: nō ad ſeculi poteſtates; quas ſi fideles ſunt, eccleſiæ ſuæ ſacerdotibus voluit eſſe ſubiectas. non ſibi vendicet alienum ius, & miniſterium, quod alteri deputatum eſt; neq; contra eum contendat abrumpere, à quo omnia conſtituta ſunt. & contra eius beneficia pugnare videatur, à quo propriam conſecutus eſt poteſtatem. non à legibus publicis, non à poteſtatibus ſeculi, ſed à Pontificibus; & ſacerdotibus omnipotens

D. Paulus.

Nicolaus Pap.

Pontifices.

D. Ioannes Papa.

tens Deus chriſtianæ religionis clericos, & ſacerdotes voluit ordinari, & diſcuti, & recipi de errore remeantes. Imperatores Chriſtiani ſubdere debent executiones ſuas eccleſiaſticis præſulibus, non præferre. hæc Pontifex. His adde ſacri Tridentini concilij illam auream ſententiam ſeſs. 23. cap. 3. de reformatione, qua dicitur: nephas ſit cuilibet ſeculari magiſtratui prohibere eccleſiaſtico iudici, ne quem excommunicet; aut mandare vt latam excommunicationem reuocet, ſub prætextu quod contenta in præſenti decreto non ſint obſeruata, cum non ad ſeculares, ſed ad eccleſiaſticos hæc cognitio pertineat. hæc ſancta Synodus ſtatuerat, cum etiam de exceſsibus eccleſiaſticorum, in vſu poteſtatis, ageret. quos ab eccleſiaſticis ſuperioribus, non à ſeculi poteſtatibus corrigendos eſſe decreuit. verbumq; illud grauiſsimum adiecit: nefas ſit; quaſi hoc longè à catholico Principe, & iudice abeſſe debere oſtenderet. Sed hæc quidem maiorem vim ſecundum apparentiam, quam ſecundum veritatem habere facile iudicabit, qui ſequentibus aurem accomodauerit. etenim fatemur iudicium eccleſiaſticarum cauſarum vetitum eſſe ſecularibus. neq; de hoc contentio eſt, vt dicemus quæſtione ſequenti; hocq; probant ea, quæ in oppoſitum attulimus, non aliud quid. Veruntamen (vt ſupra etiam attigimus) quod Principi dedimus in hac tollendæ vis cauſa, non eſt iudicare, ſed protegere, & manifeſtæ iniuriæ obſtare. quod iuſtum eſt. eo quod nos in re dubia nullum ius concedimus ad tollendam vim, vt dicemus quæſtione ſequenti.

Trid. Concilium.

Sup. num. 25.

Reſponſio.

47 Iudicia quæ & quæ liceant?

At verò in re manifeſta, iudicium non eſt, ſed inſpectio clara iniuriæ. in re autem iſta iudices non vtūtur iuriſdictione, ſed protectione paternali, in re

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem dubia discernenda, propriè reperitur iudiciũ. nec mihi soli in hac re credatur, sed Moysi, & domino potius, qui Deuteron. cap. 17. dicebat: si difficilè, & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris inter causam, & causam, sanguinem, & sanguinem, lepram, & non lepram; & iudicum inter portas tuas videris verba variari; surge, & ascende ad locum, quẽ elegerit dominus Deus tuus, venieſq, ad locũ quem elegerit dominus, & ad iudicem, qui fuerit illo tempore, quæreſq; ab eis; qui indicabunt tibi iudicij veritatem. vides quam manifestè duo hoc loco pateãt? alterum iudicium proprium, atq; necessarium reipublicæ esse solum, cũ quæstio de re dubia insurgit, & id quidem manifestũ est. quoniã in re aperta nemo eget auxiliatore ad eam decernendã; sed siue sit causa ciuilis, siue criminalis, apparens omninò res, ipso facto diiudicata censetur, ob idq; Christus dominus apud Ioannem. cap. 3. dicebat: qui enim credit, non iudicatur; qui autem non credit, iam iudicatus est. sicut de Principe huius mundi cap. 16. dixit: Iam iudicatus est. quæ namq; clara, ac manifesta sunt, propriè iudicio non subsunt. quia iudicium probationes, & controuersias includit, & declaratione indiget: quæ in ea re si fiat à iudice, actus iudicialis proprius est. huiusmodi autem iudicia propria, & impropria in ecclesiasticas causas directè, vetita sunt seculari potestati, vt argumento probaui. sed sua debet esse contenta iurisdictione, & circa ecclesiastica, ad ecclesiasticos prælatos recurrendũ est: quod erat alterum à Moyse iussu diuino propositum loco citato. verum defensio contra vim licet, eo quod ea nõ est iudicialis declaratio, sed inspectio, & obstatio mali, quæ cuiuis etiam particulari cõceditur, nisi ad esset scandalum. quod tamen potestate principali, & ra-

Moyses.

Dominus apud Ioannem.

& ratione curæ publicæ impendentis, tollitur in facto Principis. & ita quidẽ in re manifesta licet hæc naturalis diligentia, contra vim ecclesiasticorũ; neq; ea iudicium, sed sola inspectio manifestorum censenda est. Iudicium itaq; ecclesiasticarum rerum vetatur seculari, & rursus ne in dubijs probationes admittat circa ecclesiastica, ac in rebus bene iudicatis, & quæ in rem iudicatam transierunt secundum ius ne se intromittat, vetatur.

Et rursus, annexa iudicio, incongrua, & minus reuerentialis compellatio, ac iussio: vt Ioannes Papa, & concilij Tridentini patres locis citatis cauerunt; sed inspectio manifestissimorũ nec iudiciũ est, neq; vis tollendæ naturale ius prohibetur cuipiam. de qua re quæst. 2. dicemus. *Infra num. 23.*

48

Tertium argumẽtum, ab immunitate, & libertate ecclesiastica.

His adde neq; obesse immunitatis, & libertatis ecclesiasticæ certissimum ius (vt supra quoq; attigimus.) nam si dixeris diuinitus, & antiquitatis vsu ecclesias, & ecclesiasticos, eorumq; res ius libertatis, & immunitatis contra secularem potestatẽ obtinere; sicq; non licere ea iura violari, aut perturbari à secularibus. & ita non licere vis auferendæ prætextu, seculares se in horum limitatione immiscere, vel eorum religionem violare, vel vsurpare iurisdictionẽ à Deo, & à iure concessam. vt dicam sequenti quæstione. His ego: iura immunitatis, & libertatis ecclesiasticæ non diffiteri, sed concedere nos potius. at non immeritò contendimus non esse violationẽ sacrorum iurium, iustam (vt dixi paulò ante) defensionem potestatis secularis, atq; punitionem æquã delictorum; & rursus defensionem vis illatæ ab ecclesiasticis, cùm præter concessos suæ libertatis casus, non diuina authoritate, sed suo arbitrio procedũt. tunc enim quid mirũ si vim vi repellãt iudices,

Supra à num. 36. ad. 46.

Responsio.

Sup. num. 36.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod priuatis quoq; conceditur. Quæ item sint ecclesiasticæ iurisdictionis causæ, & quæ mixti fori, & quæ secularium, in quibus se exercentes ex iure, vel consuetudine, & aprobatione Pontificum, iuste agunt, dicemus quæstione sequenti, & à multis iuris doctoribus traditur.

49 Quartum argumẽtum ab alioꝝ mediorũ omissione.

Dices verò vlterius: & si vim vi repellere liceat, tamen id cum moderamine inculpatæ tutelæ fiat, id est quantum ad defensionem, non adaggressionem necesse sit. quia id metas naturalis licentiæ excedit. & ita si per alia mitiora media, quam per offensionẽ valeamus vim repellere, cessare ab offensione debere, & vti alijs medijs omnes sapientes concedũt esse necessarium.

Ex quibus sic argumentor (nec leuiter, aduersus ea quæ hucusq; nos defendimus) valemus alijs medijs sine violatione libertatis ecclesiasticæ depellere vim illatam. (si quandoq; contingat ab ecclesiasticis inferri) per ecclesiastica remedia, & non per seculares: Vt enim quando ab inferioribus iudicibus secularibus videmur grauari, recurritur ad superiores, & ad Principes; qui ad eos appellantibus, remedium præbeant; nec certè ad ecclesiasticos accedimus, ne ordo potestatum peruertatur: sic etiam videtur facilius recurri posse ab Episcopo, ad Metropolitanũ, Nuntium, & Pontificem summũ; vt conuenienti remedio prouideant, cum de inferiori ecclesiastico iudice conquerimur. idq; tutius foret: tum propter reuerentiam ecclesiastico ordini debitam, quam & antiquiores patres obseruasse in hoc casu videmus, in supra relato decreto concilij Triburiensis capite in memoriam. 19. distinct. præsente enim Imperatore Carolo cautũ est: deferẽdas ecclesiasticas causas, in quibus vim suspicamur, ad Pontificis cognitionem *Sup. num. 30.*

nem, in memoriam, ac reuerentiam beati Petri. q̃ etiam cautum est cap. si quando de rescriptis. tum etiam & hoc iustum videtur, eo quòd non obruendæ sunt iudicum sententiæ, sed per superiores, ordine debito examinandæ: nam suis quisq; opinionibus ducitur in rebus præcipuè forensibus: quod non solum in ecclesiasticis, sed in secularibus tolleratur; ergo non licet ecclesiasticam violari rempublicã, nec vis tollendæ prætextu ab ecclesiasticis, ad seculares recurri; sed solũ ad ecclesiasticos superiores, vt vim illatam ab inferioribus, dissoluant. siquidem is finis hoc medio haberi facile valet. hisq; adde: sicut ad seculania prætoria à finibus regnorum, à longinquoq; acceditur, cur non ad ecclesiasticos supremos Pontifices in ecclesiasticis occurretur? deinde nõne bonum commune, ac diuinum humano, atq, priuato præferendum erit? & ideo licet priuatis molestum sit quandoq; in suarum causarum decisione ad ecclesiæ supremos prælatos accedere, tamen tollerandum est, & non permittendum vt violetur religio christiana, ac ecclesiasticæ iurisdictionis sanctũ priuilegium. *Pontifex.*

50 Responsio. Cum est facilis reuocatio vis, per ecclesiasticos; ad eã rationem recurratur. sed non communiter.

Fateor quidem non paruam habere difficultatem rem istam, cæterũ vinci ea, veritate ipsa, valet. Itaq; fatemur cùm facilè fieri possit, & obstare iniuriæ illatæ per ecclesiasticam viam possimus, non debere ad secularem, in ecclesiasticarum causarum executione recurrere. Et sic quoties per tempora, & facultates litigantium locus detur Pontificale decretum referri ad suum authorẽ debere, probaui in superioribus. similiter, vt iam dixi, antiquitus facilior via hæc ecclesiasticis fuit, quam modò. nec mirum si de nostris temporibus, charitate frigescente, conqueramur, cum Paulus ipse. 1. Corinth. 6. de suis cõquæ- *Sup. num. 30. Supra. nu. 20. & 30.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

conqueſtus ſit. Itaq; ſi rerũ noſtrarũ ratio permitteret,& ſi vis contingeret inter eccleſiaſticos, non ei per ſecularem manũ occurri neceſſe eſſet, itaq; cũ fieri id poſſet facile,ea via recta eſſet procedendum: vt argumẽtum probat. cæterùm cum id difficile eſt, ob noſtrorum temporum iniuriam, Deuſq; ſic ſuauiter omnia diſponi vult,(vt Sapiẽs cap.8.teſtatur,) & qui(vt Paulus .10.cap. ad Rom. ex Moyſe Deut. 30. cenſet, quod nos quoq; ſupra etiam attigimus) vult vt facilimis, nec acerbis, & vltra modum diſtãtibus medijs regamur,& dirigamur ad ſalutem; ipſe inquam omnipotens facultatem facit nobis facilia, & commenſurata media aggredi; ad terminandas eccleſiaſticas cauſas,maximè vbi vis, & iniuria aperta interuenit. etenim moraliter, & ſuauiter procedendum eſt,non per abrupta petrarum, & altiſsima maria; nec volet Deus piiſsimus, & ſuauiſsimus innocentes violenter opprimi. &, ſi ad remedium eccleſiaſticum ſæpe ocurras, diu differri iuſtitiam, & mutuis ſibi fauentium prælatorum reſponſionibus, facultates, ac vitam cõſumi expertum eſt. item neq; ad ſummum Pontificem (in quibusuis) tam longè diſtantem accedere, ſummo noſtro ſumptu,ac perditione iuris noſtri tenemur. ſed vbi periculum in mora ſuſpicamur, naturaliter ei occurrimus licitè per manum regiam potẽtem, ſimulq; in regno nobiſcum commorãtem, cui facilè eccleſiaſtici cedũt, & ad veritatem Euangelij oppreſi potẽtia pertrahũtur:Neq; per eccleſiaſticos potens,& facilè remediũ adeſt:imo cũ ſint immunes, & raras ſuorũ munerũ rationes reddant, certè multa fortè committerent, niſi potẽtiã Principum metuerent,&c. Et aduertatur moraliter, & communiter loquendo, eccleſiaſticos ſibi mutuo fauere prælatos,& non ſemper ita doctos

Sapiens.
D. Paulus.
D. Moyſes.
Sup. num. 20.

Nota. Eccleſiaſtici remedij incommoda.

doctos viros ad ſua munia afferunt, ſicut Rex ad ſua prętoria, & ij ſæpius indepẽdẽtiores vt adminiſtrẽt iuſtitiam ſunt. Adde etiam: ſi conſilium ad vim tollendam cum Papali authoritate fieret,eadem neceſſitas tollendæ vis propter eadem humana incommoda exurgeret. præcipuè quia naturale remediũ ſemper licet, vt probetur an vis adſit, etiam ſuperdictũ conſilium. Adde etiam magis proſpici eccleſiaſticæ hierarchiæ in tollenda vi per Principes,quam detrahatur; quia curatur, vt appellatio naturalis cõſeruetur,& ordo eccleſiaſticus; & ne per vim armorũ, ſed per brachium regale vis propulſetur:propter reipublicæ,& eccleſiæ pacem. Adde inſuper in omnibus cauſis paruis, & magnis eandem eſſe vis tollendæ rationem;& ne ad magna deueniatur, paruis pro uideatur neceſſe eſt. hæc verò oppreſsio licet: quia defenſio eſt,nec bonum commune,aut religio chriſtiana hoc ipſo euertitur; ſed per iuſtam adminiſtrationem potius conſeruatur. Itaq; falſum ſupponebat argumentum, & eius confirmatio: nempe, ſemper eſſe facilem aditum ad alia efficacia remedia contra vim eccleſiaſticorum, per manũ eccleſiaſticã. neq; etiam verum eſt, violari religionem per hoc, quod in caſu vis ſeculares defendant ſe naturali iure,quod negamus. de hiſq; diffuſius ſupra in probationibus actum eſt. neq; de hiſce præter modum volumus ſcribere; ne fortè in explicatione eorum,quæ experimur in hac cauſa vis tollendæ,in offenſionem aliquorum impingamus. ſed expertorum conſiderationi relinquamus hæc omnia, quæ ad vis contingentiam, & ad eiuſdem remedium ſpectant.ſatis eſt nos modeſtè ſub diſtinctione locutos,vt ſi facilè reſiſti poſsit ei illatæ per eccleſiaſticos, per recurſum ad Eccleſiam,fiat quidẽ, ne moderamen inculpatæ tutelæ

Eccleſię fauet ablatio vis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tutelæ prætergrediamur, aut ecclesiæ offensionem incurramus. cæterum cum difficilimum, & moraliter impossibile id fuerit, quid coget nos non recurrere ad præsentia, & facilia remedia? cum defensio sit naturaliter licita; & cũ diuina suauitas licẽtiã præbeat, vt suaui modo procedamus, vt dixĩmus modo.

51 Quintũ argumẽtum de censurarũ periculo, & canonis clericalis.

Quòd si tandem metu vellis comprimere, se iustè defendentes, non detrectabo etiam certamen. Itaq; si mihi obieceris antiquum canonem: si quis suadẽte diabolo manus violẽtas iniecerit in clericum excommunicetur, &c. quod celebre est à Gratiano relatum. 17. quæst. 4. sicq, cõtendas in eius pœnas incurrere eos, qui prælatos, iudices ecclesiasticos, clericos, & ecclesias, & eorum res oppresserit, etiam prætextu tollendæ vis.

Canones, & decreta Pontificum.

Deinde si illam grauissimam iam relatam sacri Tridentini Concilij sessione. 23. cap. 3. de reformatione, sententiam opponas, qua dicitur nefas esse seculari magistratui in ecclesiastica se immiscere. ꝙ argumentis prioribus, ex multis confirmaui. Quod si rursus obijcias decreta bullæ cœnæ Domini, vt vocant, à sanctissimis Pontificibus quotannis renouata, eaq; sacrorum Apostolorum Petri & Pauli authoritate, seu potius Christi domini, cuius Vicarij sunt Pontifices, firmata: quibus decernitur, & declaratur reseruatæ terribilis excommunicationis sententia, aduersus omnes, qui ecclesiastica iura, & Pontificalia, & ecclesiasticam iurisdictionem vsurpant, & eos rursus, qui in hæc, prætextu vis tollendæ, irruũt, aut impediunt, quæ quidẽ vt omnibus nota, & prolixa relinquimus, & supponimus verisima, & æqua esse.

Trid. Conc.

Bullacœnæ Domini.

52 Responsio.

His ego non difficilè respondebo (si mihi facultas fiat, absitq; à verbo nostro omnis sinistra suspicio

suspicio, aut offensio.) nam ecclesiasticis prælatis, summoq; præcipuè Pontifici, eorumq; decretis reuerentia; & obseruantia habenda quidem Christi nomine est meritò, at in ædificationem, non in destructionem agere debent illi, vt Paulus. 2. Corint. 10. dicebat. & ad hoc, non ad aliud, habere in nos potestatem meminerint. rursus etiam sciunt illi Petrum Apostolorum principem monuisse fideles primæ epistolæ cap. 2. vt se gerant quasi liberi, & non quasi velamen habentes malitiæ libertatem. id est, vt christianã libertatẽ, & immunitatẽ ad solã Dei gloriam, & spiritualem libertatem, & vtilitatem; non ad vitiorum defensionẽ præcipuè referant. Deniq; & prælatos suauiter gubernare, cap. 5. non quasi dominantes in cleris, sed vt forma facti gregi, admonuit prior ille ecclesiæ Pontifex. his ergo si animum applicauerimus, videbimus in nullo doctrinã præscriptam sanctæ ecclesiæ, & recta via procedentibus prælatis obstare. quod si excessus quandoq; deprehendantur, non mirum. Itaq; ex his præiactis principijs deducemus planissimè interpretationẽ eorum decretorum, quæ in argumẽto suppositui, quæ vt sancta, & à sanctis Pontificibus proposita, sanctè, & iustè interpretanda sunt; neq; in eo iniuriam aliquam inferre, aut offensionem eorum authoribus credimus.

D. Paulus.

D. Petrus.

52 Canon clericalis quo modo intelligendus sit.

Itaq; iam dixi supra; ex communi doctorum theologorum, & iuristarũ consensu, intelligendum esse canonem clericalẽ, de his qui non iure, sed iniuria in clericos, & ecclesiã agunt. at cum de vi tollenda agitur in casibus à nobis probatis, iure defensionis naturalis cum moderamine procedendo, in nullam sententiam incurri dictum est. Rursus Tridentinæ sessionis decretum iam etiam sæpius exposui. eoq; vetatur

Sup. num. 28.

Tridentinum decretum.

Sup. num. 21. 32. 42. 47.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vetatur in honorifica compellatio, & libertatis ecclesiasticorum prælatorum violatio, sub quouis præ textu. nos vero id non probamus. sed iuris naturalis defensionis licentiam exponimus, seruata reuerentia in modo loquendi, & procedendi, per seculares, erga ecclesiasticos. sed difficilior est longè difficultatis articulus ex bulla cœnę Domini proueniēs, cuius sentētiam, quoad tollendę vis causam retulimus. Verum cum sancta sanctè agenda, & interpretāda sint, dicā quod rectius esse in hac re senserim.

De intelligētia bullæ cœnæ Domini.

Itaq; nec nostræ contradicit sententiæ, quia solum prohibet, & subcenset iniurias ecclesiasticæ iurisdictionis, & libertatis sub prætextu vis tollendæ, illatas. & ita (nisi adsit vera iniuria, ex iniustitia procedens, & rursus paliata intentio iniuriandi, & vsurpandi ecclesiastica iura sub prætextu, & colore naturalis defensionis,) non incurritur pœna, aut censura vlla. tum quia verba rescripti hoc solum indicāt, cum dicitur violatores iurium ecclesiasticorum sub prætextu tollendæ vis excōmunicari, &c. tum etiā quia nec aliter potest iusta, & ligans censura in hac causa ferri. eo quod (vt dixi superius) nisi ob inobedientiæ, & irreuerentiæ peccatum; statui non potest excommunicatio ligans. nec suspicandum est de sanctissimis Pōtificibus, iustitiam, & veram doctrinam in re ita graui ab eis deseri, nec aliud quid intendere, quàm quod iustum sit, & veræ sententiæ conforme. Nos autem non defendimus inordinatos affectus, aut excessus secularium. nec iniurijs paliatis colore boni, locum præbemus. sed solum dicimus verè intendentes naturalem defensionem (cum manifesta iniuria ab ecclesiasticis inferretur) eamq; vim tollentes, cum moderamine inculpatæ tutelæ, nullū peccatū, nullamq; censuram incurrere.

Sup. num. 21. & 22.

quia

quia iuste in talibus agitur; & nullo paliato, & fucato colore aduersus iustitiam, & ecclesiæ libertatem, & immunitatem proceditur. curari vero debere ecclesiasticos prælatos modestè, & considerate agere iam dixi.

53 Vltima obiectio de audaciæ occasione.

Insuper si quis diceret: audaciæ, scandali, ac perturbationis reipublicæ occasionem, nostra doctrina nos dedisse, cum quiuis dicet fortè (ea fretus, cum volet) prælato non obediendū: quia non iure imperet.

Responsio.

huic ego facilè dicam: non nisi iusta, & iustis medijs tentata probasse. & scandali ratio per principalem potestatem, & consilium auferetur. nec veritas propter imperitos relinquetur, nec cuiuis particulari pro libito obstandi prælatis licentiā nos dedimus; sed Principi, eiusq; maturo, graui, & Christiano cōsilio. & addam sub venia ecclesiasticorum prælatorū: quos quæso legant illā prophetæ visionem: qua etiā templi ministri aliquando reprehensione digni censentur. Itaq; nō quæramus quę nostra sunt, sed quæ Iesu Christi cum Paulo. Nolint itaq; iurisdictiones dilatare, & super ea re, innumeras formare lites. Cōtenti sint concessis à Deo, & à iure, & cōsuetudine. Nolint super ijs, quæ non valent, anxij esse: neque enim impossibilia præcipit Deus, aut iniusta. Contēti sint reuerentia, qua catholici eos venerantur, & oblationibus ad suam sustentationem, imo diuitijs exhibitis, iustissimè quidem. Quæso intendant animarū correctioni. Nec putent audaciam in ordinatam esse iurium vniuscuiusq; defensionem. Persuadeant sibi multos experiri lapsus in officialibus prælatorum ecclesiæ: in administratione iustitiæ, & exterioris gubernationis: ad quorum remedium defenditur ius tollendæ vis. & non inferant illā; tūcq; cessabit. q̄ si vel iniustitiam committant, vel in ex-

Admonitio ecclesiasticorum prælatorum.

F teriori

Universidad de Deusto
Biblioteca

teriori gubernatione irrationabiliter procedant, nõ mirentur, si remedia quærantur.

54
Propositio quarta.

Etsi ex supradictis iam constet quid liceat in hac ratione vis amouendæ, priuatis, & quid illis vetitum sit. cum postquam constitit quid liceat Principi agere, eo solum manifestum fit, quid priuatus petere valeat. De qua re sit quarta propositio. Priuatus quisq; licite, & sine scrupulo violationis legis; ac sine timore vllius censuræ incurrendæ, valebit auxilij causa Principem, aut illius consiliarios adire; vt vim depellant, ab ecclesiastico quouis prælato illatam. si hæconcurrunt conditiones. vel cum manifestè vis, & iniuria illata sit. vel cum probus quisq; peritorum consilio fretus, bona fide existimat vim illi, ac iniuriam inferri. Cùm non alio medio, nisi per secularem manum, ei malo, & periculo obstari tunc posse creditur. Tunc ergo quilibet, siue secularis, siue ecclesiasticus sit, poterit licitè auxilium à Principe petere, ad vim huiusmodi depellendam. Non autem si prædictæ conditiones non concurrunt. Quando ecclesiastici nollunt, vel nequeunt remediũ adhibere, & naturalis defensionis licita est inquisitio. Hæc summatim de re huiusmodi scribi possunt. quæ tamen, & praxi, ac consilio peritorũ, quos grauati consulant, relinquimus. nec enim omnia exponi in speciali possunt, vt securitati conscientiæ consulamus. nunc vero illud breui proponam: facillimam esse huius rei probationem ex supradictis: nam si cũ iam dictis conditionibus licet vim ecclesiasticorum repelli à Principe, vt dictum est hucusq;, consequens est manifestum, etiam eandem depulsationem vis implorari, & peti ab afflicto posse. cum nihil iniustum, sed omni iure diuino, naturali, & humano licitum tunc exigatur: vt est ablatio vis, etiam ab ecclesiasticis illatæ, tot defendi patrocinijs probauimus in superioribus propositionibus.

Licet partibus interpellare auxiliũ regium in causa vis.

Probatio.

55
Quid effugiant litigantes, ne in auxilio petendo contra vim excedant.

Moneo tamen priuatos omnes à Principe in hac causa auxilium petentes: vt boni consulant: nõ præcipitato animo, neq; quauis ex causa, ad huiusmodi auxilium seculare contra ecclesiasticam potestatem confugere, quasi, si modis alijs iudiciorum molestias depellendi in forensibus vterentur: quod certè dolendum est maximè aliquando contingere: cum & contra potestatem à Deo datam ecclesiæ vere sit, nõ concurrentibus dictis conditionibus, effugere iudicium ecclesiæ fidelem quemcumq; in causis ecclesiasticis, & clericum in omnibus. idq; multis censuris prohiberi supra diximus. Sed cum huius rei necessitas euenerit, serio, & consultatione etiam adhibita, agatur necesse est, ita vt vel de vi manifesta prius constet, vel saltim probabile sit illam interuenire. tunc enim non negamus afflictas partes regale auxilium interpellare licite posse, cauendi periculi causa. princeps namq;, eiusq; consilium videbit, si aperta vis intersit, an non. & in hoc non est timenda contraria præceptio contra naturæ ius. Alias enim non posse se in vi depellenda intromittere Principem dicam sequenti quæstione. *Sup. num. 51.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

CONTENTA IN quæstione secunda.

1 INTELLECTVS & scopus quæstionis.
2 Explicatio tituli.
3 Prima & generalis assertio: continens debitam obseruantiam, & obedientiam ecclesiasticis prælatis, & priuilegijs ecclesiæ.
4 Ecclesiastica priuilegia ad Dei cultum spectant: & ideo cultorum remunerator, & violatorum vltor est Deus.
5 Ira, & supplicia Dei in violatores ecclesiasticæ dignitatis.
6 Præmia cultorum reuerentiæ ecclesiasticæ.
7 Curanda est Principibus reuerentia erga ecclesiam.
8 Pontificis summi potestas.
9 Declaratur ad quid extenditur.
10 Principes, & priuati fideles Pontifici summo subiecti sunt.
11 Exempla exercitæ potestatis in Principes.
12 Catholicis fundamentis hæc nituntur.
13 Pontifex summus in dictis est infallibilis.
14 Specialior obseruantia, & reuerentia debetur decretis Papæ.
15 Priscorum conciliorum, & Principum, & nationum reuerentia erga Pontifices.
16 Episcopi iure diuino in suis diœcesibus superiores sunt.
17 Illis obedire omnes, etiam Principes tenentur.
18 Hoc sacra scriptura suadet.
19 Damnantur hæretici contradicentes.
20 Omnibus etiam inferioribus prælatis ecclesiæ deberi obedientiam.

Ratio:

21 Ratio: quare hæc ecclesiastica obedientia sit præstanda.
22 Prædictorum collectio, & persuasio.
23 Propositio secunda qp in causis dubijs ecclesiasticis decernendis non licet Principibus se immiscere.
24 Probatur ex doctrina catholica.
25 Catholici hoc semper præstiterunt, & contrarium volentes damnati sunt ab ecclesia.
26 Cautio, & admonitio Principum, ne erretur in tollenda vi.
27 Tertia propositio, Ne laici tacite, vel manifeste se ingerãt in ecclesiæ iurisdictionem.
28 Excusatione nulla tueri se poterunt violatores ecclesiæ.
29 Generalis propositio de ijs, quæ Pontifex reuocare possit, & quæ non possit.
30 Quæ iuris diuini, & naturalis sunt reuocari nequeunt.
31 Huius probatio.
32 Definitiones ecclesiæ immutari nequeunt.
33 Probatio huius.
34 Ecclesia interpretari potest diuinas, & naturales leges.
35 Positiua ecclesiæ præcepta mutari possunt.
36 Pontifices possum mutare decreta Apostolorum.
37 Pontificalibus statutis non reuocatis standum est semper.
38 Statuta ecclesiastica obligant à tempore promulgationis in curia, & metropoli.
39 Pontificales leges non indigent acceptatione plebis.
40 Dissimulatio Pontificis, & non consuetudo per se legem annullat.
41 Etiam in episcopalibus decretis idem est.
42 Licet consuetudo, & præscriptio, propter dissimulationem Pontificis, annullet legem, tamen eam lex alia nouior auferre valet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

43 *Tempus legitimum ad præscriptionem.*
44 *Dissimulatione Pontificis, sæpe expectatur acceptatio legis, & motus proprij.*
45 *Ad obseruationem decretorum exhortatio.*
46 *Debent ratione niti prælati, & legislatores in reuocatione legum.*
47 *Reuocatur lex per eius expressam mentionem, & reuocationem.*
48 *Reuocari nequeunt leges, cum iniuria tertij.*
49 *In vsu immunitatis excedentes ecclesiastici, licite arcẽtur à Principe.*
50 *Immunitas, & libertas ecclesiæ iure diuino, & humano constituta est.*
51 *Opiniones variæ circa hoc.*
52 *Vera opinio circa immunitatem, & libertatem ecclesiæ.*
53 *Immunitas, & libertas ecclesiæ in spiritualibus est de iure diuino.*
54 *Huius rei probatio.*
55 *Circa temporalia est immunitas & libertas ecclesiæ de iure humano: quod etiam confirmauit generaliter immunitatem, & libertatem.*
56 *Consonãt tamen sacra testimonia ordinationi humanæ.*
57 *Immunitas, & libertas non conuincitur ex iure diuino.*
58 *Nulla sacra testimonia obstant.*
59 *Generaliter immunitas, & libertas ecclesiæ reuocari nequeunt per Principem, aut consuetudinem.*
60 *Fœdum est Principi obstare immunitati, & libertati.*
61 *Nationes punitæ ob violationem ecclesiasticæ immunitatis, & libertatis.*
62 *Immunitas, & libertas non tollitur consuetudine, nisi ex consensu, aut dissimulatione Pontificis; & in casu speciali, non generaliter.*
ibi *Neq; renuntiatione aufertur.*
63 *Neq; totam eam generaliter Pontifex licite tolleret.*

In par-

ibi *In particulari casu rationabili id valeret Pontifex, & consuetudo æqua, non aliter.*
64 *Priuilegio ecclesiæ, & canone damnantur percutientes clericos.*
65 *Eximuntur etiam à potestate seculari clerici.*
66 *Quædam humano, quædam diuino iure constant circa exemptionem clericorum.*
67 *Quæ causæ subsint iudicio ecclesiæ.*
68 *Clericorum bona libera sunt à tributis.*
69 *Clericorum prima tonsuræ priuilegium.*
70 *Clerici obseruare tenentur leges pertinentes ad ius naturale.*
71 *Immunitas sacrorum, & basilicarum.*
72 *Probatur ex sacris scripturis.*
73 *Antiquorum obseruantia, circa sacra.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

AD QVAESTIONEM SECVNDAM, NOtatio introductoria.

1 Intellectus, & scopus sequentis quæstionis præmittitur.

CVM Præcedẽti quæstione defensionem naturalis iuris, iusteq; protectionis contra vim, quandoq; illatã ab ecclesiasticis, curauissemus: nos iam ad aliam, illi annexam disputationẽ, materiæ grauitas euocauit, videlicet ad euitandum incommodum ex hac nostra licentia fortasse accipiendũ, ab his, qui aduersus ecclesiastica priuilegia, prætextu tollendæ vis, vellent insurgere. cui affectui reuera locum nullum nos dedimus: qui solam iustam defensionem, non fucatum eius colorem defendimus, vt paulò ante dixi. Ideoq; vt inordinatis affectibus in hac ratione gubernandi mederemur, sequentem quæstionem decreui proponere: de ecclesiasticæ libertatis iure à secularibus non violando. in qua nõ contendimus ad plenum ecclesiastica iura, & priuilegia explanare: id enim quam longissimum opus esset, & de eare tractationem de ecclesiastica hierarchia vniuersa editurum me fore spero. sed nunc solum ea, quæ ad cõtinendos seculares Principes, & magistratus (ne excedãt in vsu suorum iurium circa ecclesiasticas res) necessaria fuerint, contingam. vt qui tractare de iuribus Principum cœpimus, non solum eorum confirmationem proponeremus (quod hucusq; factum est) in hac ratione gubernandi, visq; ecclesiasticorũ iudicum tollendæ; sed etiam vt huius principalis iuris limitationem iustam, ad tractationis complementum adhiberemus, necessarium erat.

Supra in vltimi argumenti resp̃sione quæstionis præcedentis.

QVÆ-

QVÆSTIO .II.

De cauẽdo excessu, & de moderatione vsus secularium in tollenda vi, & de priuilegijs ecclesiasticæ iurisdictionis, libertatis, & immunitatis seruandis, etiam à Principe.

2 Tituli quæstionis explicatio.

DVO Titulus quæstionis insinuat, in quorum explicatione quęstio ipsa versabitur. alterum principale, accessoriũ alterum: quod tamen ad prioris confirmationem necessarium est. ideoq; ab illius explicatione paulò diffusa abstinere nõ possumus. contendimus enim, vt dixi, moderari affectum, & vsum secularium Principum, & magistratuum in ecclesiastica tollenda vi. sed vt hoc suadeamus, declarandum est ecclesiæ sanctæ ius: tum iurisdictionis, tum immunitatis, tum libertatis illius; & à quibus cauere violandis (ne violatione ipsa excedant) seculares magistratus debeant, ostendendũ est. quod sigillatim distinctis propositionibus est peragendum. quibus illud constabit: ecclesiastica priuilegia non violanda, & vis tollendæ naturale ius in manifestis (non falsò fucatis, nec dubijs, aut iudicãdis ecclesiasticis à seculari potestate) exercendũ esse, quod scopus, ac resolutio quæstionis istius erit.

3 Propositio prima, de exhibenda reuerentia, & obseruatione ecclesiæ, eiusq; prærogatiuis à secularibus.

Iam verò priorem huius quæstionis propositionem, imo totius disputationis resolutionem proponamus. Magnam inquàm reuerentiam, & obseruationem exhibendam esse à Principibus, & magistratibus secularibus, ecclesiæ prælatis, & priuilegijs vniuersis ecclesiasticis: quæ nullo modo violanda sunt. & Pontifici maximo, ac cæteris ecclesiæ præ-

 positis

Universidad de Deusto
Biblioteca

positis, vt Deo, obedire omnes debent, ne eius iram ita excitent seculares, si in Dei res, & ministros minus fuerint religiosi.

4 Prima ratio, quòd ecclesiastica priuilegia ad Dei cultũ spectent, eiusq; prouidentiæ, ac curæ sit remunerare veneratores, & punire violatores ecclesiæ.

Ad hoc autem satis foret christiano pectori scire de Dei rebus, ac ministris agi, vt vel ex hoc ipso certo crederetur dignam esse rerum, ac ministrorum ecclesiæ venerationem: cum si ad Dei familiam speciali ratione hæc pertineant (vt vere pertinent, res, ac ministri, & priuilegia ecclesiastica, nam ad Dei cultũ, & cœlestium sedium reædificationem, ecclesiæ hierarchia, ac priuilegiorum cumulatio á Deo instituta est, teste Paulo Apostolorum Principe, qui *D. Paulus.* ad Ephesios quarto cap. ait de Christo in cœlos ascendente, ac triumphatore: ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero euangelistas, alios autem pastores, & doctores ad consumationem sanctorum, in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi; donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis filij Dei in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi) ideò ergo quàm dignũ est, vt seculares principes, ac magistratus Deo (à quo regnum, & splendorem acceperunt, Sapiente teste Prouerbiorum cap. *Sapiens.* octauo dicente, diuinæ Sapientiæ ore: per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt) eidẽ etiam gratias referentes; non tantum ipsi Deo, sed eiusdem rebus, ac ministris debitum honorem, ac reuerentiam, & obseruationem exhibeant, quod enim vni ex minimis suis factum fuerit, sibi fore in præmium, vel punitionem accipiendum testatum ille apud Matthæum cap. 25. reliquit; de suæq; legis promulgatoribus Apostolis, & prælatis apud Lucã cap. *Dominꝰ apud Matthæum & Lucam.* 10. dicebat: qui vos audit, me audit: qui vos spernit, me spernit. Itaq, satis esset agnoscere honorem Dei seruis,

seruis, & prælatis exhibitum Deo fore acceptum, vt reuerentia, & obseruatio Dei rebus, ac ecclesiæ ministris in nulla re omnino omitteretur à secularibus Principibus, & magistratibus, si Dei amore (vt par est) tangantur. Quod si eo suaui vinculo ad veræ virtutis studium non excitantur, perurgeat eos saltem, ac pertrahat ad bonum timor certi, ac experti iam supplicij diuini in rebelles aduersus Dei ministros vsitatus frequenter. sicut libro Regũ. 4. cap. 1. *Liber Regũ.* scriptum est: superbos Regis Samariæ milites igne cœlesti consumptos, eo solũ, quòd etiam paulò irreuerentius, quàm deceret, Dei Prophetam interpellassent: nullum enim aliud legimus in illis repertũ vitium, aut aliam supplicij causam, nisi eam, quæ sacris istis verbis refertur de Regis Quinquagenario ad Eliam dicente: homo Dei, Rex præcepit, vt descendas. Respondensq; Elias dixit Quinquagenario, si homo Dei sum, descendat ignis de cœlo, & deuoret te, & quinquaginta tuos. descendit itaq; ignis de

5 Ira Dei in malè tractãtes ecclesiæ ministros, & res ipsius.

cœlo, & deuorauit illum, & quinquaginta eius. quid clarius dici poterat? aut quibus verbis, ac supplicijs exprimi ad viuum potuit magis Dei ira in Principes, & ministros eorum, qui vel minus reuerenter, aut malè res sanctas, Ecclesiæ, Deiq; ministros acceperint: siquidem præceptio illa, minusq; verecunda Regis per satellites Prophetæ compellatio; igne cœlesti vindicata est.

Et quid mirum, si seruorum suorum iniurias sic acriter Dominus vindicarit, qui templorum, & vasorum sacrorum violationem ita zelatus fuit, vt à Baltasaro (teste Daniele suæ Prophetiæ cap. 5.) regnum, ac vitam breui momento, visioneq; acerrima abstulerit, quòd vasis sacris in prophanis rebus vsus fuisset. & quod terribilius est, ab authore sacri libri *Daniel.*

Macha-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Machabęorum libri. 2. cap. 3. relatum, illud Æliodori Antiochi Regis ducis, & tributorũ præpositi flagellum certè memorabile, gentium omniũ monimentum est, ne in Dei templa, & res, ac ministros freti potentia, irruere præsumant. ille enim Dei prouidentia, talia supplicia expertus est, quòd tẽpli illius Hierosolimitani thesauros, renuente Pontifice, & sacerdotibus expoliare contendisset, vt facti pœnitens talia ad Regẽ verba, memoria dignissima, effatus sit: si quem habes hostem, aut regni tui insidiatorem, mitte illuc; & flagellatum eum recipies, si tamen euaserit: eo quod virtus quædã Dei sit in loco. nam ipse, qui habet in cœlis habitationẽ, visitator, & adiutor est loci illius, & venientes ad malefaciendum percutit, ac perdit. hæc, Dei prouidentia, ibi narrantur. quòd certè omnipotens vellit arcum suum contendere in rebelles sibi, donec infirmentur: dicantq; flagellis conuicti, quod Nabucodonosor superbus Rex apud Danielem cap. 4. confessus est tandem, vt à supplicijs liberaretur: Dominari excelsum regnis, & imperijs hominum, & humana regna distribuere posse, vt vellit. & vt quondam Sapiens Ecclesiastes cap. 10. Dei spiritu fassus est: in manu Dei potestas terræ, & execrabilis omnis iniquitas gentium. regnum à gente in gentem transfert propter iniustitias, & iniurias, cõtumelias, & diuersos dolos. *Machab.* *Daniel.* *Sapiens.*

Sed quid ego antiquis referẽdis immoror? legisq; veteris monimentis? in qua longè inferior dignitas sacrorum, nostris dignissimis in Euangelica lege in Dei locum suffectis Pontificibus, & prælatis fuit. quorum iniurias iam apertè, iam Deo (vt ait Paulus Romanorum secundo) thesaurizante iram, in die iræ, secretis flagellis, & pœnis acerbius vindicabit. *D. Paulus.*

Nam

Græcia & Asia Turcarũ dominio cessit ob inobedientiam ecclesiæ.

Nam quid quæso causæ fuit, vt expẽdit sanctissimus Ecclesiæ propugnator, & Pontifex summus Nicolaus, epistolis ad Michaelem Imperatorem, quare Græcia, & Asia florẽtissimæ quondàm triumphis, & cæterarum gentium imperio; ac christiana pietate, & sanctorum, ac Pontificum cateruis florentiores prouinciæ, nunc in tam miseram Turcarum seruitutem, & tyrannidem deuenerunt? quæ ergo horum causa esse potuit, nisi apostasiæ, qua nunc etiã sanguinolentæ sunt, & aduersus Romanos Pontifices erectæ ceruicis vitium? hoc certè malum miseras nunc, quondam virtutibus, & imperijs diuites, Germaniam, Flandriam, & Galliam dissipauit, ac perdidit, & in tot hæreses distendit: quòd primum Vviclephi, & Vsitarum, relatis à Constantiensi Synodo generali, erroribus aduersus Ecclesiæ Pontifices, credidit; postea verò Lutheri, & aliorum somnijs; Nec nõ etiam his malis causam dedit pragmatica illa sanctio, authoritate ecclesiasticæ contraria, cui fidem Gallia paulatim adhibuit: quàm sanctissimus Pontifex Leo. X. bullis aduersus Lutherum, & in Lateranẽsi Cõcilio actione. 11. refert, & damnat. *Nicolaus primus Papa.* *Constantiense Concilium.* *Leo. X. Papa, & Lateranense concilium.*

Septẽtrionales gẽtes ob similem irreuerentiam Ecclesiæ ceciderunt.

Angliæ casus similis.

Nec dissimilis causa fuit Angliæ miserrimo casui, vt in eas angustias, & hæreses immanes; ac in religionis christianæ communem persecutionem, cui nunc inuigilat, inciderit: illa inquam aduersus ecclesiasticam iurisdictionem rebellio, inuenta ab illo priore Henrico, tempore sanctissimi Thomæ Cantuariensis Archiepiscopi, de quo Ecclesia canit, gladijs impiorum occubuisse. deinde sacrilegum illud decretum ab. VIII. Henrico ferè nostris temporibus sic procaciter confirmatum, vt caput Ecclesiæ se in suo regno esse cõtẽderet, & iactaret. His enim malis miseras has nationes dœmonis vi conflictas videmus; *Historia diui Tho. Cantuar.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

videmus; & credimus non ob aliam, quàm ob istam violationis ecclesiasticorum priuilegiorum pestilẽtiam, ea mala passas esse: cùm non reperiamus alia vitia maiora illis insedisse, hoc excepto, quàm alijs quas christiana pace nunc fruentes conspicimus.

Hispaniæ sub Mauris oppressio ob irreuerentiam Ecclesiæ euenit.

Neq; Hispaniam nostram, quondã à Mauris possessam, & afflictam historiæ prodiderunt alia de causa, nisi quòd tempore Vvitissæ Regis, ne quis Pontifici Romano obediret, publica preconis voce, Regis nomine indictũ fuit: vt referunt Florianus Ocãpus tertia parte generalis historiæ Hispanien sis. & Ambrosius Morales libro. 12. cap. 65. eiusdem historiæ. statimq; memorabile dictu, accidit vt sequenti Rege Roderico regnante, diuina manus aduersus nostros apparuisset, breuiq; tempore tota Hispania à Mauris occupata fuit. quam tamen iã diuino aflatu, & auxilio, & B. Iacobi præsentia, ac præcipuè meritis beatissimæ Virginis Mariæ, cuius patrocinio semper protecti sumus, ab hostibus, & hæresibus adeò liberatã videmus, vt & Ecclesiæ sanctæ patrocinium, & Romanæ sedis obedientiam feruore, ac pietate christiana Reges nostros suscepisse, Deo gratias referamus. Ob idq; semper postquam huic christianæ exercitationi incubuerunt, & regnis, & diuitijs aucti, & gloria celebres euaserunt: quòd inquàm ædificationi domus diuinæ inseruirent; cui curæ propriarum rerum augmentum respondere; Aggæus Propheta cap. 1. testatur. remuneratus certe est altissimus duorum nomine, & religione similium Regum nostrorum pietatem: Ferdinandi primi, quem honoris causa, sanctum; & secundi, quem eodem titulo, Catholicum appellamus, de quibus illud memorabile factum historiæ proferunt; vt & si aduersus Mauros Hispaniæ occupatores magnis sum

Hispaniæ historiæ.

Aggæus.

Historiæ Hispan.

Posteà Reges Hispaniæ Romanæ sedi, & Ecclesiæ deuoti.

6

Præmia reuerentiæ erga Ecclesiam.

Ferdinandi Regis primi, & secundi memoria celebris quòd ecclesias nũquam vexassent.

ptibus, & laboribus decertarent, primus nunquam ecclesias, nec subditos oppressisset; nec aduersas vllas temporum iniurias expertus toto suæ dominationis tempore fuerit; secundus verò sumam, quam aliquando ab ecclesijs, subsidij nomine aduersus Mauros, accepisset, bello peracto reddidisse statim referatur. sicq;, eisdem historiographis testibus, antiquos illos Reges nostros, nr̃æq; Hispaniæ à Mauris liberatores, eodẽ nomine collaudare poterimus: quos semper in bellis, & pace Romanæ sedis, & prælatorũ auxilia, & præsentiam venerabundos requisisse, & ecclesias diuitijs, & dominatione auxisse legimus. immitatos certè insignem Cõstantinũ, & christianorum Principum speculum præclarissimum; quẽ, testibus ecclesiasticis historiographis vniuersis, scimus tantum imperio, & diuitijs, ac triumphis auctũ; quantum se in augendis, & ditandis ecclesijs, Romana primum, & alijs, venerandisq; Dei rebus, & sacerdotibus exercebatur. Nec dubito similes coronas, & bonorum accessiones, cœlestesq; remunerationes accepturos à domino Principes, qui Ecclesiæ priuilegia conseruare contenderint, necdùm vitare violationem curauerint: cum in Dei honorem redundet honor seruis, ac ministris, rebusq; ipsius piè exhibitus; quem remuneratione cumulatissima referendum promisit ipse qui apud Matthæum Euangelistam cap. 10. ait: qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in cœlis est. quod prius ipse Dominus ore prophetico. 1. Reg. cap. 2. apertius dixerat: quicunq; honorificaberit me, glorificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Quã ob causam attẽdere, atq; curare debent Principes, vt qui ã domino potestatem acceperunt, & à quo opera eorum, (vt

Antiquorum Regum memoria.

Constantini Imperatoris memoria.

Historiæ Ecclesiasticæ.

Dominꝰ apud Matthæum.

Lib. Regum.

7

Cura Principũ erga Ecclesiæ reuerẽtiam.

verbis

Universidad de Deusto
Biblioteca

verbis Sapientis cap. 6. vtar) interroganda sunt; sine iniuria cuiuspiam regnent, & iudicent; & illius maxime, à quo bona omnia susceperunt, honorem, & suorum reuerentiam curent. quod Spiritus sanctus ore patrum Tridentini Concilij cap. 20. de reformatione in sessione. 25. grauissimè commendauit his verbis: cupiens sancta Synodus ecclesiasticam disciplinam in christiano populo non solum restitui, sed etiam perpetuo sartam tectam à quibuscũq; impedimentis conseruari, præter ea, quæ de ecclesiasticis personis constituit, seculares quoq; Principes officij sui admonendos esse censuit, confidens eos, vt catholicos, quos Deus sanctę Fidei, Ecclesięq; protectores esse voluit, ius suum Ecclesiæ restitui, non tantum esse concessuros, sed etiã subditos suos omnes ad debitam erga clerum, parochos, & superiores ordines reuerentiam reuocaturos, nec permissuros, vt officiales, aut inferiores magistratus, Ecclesiæ, & personarum ecclesiasticarum immunitatem, Dei ordinatione, & canonicis sanctionibus constitutam, aliquo cupiditatis studio, seu in consideratione aliqua violent, sed vna cum ipsis Principibus debitam sacris summorum Pontificum, & cõciliorum constitutionibus obseruantiam præstent. Decernit itaq;, & præcipit, sacros canones, & concilia generalia omnia, nec non alias apostolicas sanctiones, in fauorem ecclesiasticarum personarum, libertatis ecclesiasticæ, & contra eius violatores editas, quæ omnia præsenti decreto innouat, exactè ab omnibus obseruari debere: propterea q; admonet Imperatorẽ, Reges, Respublicas, Principes & omnes, & singulos cuiuscunq; status, & dignitatis extiterint, vt, quo largius bonis temporalibus, atq; in alios potestate sunt ornati, eo sanctius; quæ ecclesiastici iuris

Sapiens.

Tridẽ. Cõcilio.

iuris sunt, tanquam Dei præcipua, eiusque patrocinio tecta, venerẽtur, nec ab vllis Baronibus, Domicellis, Rectoribus, alijsue dominis temporalibus, seu magistratibus, maximeque ministris ipsorum Principum lædi patiantur, sed seuerè in eos, qui illius libertatem, immunitatem, atque iurisdictionem impediunt, animaduertant: quibus etiam ipsimet exemplo ad pietatem, religionem, ecclesiarumque protectionem existant, imitantes anteriores optimos, religiososque Principes, qui res ecclesiæ, sua in primis authoritate, ac munificentia auxerunt, nedum ab aliorum iniuria vindicarunt, adeoque ea in re suum quisque officium sedulo præstet: quò cultus diuinus deuote exerceri, & prælati, cæteriq; clerici in residentijs, & officijs suis quieti, & sine impedimentis, cum fructu, & ædificatione populi, permanere valeant. Hæc ibi sancta Synodus, quæ sanè satis esse debent christiano pectori, ad excitandos animos, & affectus augẽdos, erga ecclesiæ prælatos, resque vniuersas, & ad puniendos seuere eos, qui irreuerentes extiterint. neq; enim aliter officium suum præstabunt, qui, vt quietam, & tranquilam vitam agamus, vt Paulus secundo capite primæ epistolæ ad Timotheum ait, à domino in populorum capita constituti sunt. nisi vero Dei ministris reuerẽtia debita deferatur, nequit deuotè cultus Dei exhiberi ab eis; & nisi quieti sint, ac etiam nisi inferiores eis credant, & fidant, & honorem tribuant, exemplo Principum, & maiorum authoritate permoti, profectus, quem Christus dominus in suis desiderat non adueniet, si oues pastoris directionem paruipendant.

Vt Principes protegant ecclesiã, & inferiores irreuerẽtes puniant.

Nota.

D. Paulus.

8 Sed vt hoc ipsum religiosum erga Deum, & ecclesiam officium efficacius Principibus cõmẽdetur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

oportebit quædam ecclesiasticæ dignitatis priuilegiorum præcipua capita recensere: vt non solum generali suasione, sed speciali fundamentorum enumeratione, ad hanc iam commendatam reuerētiam ecclesiasticis rebus exhibendā, seculares omnes pertrahamus. Et hoc primum à Pontificis summi priuilegijs exordiamur, vt ad illius, decretorumq; suorum obseruationem; & venerationem lectorem moueamus. Primùm vero in illo potestatem in omnes fideles, nullo excepto, & in rebus omnibus ad animarum salutem spectantibus, intueamur. quam vere à domino datam esse asserimus, idq; fidei dogma esse non est dubitandum. Quod primum diffuse tradiderunt Vvaldensis doctor libro secundo doctrinalis fidei, articulo tertio. & cardinalis Turrecremata libro primo, & secundo summæ ecclesiæ, Albertus Pigius campensis libro quarto, & quinto ecclesiasticæ hierarchiæ, & episcopus Martinus Ayala libro traditionum parte tertia, frater Antonius Cordoua libro quarto quæstionarij, & magister Victoria relectione de potestate Papæ, Nicolaus Sanderus Anglus eruditissimus libro primo, & secundo de monarchia ecclesię: præter antiquiores D. Antoninum in tertia parte theologica titulo. 22. & cardinalem Caietanum in opusculo de potestate Papæ, & diuum Thomam in opusculo primo contra errores Græcorum: qui Pontificum summorum potestatem in totam Ecclesiam eruditissimè defenderunt, sanctorum Patrum, & ecclesiasticorum Pontificum, & Doctorum, & sacræ scripturæ etiam testimonijs innixi: quæ omnia longum esset nunc retensere. Solum autem memores nos esse oportet, Ioannis vltimo capite, dominum dixisse Petro: Petre pasce oues meas. atq; illi, et Apostolis Matth. 16. et. 18. dixisse;

Secunda ratio. Ex summi Pontificis potestate.

Assertio potestatis Papæ.

Probatio.

Scriptores dogmatum.

D. Thomas.

Dominus apud Ioannē, & Matthæum.

Tibi

Tibi dabo claues Regni cœlorum, & quæcumq; ligaueritis super terram, erunt ligata, & in cœlis; & quæcumq; solueritis super terram; erunt soluta & in cœlis. quæ quidem non tantum illis, sed successoribus vniuersis ecclesiæ prælatis vsque ad mundi finem futuris, dicta esse, illisq; eandem à domino datam potestatem certum est: quoniam ecclesiam Christus, vsq; ad mundi finem duraturam, sibiq; associandam instituebat, cum Matthæi vltimo dixisset: ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consumationem seculi. id est cum ecclesia permansurum pollicebatur. quam nunquam defuturum promisit Ioannis decimoquarto capite, & Lucæ vigesimo secundo: cum tamen morituros sciret primos ecclesiæ Pontifices, & Apostolos, de quorum etiam fœlici martyrio, etiam cum Ioannis vltimo capite daret potestatem ipsam, meminit. & ita apud Marcum capite decimotertio dicebat Apostolis: quod vobis dico, omnibus dico. sicut & quæ Iacobo Israelitarum parenti dominus in Bethel loquutus est, eadem Israelitis dicta esse, Osee propheta capite duodecimo dixit. quoniam rempublicam instituens debet capita per omne tempus futura, eadem, vnitate potestatis, censere. itaque hoc modo, in hocq; sensu loca illa sacra recipi ecclesiæ traditio (quam paris venerationis cum sacra scriptura esse, censuit Tridentinum concilium sessione quarta) semper accepit, & docuit, vt videre est apud Tridentinum concilium ipsum ferè in vniuersa serie decretorum, & diuum Bernardum libro tertio de consideratione ad Eugenium Papam, & diuos Marcum, & Iulium primos eiusdem nominis Pontifices in suis epistolis decretalibus, Eugenium quartum in concilio Florentino sessione vltima, &

Matthæus.

Ioannes.

Marcus.

Osee.

Tridē. Cōciliū.

D. Bernardus Pontifices.

D. Marcus.

D. Iulius.

Eugenius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nicolaum primum epistola prima ad omnes epis- *Nicol. Papa.*
copos: quæ omnia tomis conciliorum habentur. itẽ
per Bonifacium. VIII. etiam in extrauaganti: vnã *Bonifacius. 8.*
sanctam de maioritate, & obedientia, & eodem ti-
tulo in decretalibus per Innocentium. III. capite *Innocentius. 3.*
solitæ de maioritate, & obedientia, & Leonem. X.
in Lateranensi concilio sessione vndecima, & per *D. Cyprianus.*
diuũ Cyprianũ in primo libro de simplicitate præ-
latorum constat. qualis vero hæc potestas futura sit,
docet Apostolus capite decimo epistolæ posterioris
ad Corinthios dicens: Arma militiæ nostræ, non *D. Paulus.*
carnalia, sed potentia Deo ad destructionem muni-
tionum, consilia destruentes, & omnem altitudi-
nem extollentem se aduersus scientiam Dei; & in
captiuitatem redigentes omnem intellectum in ob-
sequium Christi, & in promptu habentes vlcisci
omnem inobedientiam, cum impleta fuerit vestra
obedientia. quæ secundum faciem sunt, videte. si
quis confidit Christi se esse, hoc cogitet iterum
apud se, quia sicut & ipse Christi est, ita & nos. nam
& si aliquid amplius gloriatus fuero de potestate,
quam dedit nobis dominus in ædificationẽ, & non
in destructionem vestram, nón erubescã. Ecce Apo-
stolum, cuius successor Pontifex summus est, asse-
rẽtem, gloriari vere se posse sine rubore de potesta-
te, & priuilegio alio, quàm in cæteris fidelibus sit,
ita vt ad dirigendam, & puniendam totam Chri-
sti familiam, facultatem in ædificationem, & non
quidem in pernitiem fidelium, se habere teste-
tur, à Domino ipso acceptam. quod cæteris cla-
rius ad Pontificalem potestatem applicari diffiniuit
summus Pontifex Eugenius Quartus in vltima ses- *Eugeniusquar*
sione concilij Florentini, dicens: definimus san- *tus in Florenti*
ctam Apostolicam sedem, & Romanum Pontifi- *no concilio.*
cem

cem in vniuersum orbem tenere primatum. & ip-
sum Pontificem Romanum successorem esse beati
Petri Principis Apostolorum, & verum Christi vi-
carium, totiusque ecclesiæ caput, & omnium chri-
stianorum patrem, ac doctorem existere. & ipsi, in
beato Petro, pascendi, gubernandi, & regendi vni-
uersam Ecclesiam à domino nostro Iesu Christo
potestatem plenam traditam esse. quemadmodum
etiam ingestis Euchumeniorum conciliorum, & in
sacris canonibus continetur. Hæc Pontifex sum-
mus in generali ecclesiæ, in Florentina synodo, cõ-
uentu definiuit.

9 His ergo videbis quam dignissimum sit, vt Prin-
Declaratur pote- cipes, ac seculares omnes Pontifici summo reueren
stas Pontificis. tiam, & obedientiam præstent. in his tamen quæ
Primo in ædifica- Christus dominus concesit. vt & in ædificationem,
tionem. & nõ in destructionem, & damnum fidelium sint,
quod declarat apertè Paulus secundæ Corinth. de- *D. Paulus.*
cimo dicens: Dedit nobis Dominus potestatem in
ædificationem, & non in destructionem vestram. &
Secundo in spiri- vt in spiritualia, & ijs annexa etiam solum exten-
tualia, & ijs anne- datur ecclesiastica potestas. quod & docet eodem lo-
xa solum. co idem Apostolus dicens: Arma militiæ nostræ,
non carnalia, sed potentia Deo. & ad Ephesios quar-
to, de ecclesiæ prælatis à Christo positis, ait: hos ipse
dedit ad ædificationem sanctorum in opus mini-
sterij. & sic Nicolaus Papa epistola tertia ad Michae- *Nicolaus Pa-*
lem Imperatorem, nonagesima sexta distinctione *pa.*
relatis verbis, concluſit: cum ad verum ventum est,
nec Imperator vltra sibi iura Pontificatus arripuit,
nec Pontifex nomen imperatorium vsurpauit. Hæc *Dominus Chri*
Pontifex edoctus à domino, qui ad discipulos Lucæ *stus apud Lu-*
Suauitas commen vigesimo secundo dixit: Reges gentiũ dominantur *cam.*
datur gubernato- eorum, & qui potestatem habent super eos benefici
ribus ecclesiæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vocantur, vos autem non sic.& à primo post Christũ pontifice Petro,qui prima epistola capite quinto Pontificibus dicebat:pascite, qui in vobis est, gregẽ Dei,prouidentes non coactè,sed spontanee secundũ Deum,neq; turpis lucri gratia,sed voluntarie, neq; vt dominantes in cleris,sed vt forma facti gregi ex animo.nec siluit idem dominus qui de seipso morti proximo,seq; minime defendenti dixit apud Ioãnem cap. 19.Regnum meum non est de hoc mũdo. quod certè non de diuinitate, cuius dictioni vniuersa subsunt,sed de humanitate, & põtificali sua dignitate,in quam successit Pontifex ecclesiæ,intelligendũ est:cui,vt dixi,in spiritualia, & omnia annexa,& necessaria ad animarum salutem, potestatẽ Deus dedit;non temporale regnum vniuersale : vt fatentur Põtifices Nicolaus primus dicto cap. cum ad verum 96.distinct.& Innocentius.III.cap.licet de foro cõpetenti,& capite solitæ de maioritate,& obedientia. & Bonifacius.VIII. extrauaganti vnam sanctam de maioritate,& obedientia.& ita hanc doctrinam concedentem spiritualem,non secularem iurisdictionẽ Pontifici,ex pontificali ratione(non negãtem eam, ex iusta concesione fidelium)docent magister Victoria relectione prima de potestate Papæ quæst. 5. & magister Sotus lib.4.de iustitia quæst.4. artic. 1. & in quartum sententiarum dist.25.quæst.2.art.1. & frater Antonius Cordoua libro primo quæstionarij quæst.57. dubio tertio, Cardinalis Turrecremata lib.2.sumæ ecclesiæ capit.88. & cap.103.vsq; ad libri finem.& Sixtus Senensis lib.8. bibliothecæ sanctæ annotatione.72. qui etiam concedunt Pontifici generalem potestatem in temporalia, cum eorum moderatio ad spiritualia necessaria erit,vt de regnorum mutatione dicemus. qua doctrina, si contenti

D. Petrus.

Christus apud Ioannem.

Sup. eod. num.

Nicolaus Papa.

Innocentius.3

Bonifacius.8.

M. Victoria.

Sotus magist.

F. Cordoua.

Card. Turrec.

Sixtus Senensis.

Papam non esse dominum mundi sed rectorem spiritualium,& ijs annexorum.

contenti essent authores alij, vt D. Antoninus tertia parte titulo.22.cap.3.§.7. Syluester verbo Papa, vsq; ad numerum decimum quartum . & titulo legitimus quæstione quarta,quinta,& sexta, Innocentius capite super ijs de voto,& alij canonistæ,& Pigius libro quinto de ecclesiæ hierarchia, non errassent dicẽtes absolutè Pontificem habere potestatem in temporalia, in omnes fideles,& dominium mundi temporale. quoniam licet Christus potestatem suam prædictam dedisset Pontificibus in suas oues generaliter,iam tamẽ ipse per se, & Apostolos suos eam limitauit,vt dixi. Extendi vero ad fideles solum ecclesiæ potestatem testatur Paulus, qui ad Corinthios scribens dicebat prima epistola cap.5.quid mihi de ijs,qui foris sunt iudicare? & ita licet non plus æquo extendere velit potestatem istam ecclesiæ, sed tamen vt superiori rationi vim maiorem adhibeam, etiam commendandum est memoriæ; nullum excipi, nec Principem fidelem,ab hac potestate Pontificali. cum in omnes oues suas teste Ioanne capite vigesimo primo, & in omnes fideles terris commorantes ligandos, atque soluendos,teste Matthæo capite decimo sexto,& decimo octauo,Dominus Pontificibus potestatem concesserit.& ita Princeps si catholicus est, filius erit ecclesiæ, ac subditus, sicut & priuatus. deinde & apertè Paulus secundæ Corinthiorum decimo dicit: Arma militiæ nostræ subseruire ad destruendam, & subiugandam Christo omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei. Deinde hoc ipsum expresserunt sacri Pontifices(quorum decretis fidem in omnibus adhibendam esse paulò inferius monstrabo)docentes, in Principes etiam extendi Pontificalem potestatem. quod multis decretis traditur

Alij authores.

D. Ioannes.

Matthæus.

D. Paulus.

Pontifices.

10 Tertia ratio. Quòd omnes etiã Principes subdantur Pontifici.

Universidad de Deusto
Biblioteca

apud Gratianum in libro decretorum distinct. 10. 11.96.97.&.63.&.15.quæst.6. & in decretalibus per Gregorium, & in sexti etiam collectione, titulis de maioritate, & obedientia, idem collectum est: & ita id diffuse confirmat Nicolaus primus epistolis ad Michaelem Imperatorem tomo.2. conciliorum. sicq; Bonifacius. VIII. in extrauaganti, vnam sanctam de maioritate, & obedientia, diffinit dicens: vnius ecclesiæ, & vnicæ vnum corpus, vnũ caput, non duo capita, quasi mõstrum; Christus videlicet, & ipsius vicarius Petrus, Petriq; successores, dicente domino ipsi Petro: pasce oues meas. meas, inquit, generaliter, non singulariter has, vel illas. per q̃ commississe intelligitur vniuersas. si vero Græci, siue alij dicant se Petro, eiusq; successoribus non esse commissos, fateantur necesse est, de ouibus Christi non esse: dicente domino in Ioanne: vnum ouile, & vnũ esse pastorẽ. In hac eius potestate duos esse gladios, spiritualem videlicet, & temporalem, euangelicis dictis instruimur. nam dicentibus Apostolis: ecce gladij duo hic, in ecclesia scilicet, cum Apostoli loquerentur, nõ respondit dominus, nimis esse, sed satis. certè qui in potestate Petri temporale gladium esse negat (idest subditos ei esse Principes, non temporalia esse Petri, vt infra explicatur) malè sumit verbũ domini proferentis: conuerte gladium tuum in vaginã. vterq; ergo est in potestate ecclesiæ, spiritualis scilicet gladius, & materialis; sed is quidem pro ecclesia, ille vero ab ecclesia exercẽdus; ille sacerdotis, is manu Regum, & militum; sed ad nutum, & patiẽtiam sacerdotis. oportet autem gladium esse sub gladio; & temporalem authoritatem spirituali subijci potestati, &c. & in fine verba diffinitionis adijciens, vt fidei dogma esse, quod docuit, ostẽderet, ait. Porrò subesse

Bonifacius octauus.

subesse Romano Pontifici omnem humanam creaturam, declaramus, dicimus, definimus, & pronũtiamus, omnino esse de necessitate salutis. Quæ cõstitutio lecta, & recepta ab omni ecclesia in concilio generali Lateranẽsi sub Leone. X. sessione. 11. sche dula penultima, fuit. & in iuris corpore, vt videmus, pro omni Ecclesia reposita, & idem per Innocentiũ .III. cap. solitæ de maioritate, & obedientia statuitur. Sed vt facilius, si qua sit, difficultas auferatur, afferamus quasdam ex antiquorum patrum sententijs. primumq; consideremus D. Gregorij Papæ, in epistola ad Hermanum Episcopum Metensem, verba, quæ Gratianus retulit. 96. distinct. quis (inquit) dubitet, sacerdotes Christi Regum, & Principum, omniumq; fidelium patres, & magistros censeri? nõ ne miserabilis insaniæ esse cognoscitur, si filius patrem, discipulus magistrum sibi conetur subiugare, & iniquis obligationibus illum suæ potestati subijcere, à quo credit non solum in terra, sed etiam in cœlis, se ligari posse, & solui. hæc ille. sed & Gelasius Papa epistola ad Anastasium Imperatorem, similia, allatis etiam priscorum exemplis, scripsit, cuius verba referuntur. 96. distinct. Duo (inquit) sunt quippe, Imperator Auguste, quibus principaliter hic mundus regitur: authoritas sacra Pontificum, & regalis potestas; in quibus tamen grauius est pondus sacerdotum; quanto etiam pro ipsis Regibus, vel legibus hominum in diuino sunt reddituri examine rationem. (& post pauca) nosti itaq; inter hæc, ex illorum te pendere iudicio, non illos ad tuam posse redigi voluntatem; talibus igitur institui, talibusq; fulti authoritatibus, pleriq; Pontificum, alij Reges, alij Imperatores excommunicauerunt. Nam si speciale aliquod de personis Principum requiratur

Lateran. Concilium.

Innocen. III.

D. Gregorius.

D. Gelas. Pap.

Nota.

Universidad de Deusto
Biblioteca

exemplum, beatus Innocentius Papa Archadium Imperatorem, quòd cõsensit, vt sanctus Ioannes Chrysostomus à sua sede pelleretur, excommunicauit; B. etiam Ambrosius, licet sanctus, non tamẽ vniuersalis Ecclesiæ Episcopus, pro culpa, quæ aliis sacerdotibus non adeò grauis videbatur; Theodosiũ magnum Imperatorem excommunicans, ab Ecclesia excluſit. qui etiam in suis scriptis ostendit, quod aurum non tam pretiosius plumbo, quam regia potestate sit altior ordo sacerdotalis, hoc modo, circa principium sui pastoralis scribens: honor fratres, & sublimitas episcopalis, nullis poterit comparationibus adæquari; si regum fulgori compares, quippe cũ videas Regum colla, & Principum submitti genibus sacerdotum, & osculata eorum dextra, orationibus eorum credant se cõmendari, vel muniri. hæc ille, similiter B. Gregorius Nazianzenus epistola ad Constãt. Imperatores, cuius verba habẽtur distinct. 10. ait: suscipitis, ne libertatem verbi? libenter accipitis, quod lex Christi sacerdotali vos subijcit potestati, atq; istis tribunalibus subdit: dedit enim & nobis potestatẽ, dedit & principatum, multo perfectiorem principatibus vestris. aut nunquid iustum vobis videtur si cedat spiritus carni? si à terrenis cœlestia superentur? & si diuinis præferantur humana? hæc Nazianzenus, cuius comes diuus Chrisostomus Ioannes tomo quinto libro tertio de sacerdotio, non longe à principio sic scripsit: etenim qui terram incolunt, atq; in ea versantur, his commissum est, vt quæ in cœlis sunt, dispensent. his datum est, vt potestatem habeant, quam Deus optimus neq; Angelis, neq; Archangelis, datam esse voluit. neq; enim illis dictum est, quæcunq; alligaueritis in terra, erunt alligata & in cœlo; & quæcumq; solueritis in

D. Ambros.

D. Nazian.

D. Chrisostom.

in terra, erunt soluta & in cœlo. habent quidem, & terrestres Principes vinculi potestatem, verum corporum solum; id autem, quod dico, sacerdotum vinculum, ipsam etiam animam contingit, atq; ad cœlos vsq; peruadit, vsq; adeò, vt quæcunq; infernè sacerdotes confecerint, illa Deus supernè rata habeat; ac seruorum sententiam dominus confirmet. Etenim quidnam hoc aliud esse dicas, nisi omnem rerum cœlestium potestatem illis concessam, &c. hæc ille, in huius veritatis assertione affirmauit. cuius ratio planissima sanè est. tum quòd Deus rerum omnium creator, ac dominus, sic voluit, ac disposuit, vt vidimus: Pontificem suum in totam Ecclesiam, & in Principes eius, qui & oues Christi, & Ecclesiæ partes sunt, potestatem, sui loco, habere. quia id ad eius honorem spectat, cùm Vicarij eius sint prælati. deinde quia ad directionem fidelium, in æternam requiem, est id sanè necessarium. Præterea potestas secularis, licet verè in omnem humanam creaturam (vt dicit Paulus ad Romanos. 13.) extendatur, intelligitur in subditos tantum, & qui ad eam gubernationem spectant, vt rectus ordo conseruetur: cum teste eodem Apostolo ibidem, quæ à Deo sunt, ordinata sunt. & ita neq; in Pontificem datur potestas Principi, neq; in ecclesiasticos. quoniam hi quidem excepti sunt, vt dicam inferius, à domino ipso; & ad spirituales res, & familiam Christi pertinent, non ad corporalia, quorum gubernatio Principi demãdata est. Deniq; attendas necesse est, in omnia ea, quæ ad animarum salutem spectant, habere potestatem à Deo Pontificẽ, & Ecclesiam: Principes verò, sicut & priuati, animas rationales sortiti sunt, egẽtq; gratia Dei, sicut & cæteri, ob id ergo Pontificibus subduntur, quibus animarũ cura cõmẽdatur. Tandẽ si digni-

Ratio huius potestatis ecclesiasticæ in omnes fideles.

D. Paulus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

si dignitatem rerum spiritualium, ad animarum rationem, & commodum spectantium, inspexeris; manifestè videbis, non esse mirum, si huic supremæ,& cœlesti potentiæ (vt vocabat Chrisostomus, propter imperium in animarum salutem) subdantur terrena omnia, etiam ea, quæ ad Principes pertinent. cum omnes puluis sint, & in puluerem reuertendi. Postremo illud quoq; cõsideremus necesse est, quam exactè, & perfectè Deus creaturis omnibus prouiderit, vt præter generalem mundi gubernationem, rationali creaturæ hoc præstiterit, vt in temporalibus per homines, eisq; humano quidẽ iudicio, sed Dei prouidentia, electis, regi voluerit: in spiritualibus verò per Pontifices diuino iure potestatem habentes, à quibus alij delegati, eos iuuent, & ijs omnibus plenam potestatem concesit Deus, vt in nullo directio ad cœlestia deficeret, nosq; in eterna tabernacula dirigi voluit hoc medio misericors Deus, cui omnes parere, ne obstare diuinis conatibus videamur, certè debemus.

II

Exẽpla exercitæ potestatis in Principes, & antiqua, & recentiora.

Sed ad huius propositæ rationis vim confirmandam, quoniam in humanis exempla valent plurimum, operæpretium erit, quædam ex diuinis, & humanis historijs petita ad memoriam reuocare: quibus potestas pontificalis in Principes quoq; vsitata est, & in temporalia quædam spiritualibus annexa, quæ quoniam à sanctissimis Pontificibus, & Dei inspiratione, & in potentissimos Principes effecta sunt, magnam habent ad confirmandum hoc dogma authoritatem. Itaq; recẽseamus primũ illud diuinum Hieremiæ Prophetæ datum priuilegium, *Hieremias.* quo, capite suæ prophetiæ priori dominus dicit: constitui te hodie super gentes, & super regna, vt euellas, & destruas, & dispердas, & ędifices, & plãtes.

quo

quo figurabatur (vt Pontifices extrauaganti vnam sanctam, & capite solitæ de maioritate, & obedientia senserunt) Pontificem summũ, & ecclesiasticos prælatos in Reges quoq;, & cæteros potestatem habere à domino. Similiter cũ Melchisedec Regi Salem, sacerdotiq; Dei altissimi, Genesis cap. 14. primitias, & decimas Abrahamum obtulisse legimus, *In Genesi, & Paulo.* intelligere debemus, vt exponit Paulus ad Hebræos .7. sacerdotio cessisse principatum, & ab eo benedictionem, vt à maiori accepisse. Deinde (vt ad Pontificalia facta gradum faciamus) scimus per Pontifices excõmunicationis sentẽtias, & priuationes, atq; mutationes regnorum, & imperiorũ in Principes exercitatas fuisse; sicut à Græcis ad Latinos translatum esse imperium per Pontifices, referunt & historici, & Innocentius. III. cap. venerabilem de ele- *Innocent. III.* ctione, & D. Thomas in opusculo. 2. cap. 18. lib. 3. *D. Thomas.* de regimine Principum, & D. Antoninus loco infra referendo. quod fecerunt Pontifices Gregorius .II. & .III. & Adrianus .I. & deinde Gregorius. V. tempore Otonis Imperatoris, certis delatam electoribus, reformauit, vt refert D. Antoninus. 3. parte *D. Antoninus.* tit. 22. cap. 5. §. 14. Item Pontifex summus Romanus Zacharias expoliato prædecessore, regnũ Francorum Pipino contulit, vt habetur per Gelasiũ Pa- *Gelas. Papa.* pam epistola ad Anastasium Imperatorẽ. 15. quæst. 6. cap. alius. Idemq; contigit in Portugalliæ regno, vt habetur per Innocentium. IIII. cap. grandi de *Innocen. IIII.* supplenda negligentia prælatorum in sexto.

Insuper Nauarræ regnum, ad Catholicum Hispa *Historiæ de* niæ Regem, ab antiquis possessoribus translatũ esse, *Nauarra reg.* historijs legimus. nuncq; eadem causa à nostris possessum videmus: quòd primum aduersus Pontificẽ erectus Rex, regno ab ipso Pontifice priuatus fuit.

Insuper

Universidad de Deusto
Biblioteca

Insuper alios Principes ob delicta excommunicauerunt ipsi Pontifices. & regnis priuasse, subditosq; absoluisse à iuramento fidelitatis, scimus per Gelasij Papæ relationem cap. duo sunt. 96. distinct. & per Nicolaum epistola ad Episcopos Galliæ, cap. authoritatem; & per Gregorium. VII. cap. nos sanctorum. 16. quæst. 6. Item in gestis Vrbani. II. in sumis conciliorum habetur, excõmunicasse Regẽ, totãq; Galliam ob Archiepiscopi incarcerationem.

Gelasius Pap.

Nicolaus Pap.

Vrban. Papa.

Insuper iuramentum fidelitatis, & obedientiæ Pontificalis, à Regibus, & Imperatoribus exhiberi, & vsitatum est, & decretum per Clementem. V. in generali Vienẽsi Synodo, Clementina Romani de iureiurando. & quanta reuerentia Pontificem, maximi Imperatores acceperint, ac Catholici Reges, historijs, & nostris oculis conspicimus.

Clemens V.

Deniq; inter Principes Christianos, superiorem non recognoscẽtes in temporalibus, ad controuersias, & lites dirimendas, Pontificem summũ fuisse semper iudicem, debereq; eius sententiam recipi decretum est per Clementẽ. V. & Vienensem Sinodum Clementina pastoralis de sententia, & re iudicata, & Clemẽtina Romani de iure iurãdo. Deinde cum non rectè officium suum præstare iudices, & Principes seculares contigerit, nec erga subditos in temporalibus iustitiam exercere, cum eius mali non sit superior reformator inuentus, tunc ad Pontificẽ defertur, atq; ad Prælatorum curam ei malo remediũ adhibere pertinet, vt decreuit Innocentius. III. cap. licet de foro competenti.

Clemens. V.

Innocentius. 3.

12 Ratio dictorũ ex catholica doctrina.

Hæc, & alia similia reperimus, & vsu accepta, & à DD. & iure decreta, vt Pontificalis iurisdictio in omnes, & in Principes Catholicos exerceri posse intelligatur. quoniã in oues Christi omnes eis data est ab

est ab ipso potestas, & ea quidẽ in spiritualia est per se primo, per accidens verò etiam in temporalia: cũ eorum moderatio ad salutem animarum necessaria est, ad quem finem datam esse à domino potestatem Ecclesiæ, docet Paulus. 2. Corint. 10. & ad Ephesios quarto, vt diximus, sicq; Ecclesiæ potestatem ad spiritualia, & adillis annexa, in omnes fideles fatentur omnes doctores Catholici supra citati. signantèrq;, reliquos referentes, lege Thomam Vvaldensem libro. 2. doctrinalis Fidei, cap. 74. vsq; ad. 76. & Card. Turrecrematam lib. 1. de Ecclesia cap. 91. &. 92. & lib. 2. à cap. 94. ad. 96. & á cap. 48. ad. 53. & lib. 4. cap. 37. Hugonẽ de Sancto Victore lib. de sacramẽtis parte. 2. D. Antoninum. 1. par. titu. 4. cap. 10. §. 3. &. 4. &. 3. par. tit. 22. cap. 5. à §. 14. ad. 17. M. Victoriam in relect. 1. de potestate Papæ. quæst. 4. &. 5. Episcopũ Couarruuias in cap. cum hæres de testamentis in fine. Ioannem Lupi tract. de regno Nauarræ par. 2. & Nicolaum Sanderum lib. 2. de visibili Monarchia Ecclesiæ. Albertum Pighium lib. 4. &. 5. de ecclesiastica hierarchia. Ex quorum doctrina colliges manifestè, iustè prædictos iurisdictionis actus, Pontifices exercere, in omnes, & Principes catholicos etiam, erga temporalia annexa spiritualibus, atq; in meris spiritualibus, illosq; obedire Pontifici in his teneri. quoniam examinare animarum virtutem, iustitiam, & fidem; & dirigere, ac punire excessus in hisce omnibus, ad eum pertinere debet, ad quem spectat sanctas, & cœlestes sedes ædificare in domino, qualis est summus Pontifex in vniuersa Ecclesia, vt ait B. Paulus citatis iã testimonijs, præsertim cũ nullũaliud remediũ per tẽporale tribunal restabit, vt quòd impotens est, vel quòd sit negligens, vel quia supremo superiore temporali caret, tunc namq; ad Deum,

D. Paulus.

Authores catholici.

D. Paulus.

&

Universidad de Deusto
Biblioteca

& eius Vicarium, per iustam deuolutionem, spectabit remedium, quia id ad animarum salutem est necessarium, vt nulla iniustitia, vel infidelitas exerceatur. Insuper cum delicta poscunt supplicium; vel cum nocent Fidei, & reipublicæ hæretici, sciſmatici, vel tyranni, poterit Pontifex, & debebit remedio, & regente alio prouidere. id verò suis armis spiritualibus perficiet, & subiugabit omnem altitudinem extollentem se aduersus Deum, vt Paulus ait. 2. Corint. 10. & si opus fuerit, alios aduocabit fideles, qui armis admotis, pacem Ecclesiæ restituant, ad quem finem Deus vult illos Ecclesiæ subseruire, vt Paulus. 2. cap. primæ epistolæ ad Timotheum dicebat, postquam tamen admonitione, & excommunicatione effectum fuerit, quod dominus Matthæi. 18. iussit in correctione seruari, tunc ad asperiora media procedatur.

D. Paulus.

Dominus apud Matthæum.

13 Quarta ratio quòd infallibilis in dictis suis sit Pōtifex per Spiritum sanctum.

Cæterum vt & pontificalis authoritas explicetur, ad plenum, & vt permoueamus fidelium, ac Principum animos, vt fidelem reuerentiam Pontifici loco Christi, nos gubernanti, præstent: non parum adiumenti allaturam pōtificalis infallibilitatis consideration credimus. qua certum esse Fidei dogma dicimus: Pontificem summum in dictis, & diffinitionibus seriis, quæ ad fidem, & mores hominū fidelium spectant, errare non posse: sed sana doctrina pascet certè populum Christi: Spiritu sancto id illi pro nobis concedente, priuilegium insigne. idq; Ecclesiæ etiā toti concesit. Hoc verò si diffusè nūc esset pertractandum, immensum sumeremus laborem (quem loco alteri reseruamus) nunc verò eam rem sumatim contactam, ad catholicorum doctorū lectionem remittam, vt ad Vvaldensem libro. 2. doctrinalis Fidei articulo. 3. cap. 47. & 48. & de sacramētalibus

Assertio.

Probatio.

Vvaldensis.

mentalibus titulo decimo, & cardinalem Turrecrematam lib. 1. summæ ecclesiæ à cap. 102. ad centesimum septimum. Albertum Pighium libro de ecclesiastica hierarchia quarto, capite secūdo, & Alfonsum Castro lib. 1. aduersus hæreses, & titulo Papa. & lib. 1. de iusta hæreticorum punitione, vsq; ad cap. 6. fratrem Antonium Cordoua lib. 4. quæstionarij quæstione tertia, & quarta, & ad doctissimum magistrum Canū libro de locis theologicis sexto, vbi de Pontificis summi infallibili diffinitione ex omni sacra, & catholica authoritate, & doctrina disputat. Nec minùs eruditè de ecclesiæ, & conciliorum authoritate, obedientiam Pontificum conseruantium, differit lib. 4. & 5. ad cuius lectionem præcipuè in hac re lectorem remittimus. tantum vero ad memoriam reuocabo Christi promissiones communi ecclesiæ traditione receptas, vt Marcus primus martyr, & Pōtifex beatissimus epistola ad Anastasium, ac doctores catholici asseruerunt, quibus hoc constabit, vt licet particularium fides deesse possit, nunquam tamen ecclesiæ vniuersalis, aut diffinitionis Pontificalis veritas fidei deficiat. sicut apud Ioānem capite decimo quarto promisit: mittam vobis spiritum veritatis, qui maneat vobiscum in æternum, & decimo sexto: qui docebit vos omnem veritatem, & apud Matthæū cap. vltimo: vobiscum sum omnibus diebus, vsq; ad consumationem seculi. & hæc quidē ad ecclesiam, in qua etiam, & eius priuilegijs verè continetur Pontifex, cum eius sit caput, & ecclesiæ concessa infallibilitas censetur etiam illi data. sed & ad Petrū & successores Luc. 22. rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua. & ita certa fide credimus ecclesiæ fidem, & Pontificum summorum certā definitionē in rebus fidei, & morū non esse defecturā.

Card. Turrecremata.

Pighius.

Castrensis.

Corduba.

Canus.

Ecclesiastica traditio.

Dominus apud Ioannem.

Matthæum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nec mirum si in lege euangelica perfectissima Deus hoc priuilegium concesserit, q̃ sacerdotibus summis antiquæ non denegauit: cum Deuter. 17. Dñs populo præcipiebat: si difficile & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris: inter sanguinem, & sanguinem; causam, & causam; lepram, & nõ lepram; & iudicum inter portas tuas videris verba variari, surge & ascende ad locũ, quem elegerit dñs Deus tuus, veniesq; ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem, qui fuerit in illo tempore; quæresq; ab eis, qui indicabunt tibi iudicij veritatem, & facies quæcunq; dixerint, qui præsunt loco, quem elegerit Dominus, & docuerint iuxta legem eius. & in eo etiam tempore, cum ferè ruinam fecerat populus ille Hebraicus, Ioã nes. 11. suæ euangelicæ historiæ capite, de Caypha indignissimo quidem, sed Pontifice tamen summo, ait: cum esset Pontifex anni illius prophetauit. Itaq; hæc diuinæ largitionis affluentia est, hæc eius cumulatissima prouidentia, vt non relinqueret ecclesiæ suæ locum defectionis vllius, sed omnia debilia loca muniret, ne proditionis aperta via vlla relinqueretur. Ideò vt decebat suam summam magnificẽtiam, voluit euangelicæ ecclesiæ suæ pastori summo hoc donare priuilegiũ; quo dubia, & obscura illustraret, & luce sua dirimeret, & certa præcepta, quibus ad salutem duceremur, nobis traderet.

Deuteron.

Ioannes Apostol.

Ratio.

14 Quinta ratio. Quod propter iadicta oportet reuerẽtiam, & obedientiam Pontificis ipsius decretis, & mãdatis exhiberi.

Ex quibus hucusq; notatis probatio directa nostræ propositæ assertionis deducitur: nempè reuerentiã, & obedientiam deberi maximã Pontifici summo, eiusq; decretis, ac mandatis: cũ locum Dei, & Christi teneat, sicq; ei honor exhibitus, Deo fit acceptus, & semper obtemperantibus Põtifici præmia, & fœlicẽ sortem; & contra repugnãtibus supplicia Deus præstitit, potestatẽq; in omnes, etiam Principes fideles, & ma-

& manutenentiã ad vera, & sancta decernenda, Põtifici exhibuit omnipotens. vt hucusq; dictis manifestum est. Ideò igitur decet quam maximè eos, qui se fideles Christi haberi volunt, siue priuati sint, siue Principes, summi Pontificis decretis obtemperare, eaque quàm reuerenter accipere, nec pati ab alijs conculcari, & contemni; & hoc honori summo habere fidelium corona erit, apud Deumq; non exiguas spei arras exhibebit, sicut & apud reges ipsos acceptum, & præmio afficiendum esset, si quos viderent legum suarum, ac vicem eorum sustinentium, obseruantissimos. Cuius apertã rationem, qui scire vellet, considerabit rerum diuinarum venerationem in honorem Domini, vt in finem, & agendi rationem refundi; cum enim Deus lucem habitet inaccessibilem, amor, & reuerentia animi nostri in Deum, in suarum rerum, & præceptorum, ac vicariorum suorum obseruatione conspicitur, sicut Ioannis decimoquarto dicebat: qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est qui diligit me. nam Deum contingere omninò, non possumus. Deniq; nisi leges ecclesiasticas fideles obseruent, & decreta Pontificum venerentur, non dabunt locum diuinæ gubernationi, quæ per ministros fit. eo autem præstito diuino obsequio, censetur aditus ferè totus apertus ad æternæ fœlicitatis possessionem: cum vice Dei nobis necessaria ad salutem proponant prælati, & tribuant obsequentibus. Tandem quia cũ ecclesiastici Pontifices vices Dei gerant, vt diximus, idem est illis, & Deo obedire, vel repugnare, sicut Paulus ait ad Roman. 13. qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit, qui autem resistunt, ipsi sibi damnationẽ acquirunt. sicq; omnipotens ipse Christus suorũ Vicariorum reuerẽtiam

Assertio obedientiæ & reuerẽtiæ.

Sup num. 4.

Ratio.

Dominus apud Ioannem.

D. Paulus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

commendans, dicebat Lucæ. 10. cum Apostolis, in illisq; cũ prælatis eorũ successoribus (vt omnes expositores, ac doctores catholici cẽsent) loquens: Qui vos audit, me audit; qui vos spernit, me spernit. Ob quas assertas à Deo fauorabiles sentẽtias, ausi Pontifices dicebant semper, ruinã sibi parare contẽptores decretorum Pontificalium, vt D. Gregor. Papa. 19. distinct. qui aiebat: nulli fas est velle, vel posse trãsgredi Apostolicæ sedis præcepta, & nostræ dispositionis ministerium; quod vestrã sequi oportet charitatem. sit ergo ruinæ suæ dolore prostratus, quisquis Apostolicis contrariare voluerit decretis. Et Aggatho Papa epistola ad omnes episcopos, eadẽ dist. 19. relatus à Gratiano, dignam illam Pontifice sentẽtiã scripsit: sic omnes sanctiones Apostolicæ sedis accipiendæ sunt, tanquã ipsius diuina voce Petri firmatæ. Nicolaus etiam Papa primus authoritatis Apostolicæ propugnator, epistola ad episcopos Galliæ, & ad clerum Vienẽsem, & in Synodo à se habita plura de hac re scripsit, quæ refert Gratianus dist. 19. &. 35. quæst. 5. & alibi. inter quæ illud insigne est, quod dicta quæst. 5. Pontifex synodo præsidens ait: si quis dogmata, mandata, interdicta, sanctiones, vel decreta pro catholica fide, vel ecclesiastica disciplina, pro correptione imminentium, vel futurorum malorũ, à sedis Apostolicæ præsule salubriter promulgata cõtempserit, anathema sit.

Dominus apud Lucam.

D. Gregorius.

Aggatho Papa.

Nicolaus Papa.

15 Hispaniæ reuerentia sedi Apostolicæ.

Sed quoniam cum nostris disputatio ista habetur, quæso attendamus antiquorum Pontificum nostrorũ in Christo parentũ, erga sedis Apostolicæ decreta, reuerentiam; quã verba concilij Bracharensis maximè insinuãt. vbi cap. 18. dicitur: Omnes episcopi dixerunt necessarium, & valde vtile arbitramur, vt ea, quæ apud vnumquemq; nostrum varia, & inordinata

Bracharense concilium.

dinatà consuetudine retinentur, vnita inter nos per Dei gratiam, & concordi celebrentur officio. & idcirco si quid illud est, vel magnum, vel paruum, quo variari videamur, ad vnã sicut dictum est, formulã, præfixis rationabiliter capitulis, reuocetur, præcipuè cum & de certis quibusdam causis instructionẽ apud nos sedis Apostolicæ habeamus, quæ. ad interrogationes suas, quondam venerandæ memoriæ prædecessoris tui Profuturi prudentia, ab ipsa Petri beatissimi accepit cathedra. Lucretius episcopus dixit: recte fraternitas vestra authoritatem sedis Apostolicæ recordata est. Hæc igitur Hispaniæ totius episcopi (cum suo primate eo tempore, postea ad Toletanam sedem permutato) loquuti sunt, de reuerentia, & memoria speciali, ac obseruatione præceptorum Apostolicæ sedis: vtinam nostris tanta memoria, & obseruatio esset multorum, quæ vel obliuioni tradita, vel abusu deleta conspicimus. Sed debemus certè dignissimorum patrum, nos qui de fide nostra gloriamur, in hac re vestigia sequi, ne diuinorũ oblitos, Deus optimus obliuiscatur.

Galliarũ antiqua reuerentia Pontificii.

Similiter apud Gallos quanta mandatorum Pontificalium extiterit authoritas cognoscet legens caput. 22. Turonensis secundi cõcilij, vbi inter alia sic dicitur: quis contra decreta talia, quæ à sede Apostolica processerunt, agere præsumat? vel quis quod peius est contra sentẽtiam, quam vas electionis Paulus Apostolus Spiritu sancto ministrante promulgauit, aliud conscribere vlla ratione præsumat? cum dicat ipse per Spiritum sanctum: qui prædicauerit præter id, quod prædicauerim, anathema sit. & quorum authoritas valere possit, nisi quos sedes Apostolica semper, aut intromisit, aut apochriphos fecit. & patres nostri hoc semper custodierunt, & eorum præcepit

Concilium Turonense.

Universidad de Deusto
Biblioteca

authoritas. nos ergo hoc sequamur, vel quod Apostolus Paulus, vel quod Papa Innocẽtius statuit. hæc Galli quõdã, in quibus vtinam nunc permansissent, neq; hæresi labefactati essent talium parentum filij; sed sperandum est, quod iam dominus cœpit, perficiendum esse, atq; ad antiquam pietatem omnia redigenda. Sicut etiam miramur quidem Germanorum antiquam pietatem, erga Põtifices, egregiamq; deuotionem, adeò vt in concilio Triburiensi cap. 30. vt habetur capite in memoriam. 19. distinctione, dicatur: In memoriam B. Petri Principis Apostolorum, honoremus sanctam Romanam Ecclesiã, & Apostolicam sedem, quæ vt nobis sacerdotalis est mater dignitatis, ecclesiasticę esse debet magistrationis; quare obseruanda est cum mãsuetudine humilitas; & licet vix ferendũ ab illa sancta sede imponatur iugum, tamen feramus, & pia deuotione tolleremus. hæc ibi, vbi vtinam etiam nunc, repetita deuotione, mansissent eadem exẽpla. Quanta deniq; vniuersis ecclesijs obseruantia, et deuotio Apostolicis decretis fuerit, qui conspicere voluerit, legat acta vniuersaliũ conciliorũ; & videbit à Romano Pontifice indici, dissolui, dirigi, & confirmari esse solita; & conuenientibus, ac consentientibus, ex totius orbis partibus, fidelibus Pontificibus, ac Principibus, eorumq; procuratoribus; ab omnibus obedientiam, & fidẽ decretis Romanæ sedis, vt Christi loco, capitis verisimi ecclesiæ totius, exhibitã esse. pro omnibusq; sit decretũ generalis Synodi Lateranẽsis sub Leone. X. sess. 11. schedula penultima, vbi sacro approbante concilio damnantur, qui aduersus ecclesiasticam Romani Põtificis iurisdictionẽ insurgũt; de necessitateq; salutis esse diffinitur, vt omnes Põtifici subsint. sed & quæ in hanc rem memoranda secularium Principũ exẽpla fuerint,

Germanorum antiqua deuotio erga Pontifices.

Conc. Triburiẽse.

Totius ecclesiæ exemplum.

Concilia vniuersalia.

Lateranense concilium.

Secularium Principum exempla.

fuerint, erga venerationem Apostolicæ sedis, eiusq; decretorum, diximus paulò superius, in prioribus nostræ assertionis probationibus. dicamq; alibi extitisse semper Responsales, vel Cõmissarios Pontificis Romani, & exercuisse potestatem in prouincijs. *Sup. num. 4.*

16

Sexta ratio, quòd episcopis diuino iure debeatur reuerentia & obedientia ab omnibus in diœcesibus suis consistẽtibus.

Nunc verò ne episcoporum cæterorumq; præfectorum ecclesiarum contemnatur dignitas, aut iussio; & ne illorum dignitati labor noster deesset; etiam erga eos, eorũq; præcepta, atq; decreta reuerentes, & obtemperãtes esse debere fideles Christi ostẽdamus. Quod etiam conclusione nostra defendimus. Cõstituamus ergo primũ fidei dogma inuiolabile: episcopos Christi esse, in sua diœcesi, Vicarios, & Apostolorũ successores; eisq, deberi reuerentiã, & obediẽtiã ab omnibus fidelibus, existentibus in sua diœcesi, nõ exemptis, hãcq; potestatem à Christo domino datã, iureq; diuino cõuenire omnibus ordinatis, & vel ad episcopalem dignitatẽ electis ab ecclesia. Hanc vero certissimã fidei catholicæ veritatem, primo ex sacra, apostolicaq; traditione (quã paris, cũ sacra scriptura fidei, ac venerationis esse declarauit sacrum Tridẽt. concil. sess. 4.) confirmo, quã inferius ex sacris testimonijs cõprobabo. Nã sic à Christo dño Apostolis traditum fuisse, vt dogmate nostro præfertur, ex sanctorum patrum, ac fidelium cõmuni acceptione probat episcopus Ayala libro de traditionibus parte tertia. Sed ex multis in hac re patrũ documentis, pauca proferam, eaq; ad huius rei confirmationẽ præcipua. sic ergo B. Clemẽs Papa, Petriq; apostoli auditor, & discipulus, referẽs Christi, & B. Petri præceptiones, epist. 1. ad medium sic ait: Episcopos vicem Apostolorum gerere, dominum docuisse dicebat; & reliquorũ discipulorũ vicẽ tenere presbyteros debere, insinuabat. & si quis aliquem, ex his scandalizauerit,

Probatio.

Traditio sacra

Inf. nu. 18. & 19.

Episcopus Ayala.

D. Clemens.

Episcopi locum Apostolorũ tenẽt, presbyteri discipulorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

grauissimam illi pœnam inferri debere,prædicabat.
Hæc Clemens sed & B.Anacletus etiam condiscipu *D.Anacletus.*
lus Clemẽtis epistola. 3.sic ait:Anacletus seruus Iesu
Christi,in Apostolica sede à Domino cõstitutus,&
à sancto Petro Apostolorum Principe presbyter or-
dinatus,omnibus episcopis, & reliquis sacerdotibus
salutem. de primatibus charissimi super quibus me
quidam vestrum consuluerunt,aut si esse deberent,
aut non: quantum hactenus de his à B. Petro Apo-
stolo,& reliquis Apostolis,& à B. Clemente nostro
sancto prædecessore,& martyre nouimus statutum,
denegare vobis minime possumus.& quis est,qui ne
gare possit quærẽtibus fratribus,de dubitatione, vel
necessitate eorum?sacerdotum fratres ordo bipartí-
tus est.& sicut dominus illud constituit,à nullo de-
bet perturbari.scitis autem Apostolos à domino esse
electos,& constitutos, & postea per diuersas prouin
cias ad prædicandum dispersos:cum vero messis cœ
pisset crescere,videns paucos esse operarios, ad eorũ
adiumentum, septuaginta eligi præcepit discipulos.
Episcopi vero domini Apostolorũ locũ tenent,&c.
17 Et paulò inferius cap.2.vt obedientiam, illorum of-
Obedientia episco porum commen datur. ficio debitã,suaderet,ait: Apostoli,iubente domino,
in toto orbe dispersi,euangeliũ prædicauerunt,ipsis
quoq; decedentibus, in eorum locum successerunt
episcopi,quorum ordinatio prætacto fieri debet or-
dine,& modo:quos qui recipit, & verba eorũ, Deũ
recipit:qui autem eos spernit, eum à quo missi sunt,
& cuius funguntur legatione,spernit. hæc Anacle-
tus.Sed sacrum generale Tridẽtinũ concilium sess. *Trid. Concilũ.*
23.cap. 4. eandem episcopalem potestatem confir-
mat,& declarat,dicens: sacrosancta Synodus decla-
rat, præter cæteros ecclesiasticos gradus,episcopos,
qui in Apostolorum locum successerunt, ad hunc
hierar-

hierarchicum ordinem præcipuè pertinere;& posi-
tos,sicut idem Apostolus ait,à Spiritu sancto,regere
Ecclesiam Dei,&c. Hæc & multa alia ad hoc propo
situm spectantia decernit sancta Synodus, de Epis-
coporum iure diuino fundata dignitate, & obediẽ-
tia, quam etiam obedientiam, ac reuerentiã egregiè
commẽdat idem iam relatus, sanctus Pontifex Cle- *D.Clemens.*
mens epist.3.vbi sic ait: sacerdotes, & reliqui sacræ
Ecclesiæ ministri, omnesq; plebes Episcopos suos
diligere debent, & eorum præceptis obedire, etiam
si ipsi aliter, quod absit, quàm debent,agant. nisi in
fide errauerint. qualis condemnatio eis immineat,
qui imparentes erunt, diuina nos docet scriptura:si
enim Can filius Noe,cùm vidisset nudum suum pa-
trem,quoniam non cooperuit patris corporalis nu-
ditatem, sed egressus nunciauit eam fratribus,& illi
vestimento eũ cooperuerunt,ipse quidẽ, & ij qui ex
ipso nati sunt, sub maledicto facti sunt; qui autem
cooperuerunt,magnam benedictionem meruerunt;
multo magis isti maiori condemnatione,& amplio-
ri digni sunt,qui patribus obuiare,aut contra eos in-
surgere nituntur, aut iniuriam & contumeliam fa-
cit Deo,cuius legatione funguntur.hæc ibi Clemẽs
primo tomo conciliorum, &.2.quæst.3. cap. sacer-
dotes. qui etiam epistola.3. in principio, Episcopis
Notetur,Episcopis Principes obedisse initio Ecclesiæ. dicebat: si autem vobis Episcopi non obedirent om-
nes presbyteri,diaconi,& subdiaconi,& reliqui cle-
rici, omnesq; Principes,tam maioris ordinis,quàm
inferioris, atq; reliqui populi, tribus, & linguæ nõ
obtemperauerint, non solum infames, sed extorres
à regno Dei, & consortio fidelium, ac liminibus
Episcopi sunt erga Principes,& cæteros prælati. sanctæ Ecclesiæ alieni erunt. Nam vestrum est eos
instruere, eorum est vobis obedire,vt Deo,cuius le-
gatione fungimini. Hæc Clemens,cuius verba satis

Universidad de Deusto
Biblioteca

ostendũt non solum populos, & clerum, sed & Prin cipes quosuis obedire Episcopis debere, atq; id ex Petri Apostoli doctrina, & Christi traditione acceptũ esse, epistola. 1. testatur. quod & Tridentina synodus sess. 23. cap. 4. & sess. 25. cap. 17. de reformatione confirmat. Sed & si obedientiæ ecclesiasticæ, & episcopalis authoritatis monimẽta plurima, ex antiquitate petita, allata legamus per theologos doctores, qui aduersus hæreticorum errores de hac re scripserũt, & præcipuè apud Vvaldensem lib. 2. doctrinalis fidei artic. 13. Turrecrematam lib. 1. de Ecclesia ex cap. 74. & lib. 2. ex cap. 41. Albertum Pighiũ lib. 4. & 5. de ecclesiastica hierarchia. Episcopum Ayalam libro de traditionibus par. 3. circa finem. Nicolaum Sãderum lib. 1. & 2. de visibili monarchia Ecclesiæ. Castrensem aduersus hæreses lib. 6. tit. Ecclesia, lib. 11. tit. obedientia. & fratrem Cordoua lib. quæst. 4. Cæterum præter ea, quæ ab Ecclesiæ summis, primisq; Pontificibus retulimus, hæc quoq; non prætereũda, quæ antiqui Ecclesiæ doctores tradiderũt, censui: quæ videlicet scripserunt de hac Ecclesiæ obedientia, quam commendamus. Vt diuus Ignatius epistola ad Trallianos, & Magnesianos. in fine verò prædictæ epistolæ ad Trallianos, sic aiebat, de prælatis, & Episcopis loquens: qui istis inobediens fuerit, hic sine Deo omnino erit, impius, & contemnens Dei ordinationem. similemq; sententiam confirmat Tertullianus in apologetico contra gentes, & D. martyr Cyprianus epistola. 3. lib. 1. & D. Athanasius, & D. Thomas in epistolã ad Hebræos cap. 13. D. Ireneus lib. 4. contra hæreses capite. 26. D. Basilius sermone. 3. exercitamentorũ, & de constitutionibus monasticis cap. 20. & 23. D. Augustinus tomo. 2. epistola. 86. ad Casulanum, &

Tridentinũ cõcilium.
Vvaldensis.
Turrecrem. C.
Pighius.
Episc. Ayala.
Sanderus.
F. Castro.
F. Cordoua.
D. Ignat. Epis.
Tertullianus.
D. Cyprianus.
D. Athanasi⁹.
D. Thomas.
D. Ireneus.
D. Basilius.
D. Augustin.

tomo

tomo. 7. lib. de correptione, & gratia cap. 15. D. Gregorius in Reges lib. 13. cap. 3. ad medium. D. Chrisostomus in Genesim homilia. 6. & 65. & in epistolam ad Hebræos cap. 13. homilia. 34. atq; D. Hieronymus. 1. tomo ad finem, epistola ad Heliodorum, & epistola de septem ordinibus cap. vlt. & cap. 2. & 8. regularum. & D. Bernardus sermone. 66. in cãtica, & psalmo. 90. sermone. 15. & tractatu de præcepto, & dispensatione. qui omnes docent etiam malis, sed fidelibus quidem Episcopis, esse ab omnibus obtemperandum.

D. Gregorius.
D. Chrisost.
D. Hieron.
D. Bernard.

18 Sacris scripturis cõ firmãtur prædicta.

Id verò neq; immeritò, cum sacra scriptura plena talibus testimonijs sit, quibus ad eam ecclesiasticorum prælatorum obseruãtiam informamur omnes fideles, sicut & in veteri testamento scriptum grauissima cautione reperimus, Deuter. 17. venies ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem, qui fuerit illo tempore; quæresq; ab eis: qui indicabunt tibi iudicij veritatem, & facies quodcũq; dixerint, qui præsunt loco, quem elegerit dominus, & docuerint te iuxta legem eius, sequerisq; sententiam eorũ, nec declinabis ad dexteram, neq; ad siniſtram. qui autẽ superbierit nollens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat domino Deo tuo, ex decreto iudicis, morietur homo ille, & auferes malum de Israel. cunctusq; populus timebit, vt nullus deinceps intumescat superbia. ecce in lege illa diuina, quæ timori potius, quám amori intendebat, quali supplicio sacerdoti inobediens plectebatur. Sed tamen in nostra euangelica lege suauitate plena, licet non ijs minis, tamen sub conscientiæ obtestatione, non inferior præcepti ratio inuenitur: cum Lucæ. 10. cap. Christus dominus Apostolis, & eorum successoribus (vt ecclesiastica traditione, supra proposita, & patrũ

Deuteronom.
Christus apud Lucam.

omnium,

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnium, eum locum exponentium, testimonio cõstat) dixit: Qui vos audit, me audit, qui vos spernit, me spernit, ℣ & Paulus ad Hebræos. 13. cap. apertius dixit: obedite præpositis vestris, & subiacete eis, ipsi enim peruigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri. ecce Paulum de Ecclesiæ præpositis vniuersis loquens, obedientiam ipsis debitã esse testatur, siue boni, siue mali sint; à domino edoctus, qui Matthei. 23. dicebat: super cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi; omnia quæcunq; dixerint vobis seruate, & facite; secundùm verò opera eorum nollite facere. ecce malis etiam ab omnibus obediendum: cum Dei loco iure diuino, atq; imperio Dei, ad Ecclesiam gubernandam constituti fuerint, Deiq; ipsius locum teneant, vt ecclesiastica & concordi doctorum traditione docemur. sicut dixi hucusq; iam sæpè. & constat Apostolica illa relatione Ephesiorum. 4. dicente Paulo, Christum in cœlos ascendentem, ecclesiastica hierarchia constituta, posuisse alios quidem pastores, alios doctores ad cõsumationem sanctorum ad opus ministerij. & ita ad Episcopos Asiæ quondam sermonem habens dicebat, actorum. 20. Attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo vos constituit Spiritus sanctus regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo. etenim cum Apostolos sciret dominus morituros, & Ecclesiam perpetuò duraturam vsq; ad consumationem seculi promisisset vltimo Matthæi cap. certè quod prioribus illis Apostolis, Ecclesiæq; Pontificibus dabat, sequentibus, ac in eodem munere succedentibus, dare quoq; intelligendus erat. & sic Marci. 13. aiebat Apostolis: ℣ vobis dico omnibus dico, vigilate.

D. Paulus.

Dominꝰ apud Matthæum.

Episcopi iure diuino habent potestatem suam.

Sup. num 16.

D. Paulus.

19 Hæretici dãnãtur.

Ob eam ergò causam, atq; dictis iam fundamentis innixa Ecclesia damnabit hæreticos, qui temerè, &

& impiè ecclesiasticam obedientiam, maximeq; discolorum, atq; non rectorum prælatorum labefactare conabantur: sicut primũ Vvicleph, & Hus damnati sess. 8. &. 15. Constantiensis generalis Synodi. & deinde lutherani, damnati decretis Leonis. X. priusq;, alij in concilio Vienensi per Clementẽ. V. clementina ad nostrum de hæreticis reprobati, contenderunt inaniter libertatem quandam (à Paulo. 1. Corint. 3. &. 7. & ad Galatas. 5. declaratam; ad molestias veteris legis alludente, non verò subiectioni ecclesiasticæ potestatis detrahente, quam potius ipse. 2. Corinthiorum. 10. ad captiuitatem omnium sub Christo Principe inducendam, Ecclesiæ potestatẽ valere dicebat.) sed Petrus. 2. epistolæ cap. 1. christianos suaui lege Christi gaudentes aloquens, eã libertatem prudenti cautione moderabatur, dicens: non quasi velamen habentes malitiæ libertatem.

Concilium Constantiense.

Leo. X.

Clemens. V.

D. Paulus.

D. Petrus.

20 Septima ratio quòd omnibus inferioribus Ecclesiæ prælatis obedientia, & reuerẽtia debeatur.

His ergo satis ea pars præcedentis nostræ propositionis, qua obedientia, & reuerẽtia Pontifici summo, & alijs Episcopis commendabatur, probata videbitur. Sed nunc quoq; cùm generaliter ecclesiasticis præpositis obtemperandum, & illis reuerentiam præstandam esse dixerimus, oportet etiam ponere verum dogma aliud: omnibus ecclesiasticis prælatis, etiam Papæ, & Episcopis inferioribus, deberi obedientiam, & reuerentiam loco Christi. sed & ostẽdere oportet, quo iure ipsis ea religionis obseruatio debeatur. quod eo solum manifestum est, quòd ecclesiastica traditione, & doctorum communi sententia constat, talem illis honorem Dei præceptione esse exhibendum, vt legenti præcedentis rationis confirmationes constabit, atq; relatorum doctorum scripta. sed & eo etiam constat, quòd Pontificibus: summo, & inferioribus, apertè potestas plena

Sup. num. 17.

à domino

Universidad de Deusto
Biblioteca

à domino data sit, ad Ecclesiæ gubernationem, vt vidimus; & ideo ad omnia necessaria ad talem finẽ, id quoq; censetur extendi: at ob plebium christianarũ multitudinẽ, nequit ab vno homine, nisi coadiutores, & cõmissarios potestatis suæ adhibeat, ecclesia rectè gubernari. ideoq; Ietrò sapiens, dominica authoritate probatum consilium Moysi dedit, Exodi .18. adhibendi gubernationis suæ coadiutores: quod semper feciſſe Apostolos, ex actorum libro; & ecclesiasticos Pontifices, ecclesiastica traditione constat. sicq; cum vis eadem sit in primo subiecto potestatis, atq; in cõmissario, qui eadem vtitur, sicut Paulus ad Romanos. 13. de secularibus dicebat, obediendum esse siue Regi, quasi præcellenti, siue ducibus, tanquã ab eo missis; ideoq; Paulus ipse ad Hebræos. 13. sine distinctione præcipiebat: obedite præpositis vestris. ob eamq; causam inferioribus Ecclesiæ prælatis ex commissione Pontificis, vel Episcoporũ in nos dominantibus, obtemperandum est, sicut domino: & illis debita reuerentia ab omnibus deferenda est. de quo tamen nunc nobis non ita erit diffusa tractatio instituenda, sicut cũ domino aspirante de ecclesiastica hierarchia scripserimus. Sed qua potissimũ ratione omnibus prælatis ecclesiasticis obediẽtia, & reuerẽtia deferenda sit ab omnibus, subijciã nunc breuiter: duo tãtũ ante oculos proponẽs documẽta clarissima. primũ quia si aliter fieret, irreligiosi in Deũ essent, qui se à tali iugo subtraherent: nam si Dei loco, vt dixi nos præpositi nostri gubernant; honorẽ, & obedientiã illis præstitã, in Deum deferri, sicut & è cõtrario inobedientiam, & temerarium ausum, quis dubitet? cum, non quòd homines sint nobis qui dem pares, & natura non superiores, sed quòd Dei locũ in terris sustineant, sint præpositi obseruandi. & quòd

Sup. num 16.

Exodus.

Acta.

D. Paulus.

21 Octaua ratio quòd meritò obediẽtia, & reuerẽtia sit deferẽda Ecclesiæ prælatis, ab omnibus.

quòd Dei iussio instet, vt illis obsecundemur: qui ergo illis resistit, Dei ordinationi resistit, Deoq; iniuriam facit. Sicut qui legato Regis, aut Præsidi, vel iudici, vel imagini etiam irreuerenter obsistit, & iniurioſus est. in rebus namq; humanis repręsentatione absentium iuuari, & suppleri distantia debet. Deinde si auferas reuerentiæ, & obseruantiæ, obtẽperationisq; ius, quid in Ecclesia relinquitur? non solum quòd connexæ sunt virtutes, sed quòd obediẽtia sola virtus est, quæ menti cæteras virtutes inserit, insertasq; custodit, vt dicebat Gregorius. quia sic ignorantium tenebræ depelluntur, instructione, & iussione prælatorum in re adeò necessaria, & difficili, sicut cœlorum aditus est. sic perfidia, & peruicacia discolorum conteritur ecclesiastica vindicta, per obedientiam susceptа, vt dicebat Paulus ad Corinthios. 2. cap. 10. aliterq; non benè suæ Ecclesiæ prouidisset Deus, si vel omisisset ecclesiasticorum prælatorum constitutionem, aut plenæ potestatis in oues suas elargitionem. cum in summa certè incommoda, ea re incidere necesse esset. sicq; etiam nos non bene nobis, nostræq; saluti prouidemus, si obedientiam, prælatis nostris debitam, omiserimus, vel minus reuerenter eos acceperimus, quam decet Dei locum tenentes. atq; ex eo aditum inordinationi, & confusioni vniuersorum certè daremus. sicut egregiè B. Chrisostomus, nec minus eleganter homilia .34. in epistolam ad Hebræos scripsit, in hunc modum: malum quidem est, vbi nullus est principatus, & multarum cladium hæc res exiſtet occasio, & cõfusionis est, turbationumq; principium. sicut enim si ex choro ipsum Choripheum auferas, nequaquã modulatus chorus, & ordinatus exiſtit. & phalanx militum, si ducem non habeat, nullo modo acies illa vel

D. Gregorius.

D. Paulus.

D. Chrisost.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vel ordine procedit. & nauis si gubernatore priuetur, pessùmeat necesse est. & si gregi pastorẽ abstuleris, cunctus dispergetur,& peribit. & malum igitur est, vbi nullus est principatus, subuersionis quippe hoc est argumentum; malum autem est non minus, & inobedientia eorum, qui reguntur à Principe: idem malum quippe contingit. populus enim si non obsequitur Principi, similis est populo Principem non habenti, imò etiam deterior: illi quidem saltem veniam habent, eius quod indispositè, & inordinatè versantur, siquidem ordinatore priuati sunt; ij autẽ veniam non merentur, quin etiam puniuntur. Sed fortasse aliquis dicet quia est tertium quoq; malum, quando ipse Princeps malus extiterit: hoc noui etiã ego,& non paruum malum illud est, imò etiã peius est, quàm sine Principe cõuersari: melius quippè est à nullo, quàm à pessimo regi: ille enim saluatus est sæpenumero, plerunq; etiam in periculum decidit; iste autem omnibus modis pericula subiturus est: dũ ad foueas,& ruinas impellitur. quomodo ergò dicit Paulus, obedite præpositis vestris, & obsecundate? postquam superius dixerat: quorum contemplantes exitum conuersationis,imitamini fidem, tùm intulit: obedite illis,qui vobis præpositi sunt, & obsecũdate. quid ergò dicit aliquis,cum præpositus malignus extiterit, nõ audiemus. quomodo malum dicis? siquidem est in causa fidei,fuge illum, & vita;non solum si homo fuerit,etiam si Angelus de cœlo descẽderit; si verò in vitæ moribus malignum dicis, noli curiosus esse. & hæc nõ ex me ipso dico,sed ex scriptura diuina,audias Christum dicentem:super cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi.& primo cum commemorasset de his multa mala, tunc dixit; sederunt super cathedrã Moysi:omnia, inquit, quæ dixerint

Nota.

dixerint vobis,facite: quæ autem fecerint,nolite facere. habẽt,inquit,dignitatem,&c. Hæc Chrisostomus. quibus, alijsq; iam dictis huius nostræ assertionis monimentis,colligitur, quam sit æquum fideles omnes subesse, & obedire ecclesiæ prælatis vniuersis;& reuerentia quam maxima illos prosequi, non tantum summũ,sed & cæteros Pontifices, eorumq; vice fungentes,qui Christi locum tenentes imperat nobis. neq; hoc solũ debere populares præstare certum est,sed & Principes vniuersos:cũ omnes Christi oues sint,si fideles existant,& in omnes oues suas potestatem largitus fuerit, qui dixit Petro Ioannis 21. Pasce oues meas. atq; ideò m'erito Ioannes Papa. 96. distinct. dicebat: Imperator, si catholicus est, filius est, non præsul ecclesiæ. caueant ergo Principes,ac cæteri fideles,ne si filio propriam erga parentes, reuerentiam omittant,Deum grauiter, in suorum capitum damnum, offendant: is est enim ille, qui certè de se ipso illud ab Isaia prædicari cap. 2. Iussit(quo iram,& vindictã, licet tardam quandoq;, suam significauit) quiescite ergo ab homine, cuius spiritus in naribus eius est, quia excelsus reputatus est ipse. In quibus verò specialiter hæc generalis reuerentia,& obedientia prælatis debita(quòd ad hãc præsentem quęstionem spectabit) exercenda sit, dicemus sequentibus propositionibus: declarantes in quibus excessus contingere possint, si prętextu vis tollendę, seculares potestates ecclesiastica priuilegia infringant. Itaque ad huius rei declarationem, sit iam ordine secunda propositio. Iudicare de ecclesiasticis causis dubijs, decernereq; an iudex, seu prælatus ecclesiæ recte, an iniustè egerit, in ecclesiastico processu causę, aut pręceptionis suę; aut in Pontificem summum prelatosue quosuis, vel in eorum

22 Collectio debitæ obedientiæ omnibus communiter prælatis.

Admonitio Principum, & reliquorum.

Ioannes Euangelista.

Ioannes Papa.

Isaias.

23 Notanturexcessus secularium in causis ecclesiasticis possibiles.

Propositio secũda de iudicio in causis dubijs ecclesiasticis, vetito secularibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

statuta agere, non est licitum Principi, neque cuiuis seculari, sed hæc iudiciorum genera Deo, & ecclesiæ relinquenda sunt. at vero supponimus hæc vetita iudicia intelligi in casu dubij, & erga punitionem, ac præceptionem directam ecclesiasticorum, quæ seculari potestati vetantur. non verò vbi vis clara interuenerit. tunc enim licebit, reuerenter vim tolli, à Principe. Hanc assertionem memini me partim comprobasse superius, cum ad argumenta quæstionis primæ responderem. sed nunc magis ex professo vetitam hanc rationem iudicij persequemur. quamuis quæ ibi dicta sunt, satis erunt ad explicandam distantiam, quæ sit, inter licitam depulsionem vis, cum illa fuerit ab ecclesiasticis manifestè illata, & inter illicitam rationem iudicij in causis dubijs, de quo articulo nunc dicemus, vt specialius videamus in quo excedere secularis potestas potest, in causarum ecclesiasticarum tractatione. Et primum aduertamus necesse est, non ex eo quòd licitam vis apertæ propulsationem dixerimus (quia per id non propriè iudicare, sed rem clarè inspectã, defendere naturali iure censemur, quod licet) ideò posse statim deduci etiam licitum esse Principibus de rebus, & causis ecclesiasticis diiudicare; vtique in causis dubijs (tunc enim iudicium esse cap. 17. Deuteronomij dicebatur) illud enim negamus catholici, cum necesse sit inuiolabilem obseruari immunitatem, & libertatem ecclesiasticam, vt diffuse dicemus inferius. sua autem contentus sit Princeps iurisdictione, & cum ad verum ventum sit, nec Pontifex nomen Imperatorium vsurpet, neq; Imperator iura Pontificatus arripiat (verba sunt Nicolai primi Pontificis summi epistola tertia ad Michaelem Imperatorem, nonagesima sexta distinctione capite cum

24 Probatio.

Sup.nu.46.& 47.& 25.q.1.

Inf.nu.50. pro positione.5.

Nicolaus Papa.

Ratio.

cum ad verum) itaq; non solum iustitiæ virtus, qua suum cuiq; ius tribuitur, sed & religio, qua Deo, rebusq; diuinis cultus, & reuerentia exhibetur, suadẽt omnibus nobis, vt si quidem summus omnium Dominus ecclesiasticos in sortem suam vocatos, à secularium Principum cura, & iurisdictione exemit, ideò illi ecclesiasticos nec diiudicent, nec molestent: cum nemo possit falcem iudicij mittere in eam rem, quæ alteri videtur esse cõmissa, vt ex B. Gregorio, diuus Thomas. 2. 2. quæstione sexagesima septima, primo articulo affirmauit. quòd ex hoc iustitiæ leges, & religionis, & virtutis limites prętergrediantur, cum ingenti violantium malo; nec volo longus in hac veritate confirmanda apparere, qui paulò inferius immunitatem, & libertatem ecclesiasticã iure diuino, & humano fulciri ostendam.

D. Thomas ex D. Gregorio.

25 Authoritas.

At certè sacris scripturis, & patrum catholicorum doctrinæ aduersari eum, qui in diiudicandis causis, personis, & rebus ecclesiasticis, se immiscuerit, nemo dubitabit, qui inspexerit: & quæ immunitatem, & libertatem confirmant documenta; & quæ nunc erga iudiciorum, de causis ecclesiasticis, prohibitionem, qua ab eis laici arcentur, ego afferam. Nam primum historijs catholicis, & ecclesiasticis legimus, catholicos Principes semper iudicia ecclesiastica effugisse, & ita ille sempiterna memoria dignus Constantinus in Niceno concilio, litium episcopalium cartas igne combussisse scimus, & se iudicem esse posse ecclesiasticorũ negauit omninò. Sicq; ecclesia, & catholici omnes hæreticũ putauerunt dogma eorũ, qui Principes etiam ecclesiæ præfectos esse affirmarunt; & sic Hẽrici illius. VIII. Anglorũ regis conatus, quibus se caput, etiã in spiritualibus, suorũ esse volebat; semper ecclesia cõpressit.

Inf propos.5. à nu. 50.

Exempla Principum.

Traditio.

Henricus Rex damnatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gallica pragm. damnatur.

Sicut & Gallica illa sanctio pragmatica, authoritati ecclesiasticæ,& libertati contraria, qua clerici secularibus subijci videbantur in omnibus, reprobauit, & destruxit ecclesia tota cum Pontifice suo, in Lateranensi concilio sub Leone decimo, vt habetur tomo postremo conciliorũ sessione vndecima schedula penultima, vbi sic scribitur: Leo episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam, sacro approbante concilio, pastor æternus gregem suum, vsque ad consumationem seculi nunquam defuturus, ita Apostolo teste, obedientiam dilexit, vt pro expiando primi parentis inobedientiæ peccato, seipsum humiliauerit, factus obediens vsque ad mortem. migraturus vero ad patrem ex hoc mundo, in soliditate Petræ Petrum, eiusque successores vicarios suos instituit: quibus, ex libri Deuteronomij testimonio, ita obedire necesse est, vt qui non obedierit morte moriatur; &, vt alibi legitur, in ecclesia esse non potest, qui Romani Pontificis obedientiam desserit: quòd Augustino, Gregorioq; authoribus, obedientia est mater, custosque omnium virtutum, sola fidei meritum possidens, sine qua quisque infidelis conuincitur, etiam si fidelis esse videatur (& postquam pragmaticæ sanctionis capitula aduersa ecclesiasticæ iurisdictioni, causas ecclesiasticas ad regale prętorium reducentia, expresit, subdit eius reprobationem, his verbis) de Apostolicæ potestatis plenitudine, eodem sacro approbante concilio, tenore præsentium, præfatam pragmaticam sanctionem, seu corruptelam; eiusq; approbationem quomodolibet emanatam, reuocamus, damnamus, & pro damnatis haberi volumus; decernimus & declaramus, &c. Hæc Pontifex. cui consonũ fuit cõcilium Cõstãtiense, q paulò ante damnauerat errorem

Leo. X. Pontifex.

Concilium Constantiense

errorem Vviclephitarum, & Husitarum, dicentium errore suo duodecimo, prælatum excõmunicantem clericum, q appellasset ad Regem, eo ipso traditorẽ esse Regis, & regni, quem errorem iurisdictionem, & appellationum ius tribuentem regi in clericos directe, reprobauit Synodus sancta sess. 8. quod etiam significans Tridentina Synodus generalis sess. 25. cap. 3. de reformatione, illam iam supra relatam sententiam apposuit, dicens: nefas sit cuilibet seculari magistratui prohibere, ecclesiastico iudici, ne quem excommunicet, aut mandare, vt latam excommunicationem reuocet: prætextu quòd contenta in præsenti decreto (quo forma moderationis excommunicandi datur) non sunt obseruata: cum non ad seculares, sed ad ecclesiasticos hæc cognitio pertineat. hæc Synodus. quibus verbis apertè significatur, nullo modo ad seculares potestates, sed ad ecclesiasticos iudices spectare cognitionem, aut emendationem, & iudicium causarum, seu personarum ecclesiasticarum quod certè multo ante fuerat definitum per sacros Pontifices, in primisque per Ioannem Papam 96. distinctione: si Imperator (inquit) catholicus est, quod salua pace ipsius, dicimus, filius est, non præsul ecclesiæ: quod ad religionem cõpetit, discere ei conuenit, non docere: hæc priuilegia suæ potestatis, quæ administrandis legibus publicis diuinitus consequutus est; & eius beneficijs non ingratus, contra dispositionem cœlestis ordinis, nil vsurpet. ad sacerdotes enim Deus voluit, quæ ecclesiæ disponenda sunt, pertinere, non ad seculi potestates; quas si fideles sunt, ecclesiæ suæ sacerdotibus voluit esse subiectas. non sibi vendicet alienum ius, & ministerium, quod alteri deputatum est. neq; contra eũ contendat abrũpere, à quo omnia constituta sunt. & contra illius

Tridentinum Concilium.

Ioannes Papa.

Universidad de Deusto
Biblioteca

beneficia pugnare videatur, à quo propriam consecutus est potestatem. non à legibus publicis, non à potestatibus seculi, sed à Pōtificibus, & sacerdotibus omnipotens Deus christianæ religionis clericos, & sacerdotes voluit ordinari, & discuti, & recipi de erro re remeantes. Imperatores Christiani subdere debēt executiones suas ecclesiasticis præsulibus, non præferre. hoc ibi Pontifex apertum testimonium de re ista, & vetita secularibus iudicij ratione in ecclesiasticos, edidit. quod licet superius attigerimus, nūc ad perfectam veritatis istius probationem, referri oportuit. Ecce ergo vetitam discussionem ecclesiasticarū causarum & personarū, Imperatoribus, & Regibus; & iudicia earum ad ecclesiasticos præsules esse referenda: quod & sub pœna notæ hæresæos decretum est. quod & egregius Nicolaus primus epistola ad omnes episcopos, septima quæst. 1. cap. nemini, ait: nemini est permissum de sedis Apostolicæ iudicio iudicare, aut illius sententiam retractare, &c. quod autem de ecclesiæ Romanæ Pontifice dixit, vniuersaliter, hoc de cæteris prælatis, specialiter in diœcesibus suis, intelligendum est: q̄ Dei locum tenentes, clericis, & ecclesiasticis causis sint præfecti: quæ omnia à seculari potestate exemit Deus optimus, vt dixi. & sic de vniuersis clericis, & prælatis idem decreuit Fœlix Papa capite certum. 10. distinct. Certū est (inquit ad seculares Principes) hoc rebus vestris esse salutare, vt cum de causis Dei agitur, iuxta ipsius constitutionem, regiam voluntatem, sacerdotibus Christi studeatis subdere, non præferre; & sacrosancta per eorum præsules, potius discere, quàm docere; ecclesiasticam formam sequi, non huic humanitus obsistendo, iura præfigere; neq; in eius sanctionibus velle dominari, cuius clementiæ Deus voluit

Nicolaus Papa.

Fœlix Papa ex Dei respon sis.

tuæ piæ deuotionis colla submittere; ne dum mensura cœlestis dispensationis exceditur, eatur in contumeliam disponentis. hæc Pontifex, qui huius rei probationem ex sacrarum scripturarum testimonijs petendam censuit, vt ex illis ecclesiastica obedientia supra nobis probata fuit, propositione præcedenti, & similiter ecclesiasticam immunitatem, & libertatem in fine huius quæstionis probaturi sumus ob eamq; causam, merito sanctus Pontifex sapienter cauit; admonuitq; Principes, non solum teneri, sed & eis, eorumq; rebus expedire ecclesiasticas res, & personas reuereri, & eis obedire; cū Deus sibi acceptum honorem eorum, ac iniuriam etiam reputet, vt ipse apud Lucam cap. 10. dicebat: Qui vos audit, me audit: qui vos spernit, me spernit. & ideò nostrarum iniuriarum dominum putent futurum certè vltorem, vt ab illis abstineant: vt iā prænonui.

Sup. nu. 8. 14. & 16. inquæst. ista. Inf. prop. 5. nu. 50. & sequent.

Dominus apud Lucam.

Sup. num. 4.

26

Principes, & magistratus seculares dubijs decernēdis & comprobandis ecclesiasticis ne se immisceant.

Quamobrem caueant vniuersi Principes, & magistratus seculares, ne in ecclesiasticarum causarum dubijs decernendis, aut comprobandis se immisceant, etiam vis tollendæ prætextu: nam certè hoc esset de ecclesiasticis directè iudicare inter causam, & causam; sanguinem, & sanguinem: quod sacerdotibus, & præfectis diuini templi antiquitus concedebatur, Deuteronomij decimo septimo (& si tunc pro legis imperfectione, iudex admiscebatur; sed nūc perfectis iam omnibus per Christum, ea licentia abrogata est, vt dicemus in fine quæstionis istius) hic ergo iudicandi modus vetatur secularibus; & ecclesiasticis solum conceditur, vt probaui. Et ideò cum vis tollendæ causa sese offerat, licebit Principi causæ processum aduocare, inspicereque in illo an apertè vis illata sit ab ecclesiastico præsule,

Deuter. Moys.

Inf. nu. 49.

Praxis licita in cau sa vis in apertis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

hocq; non iudicis modo, sed naturaliter se, suosque defendentis: at vbi constiterit euidens vis, tunc iure etiam naturalis defensionis, ad eius propulsationem procedi licite poterit per secularem manũ; ea tamen forma, quam quæstione præcedenti constituimus. Sed si dubia res fuerit, proculdubio non licebit diiudicare, neq; ad se partes, ac præsulem aduocare, vt à Principe illis ius dicatur, atq; decernatur causa: quin & in censuras bullæ cœnæ Domini incurretur tũc. de quibus in calce quæstionis præcedentis actum est, quæ sanè sic intelligẽda erit, vt diximus, procedere: cum in dubijs, & causis ecclesiasticis decernendis iudicialiter Principes, & magistratus se admisceant. & tũc iniuste contra iurisdictionem ecclesiasticam agant: & iniusta iurisdictionis ecclesiasticæ occupatio, etiam vis tollendæ prætextu, prohibetur in ipsa, et censuris etiam punitur. Similiter verò in eadem bulla, ac maiori ratione, prohibetur sub eisdẽ grauissimis censuris, aperta inuasio in ecclesiasticam iurisdictionem. quod sequenti propositione etiam adnotandum est. Itaq; dicimus tertio hoc loco. omninò iniustum esse, christianisq; Principibus, ac magistratibus indignum, si illi in ecclesiasticam iurisdictionem aperte irrumpant. quod fieret, si vel irreuerenter omninò eam apertè tollerent, vel impedirẽt, aut oppugnarent; vel etiam si fucatis coloribus niterentur, causas ecclesiasticas ad se aduocare; vel sentẽtias prælatorum, et processus ecclesiasticos falsis defectibus notare vellẽt, ob quos iudices ecclesiasticos amouere ab ecclesiasticarum causarum cognitione contendant, vel si contra ius, et contra licitas, et præscriptas cõsuetudines in iurisdictionem ecclesiasticam, vel in gubernationem ecclesiasticarum rerũ omninò se immiscerent, nisi ratione tollendæ vis: vt in

Bulla cœnæ Domini.

Sup. q. 1. nu. 51.

27

Tertia propositio. De aperta inuasione ecclesiasticæ iurisdictionis omninò indigna Christianis Principib⁹.

omnibus

omnibus licet, nõ aliter. item malè ageret Princeps, si calumnias litigantium (sine ratione volẽtium tollere, vel dilatare executionem iustam ecclesiastici iudicij) foueret. quod maxime animaduertere debent Principes: neq; enim nos excessus hoc loco defendimus. & primũ hoc patet adductis propositione. 1. & .2. & ijs quæ de immunitate dicã, & præcipuè ex reprobatione cõsuetudinũ earũ prouinciarũ, quæ cõtra ecclesiasticam immunitatẽ generaliter, & præcipuè circa beneficialia, & spiritualia, insurrexerũt. Id verò secundo per se quidem manifestum est esse iniustum, & aduersus religionem, qua Deum venerari debemus omnes, è directo pugnans: cum potestatẽ, & iurisdictionẽ à Deo optimo Ecclesię datã, & quã vult ipse constitui per Ecclesiam, ad eius bonum, & pacem, impugnent tunc, vel tollant, aut aduersus eã iniustè machinẽtur talia agentes, in suarum animarum grauissimum damnum, atq; etiam cum grauissimarum censurarum incursione. Itaq; certum est hoc quidem male agendi artificiũ, longe esse debere à christianis Principibus, longissimeq; à nostris esse, etiam certi sumus. admonemus tamen Principes, & magistratus nostros, vtpotè catholicos, vt suis limitibus se contineant; velintq, ecclesiasticã protegere iurisdictionem, potius quàm oppugnare. & satis sit ad ea, quæ apertam fortè vim præsetulerint, amouẽda intendere; eis, quæ licita esse diximus, medijs: ab illicitis vero omnino abstineant catholici.

Nu. 5. 25. & .50. in hac quæstione.

28

Excusationes aduersus ecclesiastica statuta præcauentur.

Diximus iam in speciali, qui possunt excessus cõtingere in ablatione vis ecclesiasticæ, per Principes; exponentes quæ sint, à quibus cauere Principes debeant in huiusmodi suarum rerum publicarũ defensione. nunc autem necessarium quoq; est, etiam præcauere, ne falsis excusationibus valeant aliqui ab in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tegra Ecclesiæ obedientia discedere. Ideoq; quasi debilia loca muniẽtes, curabimus catholicis fundamẽtis stabilire duo potissimúm catholica dogmata, alterum declarabit: quandiu præcepta nobis proposita consistant, & obligent nos; ne fucato colore quiuis contendat obliteratam, vel non ligantem eam legẽ esse, quàm adimplere recusẽt; licet nolit, nec valeat in ea vim aliquam, aut iniuriam adnotare. Hocautẽ ideo tractare proposui quoniam expertus sum quàm plurimos hac excusatione velle se ab ecclesiasticarũ legum obseruatione subtrahere. Alterum erit hoc loco interserendum dogma, continens verè esse obseruanda inuiolata ecclesiasticæ libertatis, & immunitatis priuilegia. eo enim constituto perfectius constabit, quàm sit dignum principes, & magistratus catholicos Ecclesiam, eiusq; prælatos, & eorum statuta venerari, & obseruare. ꝙ erat totius nostræ huius quæstionis intentum.

29
Quarta propositio de his, quæ Põtifex reuocare nõ potest, & quæ valeat reuocare.

Ad prioris ergò dogmatis tractationem, quartã hanc propositionem scribimus, vt sumam materiæ huius obliterationis legum, quàm postea distinctè exponemus. Sit ergo catholicum dogma, ab omnibus accipiendum. Pontifex summus reuocare non potest leges diuinas, nec naturales, nec diffinitiones Fidei. Potest tamen ea interpretari conformiter ad rationem. Potest etiam sua, & prædecessorum statuta reuocare omnia. Sed tollere alienum ius, ei nõ licet iniustè. Præcepta autẽ ecclesiastica aboleri possunt consuetudine, si Pontifex sciat, & dissimulet, non aliter. Omnia verò ecclesiastica statuta fideles omnes obligabunt, à tempore promulgationis iuridicæ, & si aliquando ignorantia excuset, aut dissimulatio legislatoris. Hæc suma est eorũ omniũ quæ nũc distinctè explicabimus, quæ & hac suma complexi sumus,

Probatio, & explicatio.

sumus, ne propositionum numerum multiplicaremus, probabimus tamen ea omnia sequentibus sigillatim. Pontifex ergo non potest reuocare leges naturales, nec diuinas. quod quidem omnium catholicorum cõmuni sententia receptum est, tum iuristarum, tum theologorũ. Sed præcipuè id docent D. Thomas quodlib. 4. art. 13. D. Antoninus. 3. par. tit. 22. cap. 6. &. 7. maximè. §. 22. &. 23. M. Canus. 2. lib. de locis theologicis cap. 17. ad. 4. argumentũ. & M. Victoria relect. 4. Episc. Couar. lib. 2. decretaliũ cap. 6. §. 9. Doctores etiam theologi in quartũ sententiarum, distinct. 17. 18. 19. Card Turrecremata lib. 3. summæ Ecclesiæ cap. 53. ad. 57. Almainus lib. de potestate Ecclesiæ cap. 14. Deinde hoc ipsum decreuerũt sacri Pontifices, vt cõstabit lectione Gratiani distinctione. 8. &. 9. &. 25. quæst. 1. & . 2. quorum pauca referã. in primisq; expendamus verba sancti Pontificis Vrbani. 25. quæst. 1. cap. sunt quidam. sunt (inquit) quidam dicentes Romano Pontifici semper licuisse, nouas leges condere. quod & nos, nonsolum non negamus, sed etiã valdè affirmamus. sciendũ ergò summopere est: quia inde nouas leges cõdere potest, vnde Euangelistæ aliquid, & Prophetæ nequaquam dixerunt. vbi verò apertè dominus, vel eius Apostoli, & eos sequentes sancti patres sententialiter aliquid diffinierunt, ibi non nouam legem Romanus Pontifex dare, sed potius quod prædicatum est, vsq; ad animam, & sanguinem cõfirmare debet. Si enim, quod docuerunt Apostoli, & Prophetæ destruere, quod absit, niteretur; non sententiam dare, sed magis errare cõuinceretur. sed hoc procul sit ab eis, qui semper domini Ecclesiam contra luporum insidias custodierũt. hæc Vrbanus. deinde Marcellus martyr similiter, & Pontifex eodem loco sequenti capite

30
Quæ iuris diuini, & naturalis sunt, reuocare nequit Pontifex.

D. Thomas.
D. Antoninus.
M. Canus.
M. Victoria.
Episc. Couar.
Doctores Theologi.
C. Turrecre.
Almainus.
Pontifices.
Vrbanꝰ Papa.
Marcel. Papa.

Universidad de Deusto
Biblioteca

capite ait: omne quod irreprehensibile est, catholica defendit Ecclesia. Iniustum iudicium, & diffinitio iniusta, proprio motu, vel iussu à iudicibus ordinata, non valeat. nequaquam quod contra euangelicam, vel Propheticam, vel apostolicam doctrinam, constitutionemue eorum, siue sanctorum patrum actũ fuerit, stabit, &c.

31 Ratio.

Quibus constat nec ea, quæ iuris diuini sunt; diuinis legibus constituta in sacra scriptura, vel traditione expressa; vel quæ naturali lege iustitiæ, & aliarum virtutum continentur, mutari posse, nec tolli ab Ecclesia: vt patres præcitati censuerunt. cuius rationem paucis comprehendit B. Thomas in corpore dicti artic. 13. quodlibeto. 4. dicens: circa ea, quæ sunt iuris diuini, vel iuris naturalis, dispensare non potest Ecclesia, quia ista habent efficaciam ex diuina institutione. hæc ille. quibus colliges ideo Ecclesiæ prælatos, & Principes non posse auferre, vel mutare ea, quæ Deus constituit: quia homo omnis Deo inferior, vt creatura, creatore est. deinde neq; ea, quę naturali dictamine rationis iusta esse constat, atq; omnia, quæ, per se, ad virtutes spectãt: quia hæc omnia etiam habẽt efficaciam ex diuina institutione, & lege: nã Deus ea omnia à nobis inuiolabiliter obseruari vult, teste Dauid psalm. 10. Iustus dominus, & iustitiam dilexit, æquitatem vidit vultus eius. non igitur potest homo irritare ea, quæ omnipotens vult: quæ iuris naturalis, & diuini sunt: quoniam potestas inferior aduersus superiorem non valet. His adde neq; Deum potestatem vllam concessisse alicui potestati humanæ, neq; Vicario suo, aduersus se ipsum, ac placita, ac decreta sua: cum ipse, ore Prophetæ, dicat: gloriam meam alteri non dabo. rursus potestatem omnem datam hominibus, Paulus. 2. Corinth. decimo,

D. Thomas.

Psalmista.

D. Paulus.

decimo, in ædificationẽ, non in destructionẽ, intelligendã esse dicit: id est, ita vt humani præpositi nihil imperent, quod destruat progressum rectũ in æternam salutem; qualia essent, quæ diuinis, & naturalibus legibus aduersarẽtur. sunt. n. Põtifices ministri, non domini. Ex his etiam colligitur, non posse Ecclesiæ Pontifices immutare, aut tollere ea, quæ ab Ecclesia diffinita sunt assertiuè, vt Fidei dogmata. ꝙ tum doctores omnes, ad probationem præcedentis asserti, allegati, docuerunt; tum præcipuè B. Thom. opusculo. 19. cap. 4. vbi paulò ante finẽ, sic ait: quod ergo primo obijcitur, quod Romanæ sedis authoritas non potest aliquid cõdere, vel mutare contra statuta sanctorum patrum: dicendum, quod verum est in illis, quæ statuta sanctorum determinauerunt esse de iure diuino, sicut articuli Fidei, qui determinati sunt per cõcilia. de hisq; lege eundem D. Thomam, & doctores præcitatis locis. & ex illorum doctrina, sic intellige sequentia patrum testimonia: vt hãc nostram collectionem confirment, non destruant sequentem: videlicet B. Zozimi Papæ decretum, de quo supra citato loco, meminerat D. Thomas, dicta .25. distinct. cap. contra, vbi ait: contra statuta patrũ condere aliquid, vel mutare, nec huius quidem sedis potest authoritas. apud nos enim in conuulsis radicibus viuat antiquitas, cui decreta patrũ sanxere reuerentiã. hæc ille. cui similis Gregorius Papa distinctione. 17. cap. 8. in ordine, sic ait: ex Pontificis Romani professione docemur, diffinitiones Ecclesiæ, & sacras scripturas pari veneratione amplecti. idẽq; significatum est per Innocentium. III. cap. à nobis de bigamis. & per Lucium. III. cap. super his eodẽ titulo. & per Bonifacium. VIII. cap. 1. & 2. de cõstitutionibus in. 6. & præcipuè in hãc rẽ expẽdenda sunt

32 Diffinitiones Ecclesiæ immutari non possunt.

Doctores.
D. Thomas.

B. Zozimus Papa.
D. Thomas.

Gregor. Papa.

Innocent. III.
Lucius. III.
Bonifa. VIII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt verba, paulò ante citata, ex Vrbano Papa cap. sunt quidam. 25. quæst. 1. & ibi cap. omne ex Marcello Papa. vbi sacri illi Pontifices apertè docuerunt statuta diffinita ab Ecclesia, reuocari non posse, aut mutari. his verbis: vbi vero apertè dominus, vel eius Apostoli, & eos sequentes sancti patres sententialiter aliquid diffinierunt, ibi non nouam legem Romanus Pontifex dare, sed potius quod prædicatum est, vsq; ad animã, & sanguinem confirmare debet. hæc Pontifex, qui ad illam B. Pauli sententiam epistola ad Galatas in cap. 1. tacitè alludit, qua dicebat Apostolus: Miror quod sic tam cito transferimini, ab eo, qui vos vocauit in gratiam Christi, in aliud Euangeliũ, quod non est aliud, nisi sunt aliqui qui vos conturbant, & volunt conuertere Euangelium Christi. sed licet nos, aut Angelus de cœlo euãgelizet vobis, præterquã quod euangelizauimus vobis, anathema sit. Hoc ergo est quod in præsenti dicimus, quod Paulus eo loco scripsit, non posse immutari id, quod semel per Spiritum sanctum, Ecclesiæ traditũ est. cuius ratio manifesta est, eo quòd, quod semel est verum, semper verum erit, in eo sensu, quo dictum est prius; quia veritas in indiuisibili, & permanenti statu constat. & ideo cũ diffinitio Ecclesiæ vera esse supponatur ex fide, tum quæ prius facta est, tum etiã ea, quæ de nouo fieret ab Ecclesia, ideo neutra poterit esse alteri contraria, quia & constans debet esse, vt dixi. & quia verum, vero nequit esse contrarium. rursus secunda est ratio, quia potestas Ecclesiæ nec est data ad destructionem veritatis, vt ex Paulo secũdæ Corinth. 10. sæpe dixi; nec etiam rectè quis colliget, ex eo, quod imperare posit Pontifex, valere etiam veritates anullare, sunt enim ea valdè diuersa. potest enim leges Ecclesiæ prębere. quæ ad gubernationem

Vrbanꝰ Papa.
Marcel. Papa.
D. Paulus.
D. Paulus.

33 Ratio.

tionẽ ipsius erunt necessariæ, attamẽ ad hoc necessaria nõ est veritatis destructio, sed potius nociua, neq; sub potestate gubernatiua continetur. Prædictis tamen hanc moderationem adhibeto: valere Pontificẽ diuina quidem authoritate, explicare, declarare, & interpretari leges diuinas, & naturales; ita vt iure possit declarationes, & extensiones illis adiungere quasdam, quæ veritati quidem consonent verè, licet in cortice legis non sint. Hoc autem dogma cõmuni catholicorum doctorum consensione probatur, vt locis à nobis proxime citatis constat, & præcipuè per Card. Turrecrematam lib. 3. de Ecclesia, à cap. 53. & Victoriã relect. 4. quod etiam communi vsu Pontificum, & conciliorum satis probatur: semper enim consuetum fuit ea, quæ implicita in sacris responsis habentur, explicare, & perspicuè Ecclesiæ tradere credenda, agendaq;. Neq; aliter Ecclesiæ suę rectè Deus prouidisset, nisi eius prælatis talem concessisset potestatem, interpretandi eius abdita consilia: ea enim potestas omnino necessaria est, quia cũ Deus lucem habitet inaccesibilem, interrogare illũ nihil possumus, qui etiam obscura, & abdita multa in suis responsis reliquit; & in naturæ lege obscurissima multa continentur; quæ quidem omnia laterẽt cum ingenti nostro nocumento, nisi omnipotens in terris nobis reliquisset sui vicarios, qui abdita mysteria nobis exponant. quod certè fecit, promissionem Apostolis, & Ecclesiæ, à Christo domino, datam apud Ioannẽ cap. 16. implens, qua dixit: Adhuc habeo multa vobis dicere, sed non potestis portare modo, cum autem venerit Spiritus ille veritatis, docebit vos omnem veritatẽ. obeamq; causam Paulus .2. ad Corinth. 5. inquit, prælatorum Ecclesiæ nomine: pro Christo legatione fungimur. & primæ

34

Ecclesia interpretari potest diuinas & naturales leges.

DD. Theolog.
C. Turrecrem.
M. Victoria.

Ratio.

Dominus apud Ioannem.
D. Paulus.

ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad Corinthios.4. Sic nos existimet homo, vt ministros Christi,& dispensatores mysteriorũ Dei.Ecce quo pacto Deus,cuius opera perfecta sunt, vt cantabat Moyses cap.32.Deut.prouidit Ecclesiæ suæ, hac diuinorum secretorum expositione; vt impleatur Samsonis vaticinium iudicũ cap. 14. Si non arasfetis in vitula mea, non inueniſſetis propositionẽ meam. sic nos per sanctæ Ecclesiæ,Christi sponsæ, oracula,abdita diuinæ,acnaturalis legis agnoscimus, & nobis diuinorum præceptorum via apperitur per diuinam Pontificum authoritatem. *Lib. Iudicum.*

35 Pontifices positiua præcepta Ecclesiæ tollere possunt.

Qua etiam, & alia vlterior facultas Ecclesiæ data est. possunt itaq; Pontifices, diuina authoritate,irritare, & reuocare generaliter, seu etiam relaxare, & dispensare pro aliquibus, omnia positiua Ecclesiæ præcepta,tum sua,tum prædecessorum omniũ;ita vt eo decreto durante, id solum obliget, reuocata verò non ligent. Hoc autem dogma in primis catholicorum omnium probatione fulcitur,de quo,quoniã diffusius tractaturi non sumus, remittimus lectorẽ ad eos doctores, qui de huiusmodi Ecclesiæ potestate scripserunt, quorum præcipui fuere D. Thomas quodlib.4. art. 13. vbi ait: Papa habet plenitudinem potestatis in Ecclesia. ita scilicet ꝙ quæcunq; sunt instituta per Ecclesiam, vel Ecclesiæ prælatos, sunt dispensabilia à Papa, hæc enim sunt, quæ dicuntur esse iuris humani,vel iuris positiui, &c. cuius sentẽtiam sequuti sunt, & sanctorum patrum,atq; Ecclesiæ, & sacræ scripturæ testimonijs confirmarunt multi, præcipuiq; fuerunt, vt dixi D. Antoninus. 3. par. tit.22. cap.6.&.7.Card.Turrecremata lib. 3. de Ecclesia, à cap.52.ad.57.Almainus de potestate Ecclesiæ cap.14. Ioannes Driedo lib. 1. de libertate christiana cap. 15. &. 16.M. Canus lib.2. de locis theologicis

Authoritas.

D. Thomas.

D. Antoninus. *C. Turrecrem.* *Almainus.* *Ioan. Driedo.* *M. Canus.*

theologicis cap. 17.ad quartũ argumentũ.Episcopus Couarrub lib.2.decretalium,cap.6.§.9. quod & sem per Pontifices docuerũt & in praxi obseruarũt, quorum decreta plura refert Gratianus septima quęst. 1. &.25.quæst.1.&.2.&.35. quæst. 9. vbi Nicolaus. I. capite sententiam, desumpto ex epistola ad Michaelem Imperatorẽ:sic ait: sententiam Romanæ sedis, non negamus posse in melius cõmutari,cum sic aut subreptum aliquid fuerit: aut ipsa pro cõsideratione ætatum,vel temporum, seu grauium necessitatũ dispensatione quadam ordinare decreuerit,&c. et Gelasius Papa capite necessaria prima quęst.7.sic aiebat: Necessaria rerum dispensatione constringimur, et Apostolicæ sedis moderamine conuenimur, sic canonum paternorũ decreta librare,vt ea,quæ præsentium necessitas tẽporum in restaurandis ecclesijs relaxanda deposcit, diligenti consideratione, quãtum potest fieri,temperemus. Hæc illi, quibus cõstat epiRatio ex sacris scripturis. scopalia,et põtificalia statuta posse à Põtifice summo reuocari,et immutari.cuius ratio ea est,quoniam, vt dixi,in probatione prioris propositionis, quęstionis præsentis,Pontificalis potestas ad ecclesiæ gubernationẽ,catholicæ ecclesiæ ipsius capiti,à Christo dño data est;eaq; non solum Apostolis, et Petro, sed successoribus in pontificatu datã esse probaui ex sacris testimonijs,et traditionibus. Ideoq; cum par sit potestas in singulis Pontificibus summis,et Apostolis, colligitur posse quemlibet Pontificem relaxare decreta sua,et prædecessorum: quoniam hæc non sunt iuris diuini,et naturalis,quæ solũ iura non subdũtur Pontifici;cætera vero nõ legũtur excepta à generali eius potestate prædicta.Insuper quia par,in parẽ non habet imperium,sed in inferiorem.Item temporum varietas varias secũ affert mutãdi leges iustas causas.

Episcopus Couarrubias. *Pontifices.* *Nicolaus primus Papa.* *Gelasius Papa* *Sup.quæst.ista à nu.8.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

36 Pontifices possunt mutare decreta Apostolorum.

Authoritas.

Ex quibus etiam infertur Pontificem summum etiam posse abrogare,& mutare ea, quę decreuerunt Apostoli per ordinariam potestatem Pontificalem ipsorum Apostolorum. Vt decretum ecclesiæ deneganda communione sub vtraq; specie,exemplum hu ius erit. de quo sess. 21. Tridentini concilij sermo est.etsi constet, iustis de causis, sanctioribus temporibus ab Apostolis vsum illum esse concessum apud Paulum primæ Corinthiorū decimo, & vndecimo capite.quem etiam æquissimè abstulit ecclesia,tepescente charitate,nostris temporibus,in quibus multa incommoda ex ea consuetudine prouenirēt, item etiam Actorū decimo quinto prohibebatur ab Apostolis esus suffocati,& sanguinis. & primæ Corinthiorum octauo Paulus scrupulum ingerebat in esu oblatorum idolis; idq; merito ob scandali rationem, prouenientis facilè ex esu illo, illis temporibus,quibus recenter ecclesia à synagoga,& gentilitate oriebatur. Nunc autem omnia munda sunt mundis,& scandalum vitātibus. item multa in canonibus Apostolorum, quæ habentur in principio conciliorum, inueniuntur ab Apostolis statuta, quæ nunc in vsu non sunt;ecclesia,& Pontificibus videntibus,& consentientibus; sicq; id à scrupulo liberum esse docet B.Thomas opusculo. 19.cap.4.vbi circa finem scribit: nec tamen hoc verum est, quod Papa non possit aliquid facere contra Apostolum; dispensat enim cū bigamo,& in pœna,quam canones Apostolorum statuerunt presbytero fornicanti. ex decreto autem inducto (loquebatur autem de his, quæ paulò ante nos retulimus) non potest amplius haberi,nisi quod Papa non potest destruere canonicam scripturam Apostolorum,& prophetarū, quæ est ecclesiasticæ fidei fundamentū.hoc ait D.Thomas.cuius ratio est,quia vt nunc

Tridentinum concilium.

D. Paulus.

Acta Apostolorum.

D. Paulus.

Canones Apostolorum.

B. Thomas.

Sup. nu.31. & 32.

Ratio.

vt nunc dicebam,potestas Pontificalis par est in Pōtifice summo,& in Petro, vel Apostolis in his, quæ illis obtigerunt prouincijs: quia potestas plena illis, & successoribus legitimis data est, à domino Matth. 16.&.18.& Ioannis.21.& ideò decreta illorū non possunt obstare authoritati Pontificis, quia non est maior vis, aut ratio in illis, quam in isto, in his quidem quæ Pōtificalia sunt;nā alia est vlterior prærogatiua in Apostolis,& Prophetis:dignitas scilicet sacri scriptoris,& ideò non potest Pontifex sacras scripturas annullare,aut alterare,neq; ea, quæ in illis cōtinentur: quia immediate à summa Dei veritate,& authoritate procedunt. in quo illud quoq; aduertendum est,veritatem sacræ scripturæ non posse Pontificem alterare,neq; falsitatis arguere, quoniam impossibile est mentiri Deum, vt verbis vtar Pauli ad Hebræos cap.6.item etiam quædā sunt ab Apostolis in sacris scripturis præcepta, ex diuina authoritate immediatè Deo loquente per illos, tanquā per eos, qui à secretis ipsius erant,& in his nō potest Pōtifex se intromittere. at vero sunt alia Apostolorum præcepta, etiā in sacris scripturis cōtenta, quæ mediatè à Deo præcipiuntur per Apostolos,tanquā per ecclesiæ prælatos; & hæc, quoniam iuris humani sunt, tolli possunt à Pontifice summo.quę duo præceptorum genera expresit Apostol. 1.ad Corint.7.dicēs: ijs autem,qui matrimonio iuncti sunt, præcipio nō ego, sed dominus: vxorem à viro non discedere, quod si discesserit,manere innuptam,aut viro suo reconciliari,& vir vxorem nō dimittat.Nam cæteris, ego dico,non dominus; si quis frater vxorem habet infidelem,& hæc consentit habitare cum illo, non dimittat illam, &c. & hæc quidem sint satis de hac ratione potestatis, circa reuocationem statutorum

Sup. nu.35.

Dominus apud Matthæum,& Ioannem.

D. Paulus.

D. Paulus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ecclesiæ, quæ iuris humani, & positiui sunt.

37 Colligitur quantũ decedat statutis nõ reuocatis, seu reuocatum per Pontifices, & concilia fact's state reuerenter.

Quæ tamen ideò scripserim, vt sciant omnes catholici quam sit æquum, & salutare: nec moliri insidias, nec excusationes prætendere aduersus ecclesiastica statuta, quoniã Dei ordinationi eo resisteretur, siue manifestè, siue abditè: quod Deo quidem patens esset. sicq; agnoscant omnes esse à domino datam potestatem Pontificibus ecclesiæ, condẽdi salutares leges, easq; dissoluendi, vt cum voluntate Pontificis steterint, obseruentur; cum vero dissoluuntur, dissoluenti etiam legi obediatur, ne in graue animarum periculum erretur. & ita nemo poterit excusationes falsas prætendere aduersus ecclesiasticas leges, si cõsiderauerit istã iam dictam plenam potestatem Pontificum, ad reuocationem legum ecclesiasticarum; de qua nec dubitandum est, etiam si sciamus Zosinum Papam vigesima quinta quæstione prima, dixisse: contra statuta sanctorum Patrum condere aliquid, vel mutare, nec huius quidem sedis potest authoritas, &c hæc enim verba, vt placet D. Thomæ opusculo decimo nono, capite quarto, intelligenda sunt secundum doctrinam catholicam, quam nos supra tradidimus, vt contra decreta assertiua, quibus aliquid ecclesia definiuit, non possit Pontifex decernere aliquid, neque contra veritatem sacrarum scripturarum. Alias vero etiam veras cautiones, & limitationes huic potestati addemus postea, si prius dixero qua ratione decreta Pontificalia, & ecclesiastica intelligenda sint constare, & reuocata, abolita ve non esse; & quando incipiant obligare, quibusue modis aboleri possint, vt sic constet omnibus quando liceat, vel illicitũ sit ab eorũ obseruatione discedere. hoc enim in præsentia contendimus præcipuè.

Obiectio dissoluitur.

Zosinus Papa.

D. Thomas.

Aduertamus etiam oportet, quod dicimus de potestate

testate Pontificali, & reuerentia decretis eius exhibenda, hoc etiam de decretis generalium conciliorũ esse intelligendum, quoniam totius ecclesiæ authoritate, & ipsius summi Pontificis confirmatione pollent.

38 Statuta ecclesiastica obligant, à tempore promulgationis in curia, & metropoli.

Ad institutũ ergo redeuntes dicimus Pontificalia decreta vniuersos fideles obligare, à tẽpore promulgationis in curia. Sicut & episcopales leges in Metropoli, & diœcesis capite publicatæ, subditos obligant. & principales leges in curia publicatæ, ab eo tempore ligant. & si ignorantes bona fide, sed non negligentes, à peccato, donec sciant, excusentur.

Hoc autem dogma communi doctorum Theologorum, & iuristarum consensione firmatur, præcipuè D. Thomæ prima secundæ quæst. 90. artic. 4. et quæst. 95. D. Antonini prima parte, titulo vigesimo primo, & magistri Soti libro primo de iustitia & iure. quod etiam Pontificalibus constitutionibus cõstitutum est, vt constat distinct. 4. decreti Gratiani, et per Innocentium. III. capite Ad hæc, de postulatione prælatorum. Idq; manifestum quidem est, eo quod potestas hæc plena, ac vera præfectorum nostrorũ debet quidem efficaci, suaui tamẽ, et humano modo exerceri; et ideò promulgari quidẽ lex debet, vt ad omnium notitiam suauiter perueniat, sed non debet ad angulos vniuersos necessario pertrahi, quoniam id intolerabile esset dominãti, et malorũ, atq; falsarũ excusationũ seminarium. cæterum ignorãtes bona fide, vt ij, qui nec aures ab auditione legis auertunt, neq; omittunt consortia eorũ, qui à capite ad totum reipublicę corpus decreta pertrahãt, et notificẽt, curãtq; dominãtiũ, et prælatorũ leges cognoscere; ij ergo, licet aliquo tẽpore legẽ ignorẽt, nec obseruent, peccati rei non censebuntur; quoniam nihil ex

D. Thomas. *D. Antoninus Mag. Sotus.* *Gratianus.* *Innocentius tertius.*

Ratio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

malitia, nec culpabili negligentia omittunt. his ergo modis procedere debet legis promulgatio, & obseruatio, vt neq; potestati resistatur, neq; in suaui modo procedatur: hæc enim duo in bona gubernatione obseruanda esse, sapientia diuina demonstrat, quæ in orbis gubernatione, attingit à fine, vsque ad finẽ forriter, & disponit omnia suauiter, vt Sapientiæ. 8. scriptũ est. sed de hoc alibi latius circa leges dicemus. *Sapiens.*

39 Cautio necessaria circa acceptionem legum Põtificaliũ: quæ quidem non indigent acceptatione.

Admonere tamen velim catholicos vniuersos, ne fallaci quadam, & falsa quidem opinione ducantur (qua video non paucos fere decipi) existimantes eodem modo procedendum esse in Pontificalibus statutis, atq; in temporalium dominorum legibus, quod ad promulgationem, & acceptationem earum pertinet; hoc enim veritati omninò aduersum, & catholicæ doctrinæ dissonum censeo. in quo articulo non parum grauiter errare possent fideles, circa obseruationem debitam legum ecclesiasticarum: quod & benigno, ac Christiano animo, vt à nobis sincere dicitur, vtinam acciperetur ab omnibus, dicam enim vera, & catholica; nec omittam modos etiam, quibus suauiter procedere nostri possint, & à nimia grauatione legum liberari.

Sit ergo catholicum assertum: Pontificalis lex, vt obliget non eget approbatione communitatis, seu eius acceptione, sed eo ipso quod canonicè sit promulgata obligat vniuersos.

Probatio. Hoc autem dogma constat primum his omnibus catholicæ doctrinæ documentis, quæ attulimus supra pro nostra prima propositione probãda, his enim manifestum est, Põtificis summi potestatem à Deo, ac diuino iure immediate procedere. ipse enim dominus, qui Petro, & Apostolis dicebat: Pasce oues meas, Ioãnis. 22. &: quæcũq; ligaueritis super terrã, & sol- *Sup. nu. 8.*

& solueritis, erunt ligata, & soluta & in cœlis, Matthæi. 16. &. 18. ipse idem ipsum dicebat successoribus Pontificibus erga totam ecclesiam, & episcopis in sua diœcesi, vt dixi iam; atq; ideò consequens est, vt potestas hæc ecclesiastica, non pendeat ab humana, sed à diuina potestate, & sic iure diuino nititur immediatè. ex quo verissimo principio infero probationem nostri asserti, videlicet non esse necessariam acceptionem ecclesiæ (per se loquendo, & nisi Pontifex sciat, & dissimulet) vt Pontificalis lex promulgata obliget omnes, quia cum à iure diuino procedat, & non ab humano, non expectat vim & efficaciam legis à republica, sed à Deo, qui ipsam dedit potestatem independentem ab hominibus, vt dixi. Nec enim inuenies, etiam si totam sacram scripturam euolueris, verbum in ea vllum, quo dicatur Põtificem eius ab ecclesiæ potestate dependere, sed potius vt illam pascat, regat, liget, & soluat, vt sacris iam testimonijs comprobaui, & sanctorum patrum authoritate fulciui superius. Insuper nec rectè colliget quis ecclesiasticas leges à republica dependere, eo quod seculares dependeant ab ipsius acceptione: nam potestas secularis, & si veram habeat efficaciam, & à diuina prouidentia ortum traxerit generaliter humana dominatio; cæterum quod in speciali hoc, vel illo modo respublica gubernetur, hoc vel altero genere dominationis, & quod hic Princeps sit, hoc procedit iure humano à reipublicæ liberæ acceptione; sed non à Deo immediatè, sicut Pontificalis potestas, quã Deus ipse dare decreuit immediatè illi homini, qui nominetur etiam ab ecclesia, quæ non dat potestatem, sed nominat subiectum potestatis ad Põtificatus curam suscipiendã. Et ideò leges Pontificis non pendent à republica, sicut

expectat

Sacra testimonia.

Obiectionis solutio.

Differentia legum secularis, & ecclesiasticæ reipubl.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sicut nec potestas dependet, etiam si potestas, & lex Principis fortè pendeat ab acceptione reipublicæ, quæ cum libera sit, non censetur abdicare facultatem accipiendi, & repudiandi leges grauissimas vel iniustas, etiam si Principatum sui alicui dederit, cuius leges post promulgationem, & acceptionem necessario seruandæ sunt, imo rationabiles ante acceptionem legis per rempublicam. His tandem adde, illud quod Gratianus addidit in distinctione quarta ad caput In istis temporalibus legibus, quod desumitur ex diuino Augustino libro de vera religione, quod inquam Gratianus addidit ibi in §. leges: quod non Augustini, sed Gratiani est, aitq; leges instituuntur, cum promulgantur, firmantur cum moribus vtentium approbantur, sicut enim moribus vtentium in contrarium nonnullæ leges hodie abrogatæ sunt, ita moribus vtentium ipsæ leges confirmantur. ita Gratianus; cui consentire videtur Driedo primo libro de libertate Christiana capite nono paulò ante medium: quod quidem nec placet glossatori in distinctione, nec de ecclesiasticis legibus intelligendũ est, sed de secularibus ratione iam dicta. quoniam & si valeat consuetudo, ei tamen ex dissimulatione Põtificis dimanat vis. nec mirum videri debet idipsum legenti, eo quod diuinam deceat maiestatem, vicarij sui leges nullã habere dependentiam ab hominibus, qui creatori omninò inferiores sunt.

Gratianus.

Driedo.

40 Nulla consuetudo legẽ annullat Pontificis, nisi adesset eiusdem dissimulatio.

Hinc est etiam verum esse, quod nunc subijciam: consuetudine, aut præscriptione nulla (per se loquẽdo, & secluso Pontificis assensu) abrogari legem Pontificalem. Itaq; si Pontifex non dissimularet, põtificalia decreta valerent semper, & obligarent vniuersos fideles, etiam si consuetudo, vel præscriptio reipublicæ in contrarium esset, ac vrgere videretur.

Hoc

Probatio. Hoc verò sacris sanctorũ Pontificum decretis apertè diffinitum est, vt primum constat per Nicolaum Papam epistola ad Michaelem Imperatorem, quæ habetur. 11. distinct. cap. 3. his verbis: consequens est, vt quod ab huius sedis rectoribus plena authoritate sancitur, nullius consuetudinis præpediẽte occasione, proprias tantũmodo sequendo volũtates, remoueatur, sed firmius, atq; inconcusè teneatur. hæc ille. & Ioannes. VIII. Papa epistola ad Ludouicum Regem cap. vlt. 16. quæst. 3. scripsit: nemo armorũ numero resultandi sumat fomentum, quia sanctæ Romanæ, cui Deo authore seruimus, Ecclesiæ priuilegia, quæ in firma Petri stabilitatis petra suscepit, nullis temporibus angustiantur; nullis regnorum petitionibus præiudicantur, &c. Deinde hoc certum est tum quoniam Ecclesiæ, & Pontificis summi priuilegia, & potestas iure diuino, à Deo immediatè, nõ ab hominibus procedit, vt dixi. Sicq; B. Anacletus Papa epistola. 3. cap. 3. Apostolorum traditionẽ referens, ait: sacrosancta Romana, & Apostolica Ecclesia non ab Apostolis, sed ab ipso domino saluatore nostro primatum obtinuit, &c. Similiaq; Iulius primus. & Nicolaus primus, & alij multi Pontifices suis decretalibus epistolis, quæ habentur. 1. & 2. tomo conciliorum, &. 19. &. 20 distinct. dixerunt. & ideo sicut potestas pontificalis, & leges eius à repub. non dependẽt, sic etiam nec consuetudine, nec præscriptione sola vincuntur, quia inferiores sunt, tum etiam quia consuetudo, & præscriptio aduersus ecclesiasticam obedientiam; & pontificales leges certè esset contra bonos mores, & contra diuinum ius, à quo efficaciam, & valorem habet ecclesiastica potestas, vt dixi; talis autem consuetudo contra bonos mores, & diuinã legem, nullius est momenti, nec ob

Nicol. Papa.

Ioannes Papa.

B. Anacletus Papa.

Iulius. I. Papa.
Nicol. I. Papa.

Universidad de Deusto
Biblioteca

seruãda,vt manifestum est multis decretis, quæ colligit Gratianus in distinct.4.&.8.idq; decernit Gregorius. IX. cap. vlti. de consuetudine, vbi sic ait. Cum tanto sint grauiora peccata, quanto diutius infœlicem animam detinẽt alligatam,nemo sanæ mẽtis intelligit naturali iuri, cuius trãsgressio periculũ salutis inducit, quacunq; consuetudine,quæ dicenda est verius in hac parte corruptela, posse aliquatenus derogari, licet etiã longæ consuetudinis non sit vilis authoritas, nõ tamen est vsq, adeò valitura, vt vel iuri positiuo debeat præiudicium generare, nisi fuerit rationabilis, & legitimè sit præscripta. hæc Gregorius. & Isidorus lib.2. etymologiarũ. 11. distinct. sic ait: vsus authoritati cedat,prauum vsum,& lex,& ratio vincat. de quo diffusius scripsere Episc. Couar. in pract. quæst.c.3.num.5.& Ioannes Driedo lib. 1. de libertate christiana, cap. 16. In speciali verò,circa immunitatem non valere consuetudinem generaliter loquendo,infra explicabo.

Decreta. Gregoriꝰ IX.

D.Isidorus.

Episc. Couar. Ioãnes Driedo.

Hac quæstione.num.62.

41 Consuetudo, & quęuis præscriptio aduersus episcopalia decreta per se vim non habent.

Quod adeò verum est vt aduersus episcopalia decreta nulla consuetudo, aut præscriptio valere possit per se loquendo, nisi ob ipsius Episcopi dissimulationem, vel Ecclesiæ. probaturq; eisdem fundamentis ferè, quibus idem de Pontifice nunc dicebam. nam (vt supra dixi) etiam Episcopi à iure diuino habent potestatem,licet eorum nominatio ab Ecclesia sit,& ideo si illi non consentirent, certè subditi non possent aduersus eorum legem præscribere; & ita in simili casu hoc ipsum decreuit Innocentius III. cap. cum non liceat de præscriptionibus, vbi sic ait: cum non liceat à cap. membra discedere, non sufficimus admirari quod,sicut referente Bracharensi Archiepiscopo, nobis est intimatum, quod licet Ecclesia vestra in ipsius sit diœcesi constituta; vos tamẽ obedire

Probatio.

Sup.num.16.

Innocentius.3.

dire sibi tanquam Episcopo vestro, contumaciter recusatis, &c. ideoq; mãdamus quatenus præfato Archiepiscopo, & ecclesiæ Bracharensi obedientiam, & reuerentiã debitam, sicut alij clerici suæ diœcesis faciunt,impendatis, præscriptione temporis nõ obstante. hæc Pontifex. sed & Pontificis,prælatiq; lex, etiam mortui ligat secundùm mentem legislatoris, propter semper viuentis Dei potestatem: non obstãte præscriptione,aut consuetudine: in his quæ ad diuina, & spiritualia, & ijs annexa spectant, in quibus iure diuino nititur ecclesiastica potestas, & immunitas etiã,vt infra dicã. nisi cõsensu Põtificũ, & iuris constitutione aliud sit:vt in dissimulatis,vel ex consuetudine Ecclesiæ in rebus gratiæ, & delegationis, & in rebus iustitiæ nondum executa cõmissione, facultas expirat mortuo delegante: non in ordinarijs & indulgẽtijs.sed cũ ecclesiastici iudices rectè ordinãt,& decernunt, agere debent in spiritualibus, & annexis, circa quæ à Deo iure diuino obtinuerũt potestatem in oues Christi:vt probatum est.

Mortui pręlati cõstitutio.

Hac quæst. à num.50.

42 Consuetudo, & præscriptio legitima valet plurimũ ex dissimulatione pręlatorũ,& iuris.

Nec tamen volumus asserere iustè, & legitimè præscriptam consuetudinem, aç communem præscriptionem non valere plurimum.ita vt nisi obstet Pontifex, vel Episcopus in spiritualibus, aut Princeps in temporalibus, pro lege habenda sit. Quod ex ipsamet authoritate, & dissimulatione gubernantis etiam est deducẽdum.de quo multa in vtriusq; iuris, canonici, & ciuilis voluminibus, titulis de consuetudine, & præscriptionibus decreta leguntur. &.4. &.8.distinct.decreti. Sed nec omittendum est etiam aliud hac in re dogma verissimum: posse quidẽ per nouam legem superioris abrogari,& tolli consuetudinem,& præscriptionem aduersus legem prius inualescentem. quod manifestum erit consideranti,

Per legem superioris potest abrogari consuetudo, & præscriptio.

tum

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum potestatem veram ecclesiasticorum, quam testatur Paulus. 2. Corinth. 10. & ad Hebræos cap. 13. *D. Paulus.* item etiam & veram potestatem Principum, & iudicum, de qua Paulus ad Romanos. 13. scripsit. his enim constat quamcunq; legem reipub. necessariã, eius præpositos condere posse, in his rebus, quæ suæ dictioni subsunt. Et illos reipub. leges ferre. non rẽpublicam illos moderari debere. Omitto etiã ea, quæ dixi de differentia secularis potestatis, quæ iure humano à repub. procedit; & ecclesiasticæ, quæ á Deo immediatè concessa est, atq; ideo maiorẽ habet vim secularium consuetudo erga præpositos suos, quam fidelium erga Pontifices. tandem verò vtriq; superiores consuetudines, & præscriptiones aduersus leges, noua sua alia constitutione derogare possunt, vt dicebat Isidorus lib. 2. Etymologiarum. 11. distinct. *Isidorus.* decreti, vbi ait: vsus authoritati cedat. quod & .C. Imperatorio, tit. quæ sit longa consuetudo (quod refertur à Gratiano. 11. distinct.) habetur. idemq; censuit Innocentius. III. cap. Iam dudum de præbẽdis. *Imperator.* *Innocentius 3.* & Tridentinum concilium, quod passim in decretis de reformatione, consuetudines plurimas, & præ- *Trid. concilium.*

43 scriptiones aduersus leges annullat. Non tamen negamus consuetudinum, & præscriptionum vim, de qua egerunt D. Isidorus. 2. & 5. lib. Etymologiarũ, *D. Isidorus.* & D. Thomas prima. 2. quæst. 97. artic. 3. *D. Thomas.* D. Antoninus. 1. par. tit. 16. M. Sotus. 1. lib. de iustitia, quæst. *D. Antoninus.* 7. art. 3. Ioãnes Driedo lib. 1. de libertate christiana, *M. Sotus.* à cap. 10. Sylvester, & sumistæ doctores, titulis, *Ioan. Driedo.* consuetudo, & præscriptio, & iuris doctores in titulis vtriusq; iuris de consuetudine, & præscriptione. *Sylvester.* & Couar. in regula possessor. Ex quorum doctrina *Iuristæ.* tãdem addimus obsuauem obseruationem gubernationis optimæ, decretum esse à Põtificibus, & Prin- *Epis. Couar.*

cipibus,

cipibus, etiam in allegatis titulis iuris; vt consuetudo legitimè præscripta à repub. dum tamen iniusta non sit, valeat, donec à prælatis, & Principibus dissimuletur. qualis autem legitima censeatur, breui sequentibus subijciam; vt valere intelligatur, iuxta cõstitutionem Bonifacij. VIII. Papæ cap. vlt. de con- *Bonif. 8. Papa.* suetudine, & ea, quæ adnotauit Bartholus lege: om- *Bartholus.* nes. ff. de iustitia, & iure. Et Episcopus Couar. in re- *Epis. Couar.* lectione regulæ possessor præcipuè in initio operis §. 3. num. 2. ex quibus illud primo constat præscriptionem, & consuetudinem tandiu valere, si cum bona fide coniuncta, & per legitimum tempus, non interrupta sit, non aliter. tum circa leges, tum circa

43 ius aliud rerum. In speciali autem legitimum tem-
Tempus legitimũ præscriptionis. pus, ad præscriptionem, & consuetudinem valiturã. Primo contra Ecclesiam Romanam centum annorum requiritur, ex constitutione Ioannis. VIII. *Ioan. 8. Papa.* Papæ epistola decretali, ad Ludouicum Regem, quæ habetur. 16. quæst. 3. cap. vlt. & Innocentij III. cap. *Innocent. 3. P.* cum nobis, cap. ad audientiam, de præscriptionibus. & lege etiam imperiali. C. de sacrosanctis ecclesijs. l. *Imperator.* vlt. & authent. hæc cõstitutio, collat. 8. Secũdo cõtra alias ecclesias, & contra prælatorum decreta requiritur tempus. 30. vel. 40. annorum per Innocentium *Innocent. 3. P.* Papam. III. cap. ad audientiam, & capite auditis & Alexandrum. III. cap. de quarta, & Gregorium. IX. *Alexand. 3. P.* cap. sanctorum, cap. illud de præscriptionibus. Ter- *Greg. 9. Papa.* tio in rebus grauissimis requiritur immemorialis præscriptio, per Innocentium. III. cap. super quibusdam de verborum significatione, & per iurisconsultum. l. hoc iure. ff. de aqua quotidiana. Quarto ad- *Iurisconsultus.* uersus ecclesias, vt ius patronatus obtineatur, requiritur vel titulus, vel immemorialis præscriptio, cum continuatione præsentationum per. 50. annos, cap.

piæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

piæ mentis cum sequentibus. 16. quæst. 1. & cap. nobis de iure patronatus, & per Trid concilium sess. 25. cap. 9 de reformatione. Quinto ad communes præscriptiones tempus. 10. annorum, vel. 20. statutum iure est, titulis vtriusq; iuris de præscriptionibus, & consuetudine, & in decretis causa. 16. vsq, ad quæst. 4. Quæ omnia iam diximus & concessione Ecclesiæ, ac Principum, & quod videant, & dissimulent, vim habere ex iuris declaratione. Sed aliud valde adnotandum his adiungam, quod & ad suauem gubernationem, & ad scrupulum amouendum non parum conferet. Video namq; multa decreta ad nos deferri, multosq; (vt vocant) proprios motus Pontificis euul gari, quos nescio sanè, velitne Pontifex vbiq;, an in sua curia solum, vel in aliqua prouincia obseruari. Qua certè dubitatione frequens, nec vulgaris scrupulus exurgit circa obligationem talis constitutionis, & circa pontificalis authoritatis integritatem, cuius decreta violari nefas est.

Pontifices. Trid. concilij.

Iura.

44 Concessione, & dissimulatione Pōtificis licet sæpe expectari acceptionē constitutionis, & motus proprij.

Non enim negamus, quod à nobis iam probatum est supra, leges pontificales nō egere acceptione reipublicæ. Cæterùm affirmamus sine conscientiæ scrupulo attendi posse in obseruatione huiusmodi vagātium decretorum pontificaliū, ad christianæ reipub. acceptionem illorum decretorum. Quod probo primum ex cōmuni nostrorum catholicorum, ac peritorum simul consensu; tum eorum, qui consulti de re ista, ita responderunt, vt nos; tum etiam christianæ plebis consuetudo ita obtinuit, videntibus, & cō sentientibus peritis, & probis: vt cum motus proprius Pontificis, aut diplomate contentum decretum, ad nos perueniat; si, quidem decretum illud prius promulgatum in pontificali curia fuerit, & deinde in diœcesibus receptum sit per vsum prælatorum, & obserua-

Probatio assertionis, cōmnnis traditio.

obseruationem plebis, prælatis scilicet vel publicantibus decretū, vel punientibus violatores, decretové ipso, aut obseruato, aut timori habito: tunc illud in vsu esse, obliganq; censeatur, ꝙ si hæc desint, obligationem nullam inesse censent omnes, & ita securū esse reputatur omittere obseruationes pluriū huiusmodi decretorum, quæ si inuiridi essent obseruatione, peccatum in pluribus inducerent; nunc autem omnes interrogamus: an decretum, de quo agitur, in vsu, & obseruatione sit in hoc, vel in illo episcopatu, vt in eo obseruandum esse sub peccato dicamus, non verò aliter. Quod certè rationi, & sacræ theologiæ principijs consonum est: nā cum Pontifex summus sciat, scirevé possit, quid quauis christiana regione peragatur, cum ex omnibus mundi partibus ad se cōfluant, illeq; legatos vbiq; habeat, inde nos colligimus Pontificem scienter, & prudenter dissimulare, ne quædam huiusmodi sua mandata obseruentur alicubi, nam certè si vellet vbiq; custodiri, quærere, & inspicere, & mandatis vrgere posset, ob plenam in totam Ecclesiam potestatem, dissimulatio ergo eius argumentum est licētiæ, etiamsi decretum illud præscriptione non sit legitima abolitum. Idq; sanè æquū est; quoniam suauis gubernatio à Sapientia cōmēdata in cap. 8. exerceri debet præcipuè in gubernatione euangelicæ ecclesiæ, quæ amoris, & suauitatis plena est. in qua ideò Pontifex, nisi maximis de causis, leges multiplicare non volet, ne fideles grauati dicāt, quod non quiuis, sed Petrus actorum. 15. dixerat: nūc ergo quid tentatis imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neq; nos, neq; patres nostri portare potuimus. sicq; censetur Pontifex in huiusmodi multorum decretorum editione velle, vt ibi exerceātur, vbi ipse diligentiā adhibet, vt publicētur, &

Sapiens.

Acta Apost.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& obseruentur: quod sæpe solet facere per officiales, & nuncios suos. Vbi autem id omittit Pontifex, cē setur facultatem facere, ne obseruetur ibidem decretum. Ibiq; licebit id omitti, etiam si de decreto sciatur, cum non quidem repugnetur, sed veluti obliuione, & consuetudine consopiatur. Integrum tamen est Pontifici cum velit, obseruationem indicere, cui obediendum est, eiusq; decreta recipienda sunt, sicut & ea, quæ in corpore iuris continentur, & alia, quæ inuiridi sunt obseruatione inter fideles: circa alia verò valet præscriptionis, & non acceptionis iusta exceptio, vt diximus. His ergo constabit legenti quātum deceat fideles populos, Ecclesiæ decretis, & pōtificalibus obedire; nec ab eorum obseruatione, atq; etiam episcopalium mandatorum reuerentia inaniū excusationum tutela se subducere, quod certe iniquū est, & christiano viro valdè indignum, illisq, præcipuè, qui in sublimitate principatus constituti, alijs exemplo esse debēt; quæ autem excusationes iniustæ sint, hucusq; explicaui; eoq; consilio eas apposui: vt non solum moderationem adhibeamus vis illatæ ab ecclesiasticis remedio, ne in illius appositione excedatur per priuilegiorum Ecclesiæ violationem; sed etiam ne excedere fideles contingat in officio erga prælatorum suorum decreta, quòd illis fortè molesta videantur; & ita præmonui, ne excusatione falsæ abolitionis præceptorum Ecclesiæ, ab eorum custodia discederent fideles, quod imminere suspicabar. Nam obligationem eorum nec intendimus nunc cōmendare, neq; animaduersione fideles egebant. Sed ne diminuti in hac tractationis ratione, videamur, animaduertenda duxi quædam documenta catholica, quæ ad reuocationem legum, ex parte Pontificis, prælatorū, & legūlatorū omnium spectabūt;

45
Exhortatio fideliū.

non

non quasi maioribus nostris leges indicens, sed scriptoris officio satisfaciens; vt hos etiā quos arctā præceptorum ecclesię obseruatione constrinxi, documētis alijs legislatores moderantibus, dilatare viderer.

46
Pontifex, & legislator rationabiliter procedat in legū positione, & reuocatione, ne peccet.

Pontifex igitur potestatem plenam habet in totam ecclesiam, vt dixi. Sed ille, & legislator quiuis, non solum in positione, sed in reuocatione constitutionū, & legum, ratione, & iustitia duci, & non mero arbitrio suo debet, peccabit enim, si non rationabiliter agat, &, si positiua lex de facto per quāuis ablationē supremi aboleatur. Hoc autē catholicum dogma est, cōmuniterq; à catholicis doctoribus receptū. Et præter cæteros, quos supra retuli, lege D. Antoninū. 3. parte. tit. 22. cap. 6. & 7. & episc. Couarr. parte. 2. decretalium cap. 6. §. 9. & in practicis cap. 31. num. 4. Deinde sententia illa B. Isidori à Gratiano relata in prioribus distinctionibus decreti, & à doctoribus recepta, ex lib. 5. etymologiarū, hoc manifestū reddit, qua dicitur: erit autē lex iusta, & rationabilis. Nō igitur lex erit decretū, ratione iustitiæ vacans, neq; officio suo satisfaciet gubernator, qui ad bonū, & vtile nō aspexerit, adq; lex omnis, & gubernatio dirigitur; sed delinquet talis potius, vt constat ex D. Thomæ doctrina quodlib. 4. art. 13. & 1.2. quæst. 96. art. 2. et mag. Soto quæst. priori de iustitia. Deinde hoc significauit Paulus ipse. 1. ad Cor. 4. cū dicit: sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispēsatores, &c. vt fidelis quis inueniatur. His Paulus docet ecclesiæ prælatos, ac cæteros, qui cœlestis Imperatoris nomine rēpublicā gubernant, nō solū de munere gloriari, sed et fideliter procedere erga dispositionē bonorū, quæ cōmunis dns illis dispēsanda reliquit, potestate illis in reliquos cōcessa, itavt, ad finem à dno intētū, aspiciāt; qui est cōmunis salus, nō iustitiæ destructio,

Sup. nu. 8.

Sup. nu. 35.
D. Antoninus
Couarrubias.

D. Isidorus.

Ratio.

D. Thomas.

Magister Soto.
D. Paulus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& boni communis violatio, vt ad Ephesios. 4. &. 2. Corint. 10. aiebat Apostolus: non in destructionem, sed in ædificationem fidelium, potestatem à Deo cõ cessam esse, confessus. Et ita quamuis fateamur, factum tenere, si supremus positiuam legem, quouis modo reuocaret, vt dixi. Sed tamen non benè conscientiæ suæ, neq; subditis cõsuleret, qui æqua decreta, & vtilia, sine ratione iusta reuocaret. quod sanctus Gregorius Papa egregiè docebat epistola ad Augustinum episcopum Anglorum, capite si ea. 15. quæst. 2. dicens: si ea destruerem, quæ antecessores nostri statuerunt, non constructor sed euersor esse iustè comprobarer, testante veritatis voce, quæ ait: omne regnum in se ipso diuisum, non stabit: & omnis scientia, & lex aduersum se diuisa, destruetur. idemq; capite ecclesiasticæ ibidem, & cap. institutionis, idipsum docet, nec tamen negat, rationabili ex causa, posse decreta mutari. quod iam supra probaui, sed tantum vult sanctus Pontifex, ne reuocatione, benè constituta destruantur, sed iustæ semper causæ, atq; prudentes, & constitutionis, & reuocationis legũ sint; quod etiam decreuit Leo Papa, & Anacletus capit. priuilegia, quæst. 2. causa. 15.

D. Paulus.

Sup. nu. 35.

D. Greg. Papa

Leo Papa. Anacletus Papa.

47 Vt lex censeatur reuocata, fieri debet eius expressa mentio in reuocatione.

Aliud etiam, non minus diligẽter cauendũ est, ne Pontifex, siue etiam Princeps reuocet à se cõstituta, sine expressa mentione anterioris cõstitutionis. imo nec regulariter censetur reuocata antiqua lex, aut cõstitutio, nisi exprimatur per sequentem, & nisi reuocatæ constitutionis aliqualis fiat mentio, ꝙ primum decretum est à Põtificibus, inter quorum decreta, se legi constitutionem Bonifacij. VIII. in capite licet de constitutionibus in sexto. vbi ait: licet Romanus Pontifex, qui omnia iura in scrinio pectoris sui censetur habere, constitutionem cõdendo posteriorem, priorem,

Bonifac. Papa

priorem, quãuis de ipsa mentionem non faciat, reuocare noscatur, quia tamẽ locorũ, & personarũ singularũ consuetudines, cũ sint facti, & in facto cõsistãt, potest probabiliter ignorare; ipsis, dũ tamen sint rationabiles, per cõstitutionem à se nouiter editã, nisi expresse caueatur in ipsa, non intelligitur in aliquo derogare. hæc Põtifex in cuius decreto rationẽ etiã, suæ decisionis inclusit: nam licet Pontifex, de plenitudine potestatis, possit quãcũq; reuocare legem ecclesiasticã, & prælatus, ac Princeps eã, quã ipsi, vel antecessores condiderunt, quia nulla superiori potestate, quin id faciant, vetãtur; attamen quia gubernatio humana cũ ratione, & æquitate debet esse cõiuncta, volũtas ipsorũ legislatorũ ea esse debet, talisq; ea esse cẽsetur, vt nõ nisi matura consideratione, & iustissimis de causis lex cõstituẽda, dissoluendaq; sit. & ita cũ eo solũ, ꝙ cõstituta prius sanctio aliqua fuerit, intelligatur iustis de causis ea posita: ob id igitur debet in sequẽti cõstitutione prioris mẽtio fieri, vt primæ debita deferatur reuerẽtia, & vt intelligatur nouisse Pontificẽ, vbi, & quando causæ prẽcedentis cõstitutionis cessarint. nec aliter censemus velle Pontificem, aut Principem generaliter posteriorẽ constitutionẽ vim habere, priore reiecta, nisi referatur.

48 Pontifices & Principes nequeunt reuocare statuta, & concessa cum iniuria tertij.

Tandem, si mihi liceat sanctissimis Pontificibus, catholicisq; Principibus animaduersiones illorum statui dignas offerre; hoc etiam hoc loco animaduertendum censerem, concessa iam, & statuta, ac leges; cum iniuria alicuius nõ posse dissolui, quod certum esse affirmamus. nam primo licet Princeps legi non subdatur, vt Vlpianus Iurisconsultus dicebat lege Princeps. ff. de legibus, tamen id intelligitur quoad vim coactiuam, hoc est ꝙ à nemine cogi ad bonum possit supremus. cæterum quoad vim directiuam, non est

Universidad de Deusto
Biblioteca

abæquitate legũ solutus Princeps, hoc est teneri illũ custodire iustitiam,& æquitatem, neminiq; iniuriã facere certum est. quoniam virtutũ obseruantia lege diuina,& naturali præcepta est, & ita legibus teneri Principem explicant,& docent,non solum Plato libro quarto de legibus,sed & B. Thom.prima secũdæ quæst. 96. artic. 5.ad tertium argumentum , vbi & Caietanus,& magister Soto lib. 1. de iustitia, quæst. 6.artic.7. ad tertium. & episcopus Couarrubias in capite alma mater, prima parte.§. 1.num.4. eius sentẽtiam sequuti sunt. imò & idem Couarrubias aliud documentum,ex communi doctorum sententia collectum, addit lib. 3.variarum,cap. 6. num. 9. videlicet Principem non posse ita omninò legi derogare, vt si quisq; ius aliquod acquisierit conformiter ad legem, ex vi illius, quo tempore ipsa vigebat, postea etiam si Princeps velit reuocare legem, non potest impedire illum particularem ab adeptione iuris iam quæsiti: vt si lege cautum esset licere quibusuis ædificare in aliquo deputato loco,postea nõ potest Princeps ædificijs priuare eos, qui antea ædificauerant, etiam si intra regales limites extructa continerentur, etiam si gratiosè prius id fuisset concessum. vel si lege Pontificali,& regia cautum esset,vt quicunq; libros scriberet, deputatis ad eos approbandos deferret,illisq; probatis, licẽtia euulgandi libros detur; postea autem quam eæ conditiones impletæ sint, velit Princeps lege noua, alias addere conditiones; certe ea lex intelligeretur de sequentibus,nõ de præcedẽti illo casu.&sic in similibus:nã iuste agere Princeps,& Põtifex tenentur,q; si nõ egerint, diuinã vltionem certè nõ euadent. positus est enim Pontifex in ecclesia, & Princeps in republica Dei prouidẽtia, vt eã in virtute, & pace custodiãt, non vt priores in

Plato.
D. Thomas.
Caietanus.
Mag. Soto.
Episc. Couarr.

Nota.

virtutum

Admonitio Principum.

virtutum violatione sint,sed potius reliquos omnes exemplo,& legibus ad virtutum studia pertrahãt, & informent. Habẽt enim & hi, qui in nobis supremi sunt,superiorem sibi iudicem Deum, vt non solum Poeta quondam dicebat: Vos, quibus rector maris, atq; terræ. Ius dedit magnũ necis, atq; vitæ. Ponite inflatos tumidosq; vultus. Quicquid à vobis minor extimescit. Hoc maior vobis dãs minatur. Omne sub regno grauiore,regnum est. Sed & quod vrget magis,audiamus Sapientis,spiritu diuino loquentis, sententiam,cap. 6.Sapientiæ: Quoniam cum essetis ministri Regni illius,non rectè iudicastis, nec custodistis legem iustitiæ,nec secundũ voluntatẽ Dei ambulastis,horrendè,& cito apparebit vobis , quoniam iudicium durissimum fiet his,qui præsunt. sed hæc satis,cũ Principes,& Pontifices nostra admonitione nõ egeant, de alijsq; ad concessorum reuocationem spectantibus, dicemus quæst. 3. vbi de quibusdam à Pontifice datis, Principibus agemus.

Seneca in Thieste.

Sapiens.

49 De immunitate, quo consilio tractetur.

Promisimus autem acturos nos in præsenti disputatione de inuiolabili iure,ac priuilegio ecclesiasticæ libertatis,& immunitatis; vt q̃ hac quæstione intendimus suadere,plenius consequamur: moderari scilicet vsum,atq; affectum,si fortè excedant aliqui, in huius ecclesiastici priuilegij obseruatione; atq; quantum pusillitas nostra conari valeat,fideles instruere, principibusq; commendare ; vt diligenter studeant diuinam sanctæ ecclesiæ domum , & domesticos eius protegere, atque suspicere , vt Dei communis domini quid valdè proprium. Nec tamen hoc ideò dixerim , quòd in nostris Principibus aliquid reprehensione dignum animaduerterim, sed vt instituto satisfacerem, præcaueremq; ne malum nondum expertum, fortè contingat; ne etiam nos, qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

Excedentes ecclesiastici per vim, licite coercentur à Principe.

Principibus multa licere, circa ecclesiasticarum rerũ moderationem, quæstione precedenti dixeramus, in culpã aut inuidiam vocaremur, si ea quæ Principes, & fideles, erga ecclesiasticæ libertatis, & immunitatis obseruationem, præstare deberent, taceremus. Quanuis autem præsupponamus vera esse, quæ supe riori quæstione diximus, circa Principum secularium iustam licentiam vis tollendæ, si quãdo fortasis etiã ecclesiastici excederent in vsu immunitatis, & liber tatis suæ; Nunc autem eo iure defensionis naturalis constituto, Dicemus: & in quibus consistat ecclesiasticæ libertatis, & immunitatis priuilegium, & quo etiam iure idipsum nitatur, declarabimus. vt qui, nõ solum de defendendis, sed etiam de moderãdis principalibus iuribus acturos esse promisimus, doceamus à quibus cauere Principes debent, ne ecclesiastica, ac diuina violent priuilegia, qui ad tuendam, & gubernandam rempublicam constituti sunt, vt fideles, cæteriq; subditi in pace, studioseq; viuant.

Sup. quæst. 1.

Ibi à num. 36. ad. 43.

Suppono autem hoc loco libertatem ad personas, & bona; immunitatem ad templa pertinere præcipuè, idq; antequam ad statuendas assertiones accedam præmitto.

50 Quinta propositio Immunitas, & libertas iure diuino & humano stabilitur.

Sit ergo dogma quintũ, catholica doctrina, & acceptione firmatũ. Priuilegia ecclesiasticæ libertatis (qua bona, & personæ clericorum sacro, & diuino cultui dicatæ liberantur à Principum potestate) & immunitatis priuilegium (circa sacras basilicas) à iure diuino initium habuit. Vtrumq; tamen inuiolabiliter, æquissima humani iuris constitutione firmatum est. Eaque priuilegia ab omnibus seruanda, cum magna Dei remuneratione sunt. à nullo q; fas est ea violari. sed & maximum Dei supplicium non effugiet violator.

Hoc

Probatio generalis.

Hoc autem sumatim sic dictum, probandum est sigillatim, & ex diuinis, & humanis testimonijs confirmandum. Sed nũc, vt constet diuinis, & humanis constitutionibus priuilegium ecclesiasticæ immunitatis, & libertatis concessum esse (in cõmuni loquendo, nõ distinguendo de hoc, vel illo priuilegij articulo, de quibus in sequentibus, vt dixi, distinctè agam) generaliter asserimus: diuino, & humano iure huiusmodi priuilegiũ niti; atq; etiam ex cõmunis sentẽtiæ catholicorum doctorũ principijs, meam hanc sentẽtiam deducere certè crediderim, eo q; omnia ea, quę in particulari asseuerabo, doctorum catholicorũ doctrina firmari ostendam. etsi fateor libẽter, aliquos confusione, & sinistra sacrarum scripturarum intelligentia halucinatos fuisse, atq; defeciſſe in hac re, vt paulò inferius referam. inter reliquos autem, qui de hac materia tractauerunt, præcipuè mihi videtur veritatem attigisse episcopum Couarrubias in libro practicarum quæstionum capite. 31. vbi relatis aliorum opinionibus, numero tertio eam profert sentẽtiam, quã nos certè, circa singulorum explicationẽ sequemur. Et ad materiæ huius resolutionem, & explicationem, dicimus primùm: iure diuino clericos, q; attinet ad spiritualia, exemptos esse à seculari potestate. secundo ipsorũ causas, bona, & basilicas ab eadẽ potestate liberas esse, valdè conformiter ad ius diuinũ, ex constitutione tamẽ canonica, & ciuili; eaquè irreuocabilis est. Hoc autem, vt suadeã facilius, præscribam quæ sancti Pontifices de hac resenserint. In primisq; Bonifacius. VIII. in cap. quanquã, de cẽsibus in sexto, sic scripsit: cum igitur ecclesiæ, ecclesiasticæq; personę, ac res ipsarum, non solũ humano iure, quin imo & diuino, à secularium personarũ exactionibus sint immunes, cõstitutionẽ fœlicis record.

Episcopus Couarrubias.

Bonif. octauus

Probatio prima specialis. Explicantur quæ iuris diuini, & quæ humani sint.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Alexandri Papæ.IIII.prędecessoris nostri,etiam adijcimus,districtius inhibendo contraria consuetudine quorũcũq;, quæ dicenda est corruptela verius,nõ obstante,&c. Insuper Vrbanus Papa idem docuit in capite tributum. 23.quæst.8. & Ioannes Papa. cap.si Imperator. 96. dist. sed oportet tum ad rei cõmendationem,tum ad eiusdem claritatẽ, proponere edictum sacrosancti concilij Trident.sess.25.cap.20.de reformatione,vbi & Dei ordinatione, & canonicis sanctionibus immunitatẽ ecclesiæ esse constitutam definitur, his verbis: Cupiens sancta synodus ecclesiasticam disciplinam in Christiano populo, non solum restitui, sed etiam perpetuo sartam tectã, à quibuscũq; impedimentis conseruari; præter ea,quæ de ecclesiasticis personis cõstituit, seculares quoq; Principes officij sui admonendos esse censuit, confidens eos,vt catholicos,quos Deus sanctæ fidei,ecclesiæq; protectores esse voluit, ius suũ ecclesiæ restitui, non tantũ esse concessuros, sed etiã subditos suos omnes ad debitã erga clerũ,parochos,& superiores ordines reuerẽtiam reuocaturos,nec permissuros,vt officiales,ac inferiores magistratus ecclesiæ,&personarum ecclesiasticarũ immunitatem,Dei ordinatione & canonicis sanctionibus constitutam,aliquo cupiditatis studio,seu incõsideratione aliqua,violent;sed,vna cũ ipsis Principibus, debitã sacris summorũ Pontificũ, & conciliorum constitutionibus obseruãtiam præstẽt.Decernit itaq;,& præcipit sacros canones,& cõcilia generalia omnia, nec nõ alias Apostolicas sanctiones in fauorẽ ecclesiasticarũ personarũ,libertatis ecclesiasticæ,& cõtra eius violatores editas:quæ omnia præsenti etiã decreto innouat, exacte ab omnibus obseruari debere. Propterea q; admonet Imperatorẽ,Reges,respublicas,Principes,& oẽs,&singulos cuiuscuiusq; status, & dignitatis extiterint,vt quo largius bonis temporalibus, atq; in alios potestate,sunt ornati,eo sanctius ea, quæ ecclesiastici iuris sunt,tãquam Dei præcipua, eiusq; patrocinio tecta,venerẽtur, nec ab vllis Baronibus, domicellis, rectoribus, alijsvè dominis tẽporalibus, seu magistratibus, maximèq; ministris ipsorum Principum lædi patiantur,sed seuerè in eos, qui illius libertatem,immunitatem, atq; iurisdictionem impediunt,animaduertant; quibus etiam ipsimet exemplo ad pietatem, religionem, ecclesiarumq; protectionem existant, imitãtes anteriores optimos, religiosissimosq; principes, qui res ecclesiæ, sua inprimis authoritate, ac munificentia auxerunt, nedum ab aliorum iniuria vindicarunt. Adeoq; ea in re quisq; suum officiũ sedulò præstet; quo cultus diuinus deuotè exerceri, & prælati, cæteriq; clerici in residentijs, & officijs suis quieti,& sine impedimẽtis, cum fructu,& ædificatione populi, permanere valeant. hæc ibi sancti patres,Spiritu sancto inspirati,dixerunt.quos etiam imitati sunt Germanici Episcopi catholici, in concilio Colonien si conuenientes,anno.1536.vbi cap. 20. sic habetur, immunitas ecclesiastica vetustissima res est, iure pariter diuino, ac humano introducta, quæ in duobus potissimum sita est. Primum, vt clerici, illorumq; possessiones, & bona à vectigalibus, & tributis, alijsq; muneribus laicis libera sint. Nam(vt de libertate Leuitarum sileamus) nõ temerè refert scriptura, Pharaonem totam terram Ægypti sibi tributariam fecisse, præter terram sacerdotum, & possessiones,quæ à Rege traditæ fuerãt eis, quas vendere non sunt compulsi; quin potius ipsis etiam statuta cibaria ex horreis publicis, præuebantur, vt legimus Genesis.47. Deinde ne rei criminis

Vrbanus Papa.
Ioannes Papa.
Tridentinum Concilium.
Concil. Colon.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad ecclesias confugientes, inde violenter extrahantur, exceptis publicis latronibus, qui per industriam proximum occiderint, ac nocturnis depopulatoribus agrorum, qui itinera obsidēt aggressionum insidijs. Deniq; his, qui sub immunitatis spe, in ecclesijs, ac cœmeterijs delinqunt. quod si cōfugientibus ad ecclesias, paria his commissa sint crimina, quæ reipub. referat pūniri, tantisper saltem debet secularis potestas à manuum iniectione abstinere, donec nostros consulat officiales, ne deuenire necesse sit ad cessationesà diuinis, & interdicta, quæ visum est antecessoribus nostris ob violationem eiusmodi immunitatis, edictis constitutionibus, promulgare. hæc ibi.

51 Opiniones doctorum. Prima.

propter quæ, & alia similia testimonia multi doctores catholici censuerunt iure diuino immunitatem, & libertatem concessam esse, ita iuristæ doctores, cū glossatore cap. si Imperator. 96. distinct. & in cap. quanquam de censibus in sexto. quos refert Couar. dicto cap. 31. pract. & ex theologis, multi idem sentserunt. & si alij id negent. quos refert Couar. nu. 2. præcipuè Innocent. ca. 2. de maioritate, & obedientia, & doctor Medina in tract. de restitutione quæstione. 15. quorum priores nituntur multis sacris testimonijs, quibus antiquitus priuilegia immunitatis, & libertatis in lege naturæ, & scripta, & rursus nunc in lege noua videntur concessa esse à Deo, vt Genesis. 47. vbi industria Iosephi, sacerdotes à tributis liberati sunt. Et primo Esdræ. 7. vbi templi ministri á tributis liberi sunt facti, & Num. 18. in Dei obsequiū deputantur. Atq; etiam Psalmo. 104. monet Deus, nolite tangere Christos meos. quod etiam in nouo testamento confirmatum esse videtur, cum Christus dominus apud Matthæum capite. 17. se, & Petrum, & filios spirituales: alios discipulos

Iuristæ.

Theologi.

Alij doctores.

Secunda.

Testimonia sacræ scripturæ.

Fundamenta primæ opinionis.

cipulos scilicet, à tributis liberos esse dicat; atq; eos etiam, vti ad diuinum ministerium deputatos, ex altari, & fidelium oblationibus sustentandos esse dicit D. Paulus. 1. ad Corinth. 9. Qui etiam ibi cap. 6. vult, iudicia ministrorum Ecclesiæ decerni à prælatis, & non à secularibus. Qui tandem cap. 9. &. 10. sensit, priuilegia ministrorum veteris legis, etiam propter nos, vtiq; dicta esse (verba sunt Pauli) qui etiam addit: omnia in figura contingebant illis. Hæc fundamenta sunt eorum, qui absolutè tenuerunt iure diuino esse cōcessam immunitatē, & libertatē ecclesiæ.

Fundamenta secūdæ opinionis.

Aliorum verò, qui id negarunt, hæc sunt potissima, primum, quia Paulus ad Romanos. 13. omnem animam sublimioribus potestatibus subditam esse dicit, & idē. 1. ad Corinth. 7. & Petrus. 1. epistola, cap. 2. cauēt: ne fideles libertatē Christianā velint extēdere ad temporalia, vt liberentur à dominorum, & Principum potestate.

Insuper et si sacerdotū ordo in veteri lege, Exod. 18. & Deuter. 17. & in Leuitico à Dei consilio processerit, sed tamen constat. 3. Regum. 2. Dei spiritu Salomonem Regem, misso in exilium Abiathar sacerdote summo, pro eo constituisse Sadoc. Deinde Christus ipse Matthæi. 17. tributum soluit, ne scandalizaret exactores. Et Ioan. 19. fassus est Pilato datam esse desuper potestatem super ipsum. Et ita B. Hieronymus Matth. 17. & D. Chrysostomus Actorum. 25. & D. Thomas in epistolam ad Romanos cap. 13. fatētur & clericos modestè agere debere erga Principes, & per eorum cōcessionem liberos esse á tributis. Et Gratianus distin. 96. &. 97. &. 2. quæst. 7. in decretis, plura colligit, quibus cōstat Pontifices ab Imperatoribus antiquitus dependisse, imò & Paulus Actorum. 25. ad Cæsarem appellauit, & in actis

Sancti Patres.

concilij

Universidad de Deusto
Biblioteca

concilij Niceni generalis primo tomo cõciliorum legimus, Episcopos causas suas retulisse ad Constãtinum Imperatorẽ, quẽ etiam, iudiciũ illud recusasse traditur à Rufino lib. 10. historiæ ecclesiasticæ, & Sozomeno lib. 2. tripartitę historiæ, cap. 2. Et hæc quidé posterioris opinionis fundamenta sunt. Quibus iure humano, non diuino niti immunitatem, & libertatem Ecclesiæ contẽderunt prædicti authores. Quanquam tamen immunitatem, & libertatem cõcessisse Pontifices, & Imperatores constat in vtroq; iure canonico, & ciuili, titulis de immunitate ecclesiarum, decimis, & exactionibus, de censibus, de Epiſcopis, & clericis, & in regum omnium catholicorum voluminibus legalibus, de quo nemo dubitat, neq; huius, neq; alterius opinionis authorum.

Constantinus.

Iura.

52
Vera opinio de fundamento immunitatis, & libertatis Ecclesiæ.

Sed tamen vt supra dixi, vera opinio in hac re, de fundamento immunitatis, & libertatis ecclesiasticæ, media esse debet: vt in spiritualibus iure diuino, in temporalibus verò iure humano immunitas, & libertas ecclesiastica nitatur, vt rectè docuerũt Episcopus Couar. dicto cap. 31. practicarum quæst. & cap. 20. lib. 2. variarum. Et M. Sotus in quartum sententiarum distinct. 25. quæst. 2. art. 2. & ante illos Ioannes Driedo lib. 1. de libertate christiana cap. 9. & 16. & Albertus Pighius lib. 4. cap. 2. & lib. 5. de ecclesiastica hierarchia. & Vvaldensis lib. 2. doctrinalis à cap. 74. & M. Victoria relectione. 1. de potestate Papæ quæstione. 4. &. 5.

Couarruuias. *M. Sotus.* *Driedo.* *Pighius.* *Vvaldensis.* *M. Victoria.*

Et hoc modo intelligendæ sunt decisiones Põtificum Bonifacij. VIII. cap. quanquam de censibus in sexto, Tridentinæ synodi sess. 25. cap. 20. de reformatione. Et Colonien sis concilij cap. 20. quibus dicitur expressè immunitatem ecclesiasticam & humano, & diuino iure, ac diuina constitutione cõstitutam

Pontifices.

tutam esse, quæ sanè sano modo intelligenda sunt, referendo singula singulis: Hoc est; in spiritualibus clericos dependere solùm à Pontifice, & prælatis, in reliquis iure humano exemptos esse à secularibus. In hisq; etiam pietatem hanc, & religionem exemptionis ecclesiasticæ ortum habere à diuino iure, sicut exemptio in spiritualibus. quod nunc in generali, postea verò in speciali probaturi sumus.

53
Immunitas, & libertas Ecclesiæ in spiritualibus à iure diuino est.

Dicimus itaq; ecclesiasticam immunitatem, ac libertatem in spiritualibus à iure diuino constitutam esse, hoc modo, vt in his, quæ Dei sunt, & quæ pertinent ad sacramentorum, ac sacramentalium, atq; etiam verbi Dei administrationem, & ad ordinationem, & institutionem canonicam Episcoporum, & parochorum (excepto patronatus iure) Ecclesia ipsa exempta sit, ab omni humana potestate, diuina expressa ordinatione, & quantum ad sacros ministros. Atq; adeò, diuino iure statutum est, vt soli prælati ecclesiæ valeant decernere, & imperare de istis, nullo prohibente, & ecclesiæ ministri solum tenentur illis in hisce rebus parere, non secularibus, & seculares Principes, & potestates non possunt, aut se intro mittere in his spiritualibus rebus moderandis, aut prohibere, imperare, impedire, vel obstare prælatis, aut sacris Dei ministris, circa earum rerum spiritualium administrationem, quæ ad salutem pertinent æternam. Et in hac re, prælati superiores sunt, etiã Principibus, sicut & cæteris fidelibus iure diuino. Et in hisce omnibus consistit immunitas, & libertas Ecclesiæ in spiritualibus iure diuino fundata, vt dixi. Hæc igitur vera assertio maximè à catholicis animaduertenda est, cuius explicationẽ non passim inuenies, iure tamen diuino hoc esse expressum immunitatis priuilegium comprobabo, si prius, quám

magnum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ratio.

magnum hoc munus ſit, expendero. Hoc namq; eccleſiæ ſanctæ miniſtri quietam, ac tranquillam vitã Dei cultui, & obſequio dedicatam, agere valent, cum Principes, & ſeculares ſacris eorum actionibus non obſtent, ipſiq; à ſecularium tribunalium ſtrepitu liberi ſint. Et hoc etiam fit, vt melius fidelium ſaluti, atq; quietius proſpicere valeant, nullo obſtante, neq; eos impedientibus ſecularibus, quibus nec poteſtas plena, nec cognitio diuinorũ fortè adſit, ſicut eccleſiæ miniſtris à Deo cõmendatur, & conceditur. Seculares namq; laici tractabunt, quæ ſeculi ſunt, & quæ ad temporalium rerum adminiſtrationem ſpectant, ſpiritualia verò, & diuina relinquant oportet ſacris Dei miniſtris, qui animarum curam ſuſceperunt, & officij eius rationem didicerunt, vt ſic omnia ordine debito diſponantur, & fiant, quem Deus ſemper in ſua gubernatione probauit; nã, quę à Deo ſunt, ordinata ſunt, vt ait Paulus ad Romanos. 13. tandem huius priuilegij cõceſsione diuinæ maieſtati, & reuerentiæ proſpectum eſt: decebat enim vicarios Dei, ac ſacros miniſtros qui ad diuinam familiã pertinent ſpecialius, non ſubdi ſecularibus Principibus, in his quæ ad Deum pertinent, ſed potius è cõtra, oues à paſtoribus regi. Atq; ita Apoſtolus. 1. ad Corinth. 4. confidẽter dicebat: ſic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei. Et hoc eſt quod ſuperius propoſitione ſecunda dicebamus: iudicium rerum ſpiritualium vetari laicis poteſtatibus. *D. Paulus.* *Sup. num. 24.*

54 Authoritas. Hoc autem ſpirituale priuilegium immunitatis iure diuino eccleſiam obtinere, vt in ſpiritualibus liberi ſint eius miniſtri à poteſtate ſeculari, probatur manifeſtis ſacræ ſcripturæ teſtimonijs, & traditione diuina, vbi non tantũ exempti eccleſiaſtici dicũtur, ſed

ſed laicorũ ſuperiores. ex quibus poteſtatem eccleſiæ, & miniſtrorum eius probaui ſuperius in probatione prioris propoſitionis, quæſtionis iſtius. vbi manifeſtè oſtendimus Pontifici ſummo, & eccleſiæ prælatis, Apoſtolorum ſucceſſoribus, in ipſis, datam eſſe à domino poteſtatem plenam, ad ædificationẽ, & gubernationem animarum, in omnes fideles, etiã Principes, idq; fidei dogma eſt, dicente domino Apoſtolis, & in ipſis, eorum ſucceſſoribus, Pontifici, & Epiſcopis, vt eccleſiaſtica traditione conſtat, apud Matthæum cap. 16. &. 18. Quæcunq; ligaueritis, & ſolueritis ſuper terram, erunt ligata, & ſoluta & in cœlis, & apud Ioannem cap. 21. Petre paſce oues meas. ad quod miniſterium explendũ, Deus cæteros ſuos miniſtros, vt ait Paulus ad Epheſios. 4. eccleſiæ dedit: quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios verò Euangeliſtas, alios autẽ paſtores, & doctores ad conſumationem ſanctorum, in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti; donec occurramus omnes in vnitatẽ fidei, & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti; vbi iam non ſimus paruuli fluctuantes, & circunferamur omni vento doctrinæ, in nequitijs hominum, in aſtutia, ad circunuentionem erroris; veritatem autem facientes, in charitate creſcamus in illo, per omnia, qui eſt caput Chriſtus. Ecce Apoſtolum apertè docentem, Chriſtum poſuiſſe in Eccleſia hierarchiam, & poteſtatẽ eccleſiaſticam, ad gubernationẽ omnium fidelium, per miniſtros eccleſiæ, ergo miniſtri eccleſiæ ſuperiores ſunt in ratione miniſterij, cæteris etiam Principibus, Dei conceſsione. nõ è cõtra Principes præſunt miniſtris eccleſiæ. Neq; Principes poterunt ſe intromittere, impediendo, iubendo, aut prohibẽdo circa *Sup. num. 8.* *Dominꝰ apud Matt. & Ioã.* *D. Paulus.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

circa administrationem ministeriorum, neq; circa ministros, vt circa ipsa ministeria versentur, vel nō. Quod etiam expressius docuit Paulus. 2. Corint. 10. dicens: in carne enim ambulantes, non secundum carnem militamus: nam arma militiæ nostræ, non carnalia, sed potentia Deo, ad destructionem munitionum, consilia destruentes, & omnem altitudinē extollentem se aduersus scientiam Dei; & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequiū Christi; & in promptu habentes vlcisci omnem inobedientiam, cum impleta fuerit vestra obedientia, &c. quid clarius dici posset, quàm vt omnis altitudo, & fidelis quisq; subdatur pastoribus ecclesiæ, qui etiā punire possint inobedientes. nec solum prælati; sed & cæteri ecclesiæ ministri, hanc prærogatiuam habent in oues Christi, quia vel delegati sunt à Pontificibus, vel pertinent ad ministeriū ecclesiæ, iuuātq; prælatos ad regimen animarum; pastorum autem, & doctorum hierarchiam voluisse Christum in ecclesia constitui, testatur idē Paulus, vt dixi, ad Ephesios. 4. ergo iure diuino prælati superiores sunt fidelibus, etiam Principibus; & ad eorum regimen subdelegare possunt potestatem ministris ecclesiasticis, quorum hierarchiam Deum probasse iam diximus. & sic Principes nō possunt velle dominari ministris ecclesiæ, neq; illorum ministeria impedire; quoniā esset id, se extollere super diuinam potestatem, & super ipsi annexa, sine quibus illa exerceri nō potest. Censendum est autem, Deum in datione potestatis ecclesiasticæ, concessisse facultatem ad ea omnia, sine quibus ipsa friuola esset, quod absit: cum Dei opera perfecta esse decantasset Moyses Deuteronomij .32. Deinde huius exemptionis, in spiritualibus, clara monumenta ministri ecclesiæ à Deo habent, ne inquietētur,

D. Paulus.

Idem.

Moyses.

inquietentur, aut impediantur, aut irreuerenter tractentur à Principibus, & magistratibus, vt vel illud demonstrat quarto Regum primo relatum exemplum, vbi cum ministri Regis Ochoziæ quidam obedissent mandatis Eliæ, quibus iussu Angeli præceperat, reprehensionem, Regi necessariam, ad ipsum, prophetæ nomine, deferre: illi quidem diuinam iram nō sunt experti: postea vero alij iussa impij Regis, reprehensionem pastoris contemnentis, volentes implere, prophetamq; quòd officium pastoris exercuisset, cōprehendere irreuerenter, cœlesti igne consumpti sunt; dicente scriptura: misitq; ad eum Quinquagenarium Principem, & quinquaginta qui erant sub eo; qui ascendit ad eum, sedentiq; in vertice montis, ait: homo Dei, Rex præcepit, vt descendas; respondensq; Elias, dixit Quinquagenario: si homo Dei sum, descendat ignis de cœlo, & deuoret te, & quinquaginta tuos. descendit itaq; ignis de cœlo, & deuorauit eum, & quinquaginta, qui erant cum eo, &c. Vbi quæso expendas; Deum punisse Regis Satelites, quòd iussu Regis, prophetam voluissent comprehendere, vel compellassent irreuerenter: idq; in eo casu, quo volebant impedire ministerium spirituale prophetæ, iussu Dei, reprehendentis Regem. Cum ergo ecclesiæ pastores, iussu, & potestate Dei, ecclesiam gubernent, nō inferius quam prophetæ, certe impediri non poterunt à seculari potestate; neq; affligi ab ipsa, cum exercent pastoris munus; sed in ea ratione laicis superiores sunt; qui etiam si resistant, similem Dei vltionem extimescant. Neque etiam prætereire possum similis casus (& si à nobis antea relati) narrationem, qui secundi Machabæorum libri capite tertio scribitur. vbi mirum certè factum conspicitur, quo diuina manus

Liber Regum

Liber Machabæorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

violatores immunitatis templi sui, & expoliatores bonorum ecclesiæ, atq; affligẽtes templi ministros, acerrimo supplicio conteruit, ita vt grauiter punitus Antiochi Regis dux, talia dixisset: ipse, qui habet in cœlis habitationẽ, visitator, & adiutor est loci illius, & venientes ad malefaciendum, percutit, ac perdit. Deinde ne Principes se immiscerent in exercendis, impediẽdisvè ecclesiasticis ministerijs, quæ Dei ministris tantũ conceduntur, similia monimenta scripta reliquit Deus, vt ostenderet, in hac ratione ecclesiam, eiusq; ministros seculari potestati non subdi, sed immunes esse iure ipso diuino. quod ostenditur quarto Regum. 15. capite, & secundo Paralipomenon. 26. vbi cum Rex Ozias nimium eleuatus, & negligens dominum, in interitum suum (vt verbis sacræ scripturæ vtar) vellet sacerdotale officium sumere, adolereq; incensum super altare thymiamatis, resistentibusq; sacerdotibus minaretur; statim orta est lepra in fronte eius, quæ perdurauit, vsq; in diem mortis suæ; ob quam eiectus est de domo domini à sacerdotibus, vt ait ibi diuinus scriptor. simileq; contigit Sauli, qui sacerdotale officium vsurpans, sacrificansq;, meruit Regno priuari, vt primo Regũ. 13. testatus est Samuel. ex his ergo manifestum erit, potiori ratione, sacerdotibus noui testamenti, & non Principibus, datum esse à Deo, se immiscere administrationi sacrorum. quod quidem expresis noui testamenti testimonijs iam probaui. insuper Act. 20. et Ephes. 4. Paulus ait à domino, & Spiritu sancto pastores esse constitutos in ecclesia. igitur hæc spiritualis gubernatio non pendet à iure, & positione hominum. Ob eam ergo causam, tanta religione obseruata est ecclesiastica immunitas, ab antiquis catholicis, & præsentibus: quia Dei ordinatione iurisdictio, ecclesiæq; capita iure diuino sunt constituta. Et in hoc sensu, vt dixi, accipienda est sententia catholicorum doctorum, & sanctorum patrum, qui iure diuino, atque humano niti immunitatem, & libertatem ecclesiæ dixerunt: nam hucusque probaui iure diuino ecclesiam immunem, & liberam esse à seculari potestate in spiritualibus actibus; Nunc autem ostendemus hoc etiam iure humano esse confirmatum. Itaq; & in spiritualibus, & in temporalibus iure humano æquissime datum est, frui immunitate, & libertate ecclesiasticas personas, res eorum, atq; basilicas. quod non est necessarium in speciali recensere, sed lectorem remittere, vt iam fecimus, ad vtriusq; iuris titulos, de immunitate ecclesiarum, de sacrosanctis ecclesijs, de episcopis & clericis, de censibus & exactionibus, de foro competenti, & doctorum tractatus ibidem; rursusq; ad recopilationes legum specialium regnorum, sub prędictis titulis, de qua etiam re inferius dicturi sumus, & iura aliqua referam. quorum summam videbis apud episcopum Couarrubias dicto cap. 31. practicarum, à numero tertio; et secundo libro variarum, capite vigesimo, et in practicis à dicto capite. 31. vsque ad trigesimum septimum, et D. Antoninum tertia parte, titulo. 12. cap. 3. et Syluestrum, et alios sumistas, titulo immunitas.

55 Probatio secunda. Iure humano concessa est immunitas, & libertas ecclesiæ, præcipuè in temporalibus.

Liber Regum.

D. Paulus.

Sup. nu. 52.

Inf. nu. 65.

Episcopus Couarrubias.

D. Antoninus.

Syluester.

56 Consonat cum diuinis responsis immunitas in temporalibus.

Idque certè maxime consonat diuinis responsis: sicq; humana hæc constitutio de generali immunitate, et libertate ecclesiæ, et Deo gratissima, et ab eius responsis originem trahẽs, censenda est. Nam certè negari non potest, quin illud Psal. 104. Nolite tangere Christos meos, & in Prophetis meis nolite malignari, vetet vniuersis, ne in Dei ministros, & domesticos irreuerẽtes existãt, sicut etiam Paulus primæ

Psalmista.

D. Paulus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

primæ epistolæ ad Corinthios capite sexto, significauit; verecundum esse, Dei domesticos in iudicio secularium conueniri. Ecce ergo Deo placere vt seculares Principes, ac iudices permittant facilè, ac velint ecclesiasticas personas omninò liberas esse in spiritualibus, & temporalibus à potestate seculari; sicut fecerunt omnes, vt dixi. & insignis Constantinus Imperator, vt refert Rufinus libro. 10. historię ecclesiasticæ, & Sozomenus libro secundo Tripartitę historiæ, capite. 2. in concilio Niceno, nõ solum repulit iudicia episcoporum, sed deuotissimè innuit Deum voluisse, non vt sacerdotes à Principibus diiudicarentur, sed Principes à sacerdotibus. Insuper sacris literis significatum est, bona ministrorũ Dei, à tributis esse libera voluisse omnipotentem; sicut verbis Domini apud Matthæum, capite. 17. satis significatur, cum exactoribus petentibus tributum ab ipso, & ab Apostolis, respõdit: Reges terræ à quibus accipiunt tributum, vel censum, à filijs suis, an ab alienis? & ille dixit (Petrus scilicet) ab alienis. dixit illi Iesus: ergo liberi sunt filij. vt autem non scandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum, & eum piscẽ, qui primus ascenderit, tolle; & aperto ore eius, inuenies stater, illum sumens, da eis pro me, & te. In quibus verbis inspicitur manifestè, tum quod in rigore placeat domino, & decens sit Dei ministros, à tributis esse liberos: quoniam filij, & domestici Dei sunt specialius; & ita potestates seculares, quæ Dei prouidentia constitutæ sunt, vt dicitur Prouerbiorum. 8. Non debent exigere tributa ab illis, vti à Dei domesticis, cuius nomine ipsi exigunt, & imperant: à domesticis enim talia exigi non solent. tum etiã fatemur ibi significari, patiendum damnum esse quandoq;, si instaretur à Principibus, vt vitetur scandalum,

Constantini factum.

Dominus apud Matthæum.

scandalum, sed tamen vel eo solum significatur, nõ decere Principes id contendere, vt reuerentiam exhibeant Deo, in eius ministris. quod semper obseruarunt quicunq; se erga Deum religiosos haberi voluerunt, etiam gentium Principes naturali ratione illuminati, sicut Genesis. 47. capite refertur: apud Ægyptios, sacerdotalem terram liberam à tributis extitisse. & primo libro Esdræ cap. 7. edicto Artaxergis, hoc cautum esse narratur: vobis (loquebatur cum magistratibus) notum facimus de vniuersis sacerdotibus, & leuitis, & cantoribus, & ianitoribus, nathanæis, & ministris domus Dei huius, vt vectigal, & tributum, & annonas non habeatis potestatem imponendi super eos. similiter & sacris templis, hortatus est semper Deus, reuerentiam ab omnibus exhiberi, præcipuè Psalmo. 92. Domum tuam domine decet sanctitudo. & Isaiæ. 56. domus mea (ait dominus) domus orationis vocabitur cunctis populis. propter quod Christus apud Matthæũ, cap. 21. eiecit, flagello assumpto, negotiatores omnes à templo. Vbi etiam venientes ad malefaciẽdum percuti, ac perdi à Deo, dicebatur cap. 3. libri secundi Machabęorũ. His ergo cõstat omnia ecclesiasticæ immunitatis, ac libertatis capita, à Dei monitis certè proueniisse.

Genesis.

Liber Esdræ.

Psalmista.

Isaias.

Dominus apud Matthæum.

Liber Mach.

57 In temporalibus immunitas, & libertas ecclesiæ nõ conuincitur ex iure diuino.

Fatemur autem basilicas; & in temporalibus, atq; iudicijs, personas ecclesiasticas, & eorum bona, in rigore loquendo, liberas non esse à seculari potestate, sed iure humano, vt fassus est D. Thomas lectione prima in epistolam ad Romanos capite. 13. quoniam, & si prædictis testimonijs ad plenam venerationem sacrorum exhortemur, tamen præceptum Dei expressum, pro re ista, non inuenimus: & ita nisi adesset humanum præceptum, non esset obligatoria immunitas templorum; neque libertas,

D. Thomas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& immunitas personarum ecclesiasticarũ, ac bonorum suorũ à seculari potestate. sed nunc adest æquissima, plenaq; constitutio humana hanc ecclesiæ exẽptionem, nõ solum in spiritualibus, sed in temporalibus statuẽs. quam ob causam opinio illa, priori loco à nobis posita, doctorum quorũdam, qui absolutè, & vniuersaliter existimarunt, iure diuino constitutam esse omnem immunitatem, & libertatẽ ecclesiasticam, defecit certè, quòd authores ipsius non benè distinxerunt inter præceptum, & insinuationem, & beneplacitum Dei. diuersa sunt enim hęc, sicut inter præcepta, & consilia differt, ex cõsensione omnium catholicorum. quod si illi eã doctrinam tradidissent de spiritualibus (in quibus ecclesia, iure diuino exempta est, in temporalibus vero sola Dei exhortatione, & humano iure) non errarent. sicq; nos tertiam, mediamq; opinionem amplexi sumus. Nam certè neq; secunda doctorum relatorum opinio omninò probanda est, in quantum absolutè dicit: iure humano solùm immunitatem, & libertatem ecclesiæ constitutam esse, cum supra, eam in rebus spiritualibus, à iure diuino obtineri probauerimus. Deinde neq; ad uersus nos vlla sacra testimonia inuenientur: nam quod illi afferũt ex Apostolo epistolæ ad Romanos, cap. 13. vbi dicit: Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: nõ est enim potestas, nisi à Deo. vbi duo quidem expendi possunt: alterũ quo dicitur: secularem potestatem sub se omnem animã habere, in qua generali affirmatione, etiam ecclesiastici videntur includi; alterum verò, sensum istum omninò esse literæ, & doctrinæ sacræ contrarium: quoniam & ipse Apostolus, supra relatis testimonijs, potestatẽ ecclesiæ supra omnes, etiam Principes, asseruit. & secundæ Corint. 10. illam datam esse à Deo dixit, ad subiugandam omnem altitudinem. & ita non potest intelligi illum in alio loco, voluisse asserere contrarium: scilicet seculari altitudini, ecclesiam, eiusq; potestatem esse subiectam: eo enim sibi contradiceret Apostolus, & impossibile est. prædicta autem generalis loquutio, generaliter est intelligenda iuxta subiectã materiam, sicut ordinatæ omnes loquutiones sumi debent, sicut cũ dicitur: omnes peccauerunt in Adam, intelligitur de peccatorum massa, de quibus sermo est, non de priuilegiatis. sic etiam cum Paulus ad Romanos. 13. de subditis seculari potestati loqueretur, illos obedientes esse debere præcepit: nam de alijs dissonum esset, tunc loqui; sicut etiam ea sentẽtia intelligenda rationabiliter est de subditis respectiuè, ad præpositos sibi, non generaliter: nam extra iurisdictionem, nemo iure imperat. & hoc modo intelligenda est alia sentẽtia eiusdem Apostoli, primæ ad Corint. 7. & D. Petri cap. 2. prioris epistolæ, qui docent: fideles nõ debere se à dominorum potestate eximere, christianæ libertatis colore, quæ spiritualis, & animarum est, qua libertate Christus nos liberauit, vt dicebat Paulus ad Galatas cap. 4. hoc enim vniuersaliter dictum, intelligi debet ex adiunctis, de materia ipsa, in qua loquutio versatur, de hisq;, qui dominos habent, & seculares sunt. & hoc quidẽ vniuersaliter est memoriæ cõmendandum, in sacra scriptura, & in communi etiam hominum loquutione, generales regũlas sumi debere, cũ ea limitatione, quã materia secum affert; & vbi inconueniens se offert, limitandæ sunt, quia veritas reperitur, vbi quis conformatur rebus, de quibus sermonem instituerat. cũ autem aut nullum est inconueniens, aut quis se explicat, nihil velle excipere, tunc nec nos excipiemus aliquid; sicut cum ad Hebræos secundo dicitur:

Cõtra Doct. primæ opinionis.

Sup. nu. 51.

Supra nu. 52.

58 Nulla sacra testimonia obstant.

D. Paulus.

Generales loquutiones, quomodo sumendæ?

D. Petrus.

D. Paulus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in eo enim ꝙ omnia ei subiecit, nihil dimisit non subiectum ei. Præterea illud ꝙ Ioannis. 19. Christus asseruit Pilato: non haberes potestatem aduersus me vllam, nisi tibi datum esset desuper. Absit omninò, vt intelligatur continere, veram vllam subiectionẽ Christi Pilato: cũ ille ibidem se regem esse testatus sit; & passus est quia ipse voluit, vt Isaias cap. 53. pronunciauit. sed solum innuit dñs: placito suo, & Dei prouidentia permisisse humanam, in se, exerceri potestatem. Deinde quod dñs Matt. 17. tributũ exoluit, voluntariè id contigit, sicut sacer ibi textus exponit. *D. Ioannes.* *Isaias.* *D. Matthæus.*

Antiquitus quædã permittebãtur circa sacros ministros quæ modo non licent.

Tandem fatemur antiquitus varijs tẽporibus, ob eorum varietatem, varium vsum circa immunitatẽ fuisse. vt primùm ex sacris scripturis cõstat. sicq; nõ est mirum si Salomon. 3. Regũ. 2. Sacerdotẽ summũ Abiathar in exilium miserit. quod autẽ ibi dicitur, pro illo in sacerdotio cõstituisse Sadoc, vel ius præsentandi significatur, vel imperfectio antiquorum temporum ea re innuitur. videmus namq; ex libris Moysi, & Regum Israelitarum deduci, Principes solitos esse sacerdotibus etiam summis imperare, & aliquando sacerdotes Dei, simul ac Reges extitisse Genesis. 14. sed hoc dabatur antiquorum illorum temporum imperfectioni, quibus sub elementis mundi eramus seruiẽtes, at vbi venit plenitudo temporum, quibus Deus filium suum misit, rerũ quoq; perfectio abundauit, vt ait Paulus ad Galat. 4. Sicq; subiectio ministrorum Dei, Principibus ablata est, vt in huius conclusionis probationibus declaraui. atq; ita Nicolaus primus Pontifex, ad finem epistolę tertiæ ad Michaelem Imperatorem, paucis, hoc totum expresit: hi, quibus tantũ humanis rebus, & non diuinis præesse permissum est, quomodo de ijs, per quos diuina ministrãtur iudicare præsumãt, penitus ignoramus. *Liber Regum* *D. Paulus.* *Nicol. Papa.*

fuerunt

fuerunt hæc ante aduentum Christi, vt quidam typice reges simul & sacerdotes existerent, quod sanctum Melchisedech fuisse, sacra prodit historia: ꝙq; in membris suis, diabolus imitatus, vtpotè, qui semper, quæ diuino cultui conueniunt, sibimet tyrannico spiritu, vendicare contendit, vt Pagani Imperatores, ijdem & maximi Pontifices dicerentur. Sed cum ad verum ventum est eundem Regem, atquè Pontificem, vltra sibi nec Imperator iura Pontificatus arripuit, nec Pontifex nomen Imperatoriũ vsurpauit, &c. Postea verò in lege euangelica cùm Paulus ad Cæsarem appellauit Actor. 25. certè id ad redimẽdam vexationem carceris licuit, cum ecclesiasticum auxilium non haberet. præcipuè cum id iudiciũ temporale esset, & iure diuino non sit apertè exceptum à seculari potestate, vt dixi. *Act. Apost.*

Deinde verò in lege etiam noua scimus (ob impotentiam prælatorum, morem gerentium afflictis tẽporibus) permissum à Pontificibus nostris, & consuetum à Principibus seculi fuisse modum variũ dominandi, seu imperandi ecclesiasticis, vt constat in decreti distinct. 62. &. 63. & 96. 97. &. 2. quæstione. 7. vbi quãtum pendebat electio prælatorum, à Principibus, videmus scriptum. à cap. Reatina per multa cap. sequẽtia. d. distinct. 63. Insuper cõstat Imperatores imperasse clericis, & prælatis, & leges, & pœnas etiã pro personis ecclesiasticis decreuisse, vt patet in authẽtico de sanctiss. Episc. & cler. & in. C. Iustiniani tit. de Epis. & cler. &. 79. distinct. cap. si duo. Item res ecclesiasticorum oneribus secularibus subdebant antiqui Imperatores. l. neminem. C. de sacro sanctis ecclesijs. Item & renuntiationem fori clericalis clerico præiudicare decretum erat. l. si quis in conscribendo. C. de Epis. & cler. *Iura canonica, & ciuilia.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cæterũ & hæc omnia ex dissimulatione ecclesię, non ex defectu potestatis diuinæ vim obtinuisse, patebit legenti epistolas Nicolai .I. Papæ ad Mich. Imper &.62.&.63.distinct.decreti,& decretũ Symaci Papæ distinct.96.cap. benè. Et rursus semper Principes religiosiores se ab ecclesiasticis negotijs sumouebant, vt de Constantino magno retuli superius.& Pontifices semper curaucrunt contrariam exemptionem clericorũ à laicis, vt patet decreti distinctione .62,63.&.96.&.11.quæst.1.c. inolita cap. placuit ex Cartaginensi, & Mileuitano concilio cap.10.& Innoc.III.cap.si diligenti de foro comp.adeò, vt renuntiationem non admitterent Pontifices. Et tandem reformatis temporibus immunitatẽ,& libertatem ecclesiæ decreuerunt ipsi, ac Principes, simul agnoscentes diuinam voluntatẽ,& ecclesiæ potestatem, circa spiritualia, & his annexa, & pertinentia ad salutem,& diuinum honorem, erga omnes fideles, etiam Principes, vt decreuit idem Innocentius .III.cap. nouit de iudicijs.quod nos supra diximus, probabimusq; inferius diffusè. *Sup.nu.55.& inf. nu.64.& 65.*

59

Generaliter ecclesiastica,libertas,& immunitas ecclesiæ, reuocari non possunt, per secularem potestatem, neq; per consuetudinem.

Sed vt firmior hæc immunitatis, ac libertatis ecclesiasticæ assertio, maneat, animaduertendum est, quamuis verum sit, quædam diuino, quædam verò humano iure, huius priuilegij capita fundata esse, vt diximus; tamen hoc quoq; verum esse,ꝙ nunc dicemus: idq; egregiè confirmat, & extollit priuilegiũ ecclesiasticæ huius immunitatis, & libertatis: dicimus ergo:potuisse Pontifices iure optimo constituere generale priuilegium immunitatis, & libertatis ecclesiasticæ, non solum in spiritualibus, sed etiam in temporalibus, quibus constitutionibus contradicere iam nequeunt Principes. Hæc autem assertio quàm verisima est, eamq; breui, asseueranter tamẽ, tradunt

tradunt M. Sotus in.4. sententiarum,distinct.25.articulo.2.conclus.6. & Episc. Couar.d.cap.31.pract. num.3.ex doctrina Innocentij in cap. 2. de maiorit. & obedient. & aliorum doctorum. Sed hoc ea potissimũ ratione confirmant, quam nos diffusius prosequemur: nã Pontifex summus, vti Christi Vicarius potestatẽ ab ipso domino accepit,ad regendos Christi populos,pascẽdasq; Christi oues, in his omnibus, quæ ad salutẽ necessaria erunt, & ad Christi, Deiq; cultum spectant. Idq; etiã tum in spiritualibus, tum in tẽporalibus, quæ tamen ad spiritualia annexa, & necessaria sint. quod certè dogmahac quæst.in probatione prioris propositionis, cõprobaui, & sacris testimonijs,& cõmuni doctorum catholicorum sententia, quæ nunc recensere, nõ est necessarium, sed tamen relegenda erunt,ne pars hæc destituta videatur fundamentis catholicis. Nunc verò id solum ad memoriam reuocemus, quod dominus apud Ioannẽ .21. cap.Petro dixerat:Pasce oues meas. in quo certè sermone,semper ecclesia,diuino spiritu afflata,intellexit, datam esse potestatem Petro, & successoribus in Romano,summoq; Pontificatu ad regendam ecclesiã, ita plenè, vt nullus articulus huic potestati deesse intelligatur:tũ ad verbi Dei ministeriũ,ac prędicationem;tum ad legum lationẽ,tum etiã ad coerctionem,& punitionem fidelium omnium necessariam. Quod constat multis Pontificum decretis, tũ sessione vlt.concilij generalisFlorentini,cum Eugenio.IIII.Pontifice summo. idq; ita generaliter ecclesia intellexit, vt neq; seculares, neq; Principes ab ea ecclesiæ subiectione eximantur,vt supra iam dixi. Ob id ergo censendum est potestatem hanc pontificalem extendi ad ea omnia,quæ necessaria sunt ad salutem, & diuinum cultum, etiam si temporalia illa sint,

Ratio ex sacris testimonijs,& catholicorum patrũ sententia.

Mag. Sotus. Episc. Couar. Innocentius.

Sup.num.8.& 9.& 10.

Domin. apud Ioannem.

Concilium Florentinum.

Sup. num. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sint, dũ annexa sint verè, & necessaria ad spiritualis prædicti finis salutis animarũ, & diuini obsequij cõsecutionem. Nam si aliquid horũ limitasse Deum, negassevè Pontifici diceremus, certè fateri necesse esset, defeciſſe ipsum, quẽ diuinitatis ratio ab imperfectione liberat: de quo Dauid sacer Psalmo. 103. cãtabat: quã magnificata sunt opera tua domine, omnia in sapiẽtia feciſti, cũ ergo Deus Pontifici dixerit: Pasce oues meas, certè intelligẽdus est voluisse facultatem præbere ad agendum id omne, quod ad præbẽdũ pastũ animę necessariũ, oportuerit. aliter enim quomodo pasceret gregem suũ Pontifex, si & potestas deesset, & impedimenta obstarent, in ijs, quæ ad diuinũ cultum pertinerẽt, etiãsi temporalia sint. Nã temporalia quoq; plurima ad id spectant, cũ corpore, & anima cõstemus, & vtroq; Deũ colere debeamus, & ita is, qui accepit à Deo curã pascẽdi oues suas, potest, debetq; dirigere vsum omniũ virtutum exteriorum, & interiorum. Ob id ergo decens fuit, vt Pontifices constitutionibus suis cauerẽt, vt omnes vbiq; etiã Principes ecclesiasticæ immunitatis priuilegia obseruarent: Ne Dei domus, ministriq; sacri, resq; ipsorum contẽnerentur, & vexarẽtur à secularibus: quia id in Dei contẽptum redundaret, si suis propter ipsum, reuerẽtia negaretur. & id quoq; ministri ecclesiastici promerẽtur: nã ij, qui secularium curãt salutẽ, duplici certè honore digni sunt: idest, vt, & sustẽtentur, & honorentur, vt ait Paulus. 1. ad Timoth. cap. 5. & 1. Corinth. 9.

Psalmista.

Tẽporalia ad cultum Dei spectantia.

D. Paulus.

Cõclusio rationis.

Propter quod nec valent Principes contradicere positæ cõstitutioni ecclesiæ, qua seruari immunitas, & libertas iubetur: quoniã obedire tenentur in ea re Põtifici, vt diximus, neq; aliter christiani Principes, & iudices officium præstabunt, si nec obediant, sed resistant

resistant ei, qui Christi vices gerit, & non iuuent ecclesiæ ministros, sed obstent gubernationi, nec diuinum cultũ augeant, sed diminuant, & conculcent, vt ait Bonifacius. VIII. §. vlt. cap. clerici de immunitate in. 6. Quãq; sit fœdũ ac turpe, ipsæ considerent seculares potestates, quas dominus (vt Ioãnes Papa. 96. distinct. dicebat cap. si Imperator) si fideles sunt, ecclesiæ suæ sacerdotibus voluit esse subiectas, nec sibi vendicare alienũ ius, & ministerium, ꝙ alteri deputatũ est, ne contra eum contendant abrumpere, à quo omnia constituta sunt, & contra illius beneficia pugnare videantur, à quo propriã consequuti sunt digni tatẽ. Hæc verba sunt sancti illius Põtificis. Propter hoc igitur diuini cultus studiũ, ac zelum, semper sacri Pontifices, & ecclesia viriliter restiterunt Principibus illis, qui christiani nominis obliti, ecclesiasticam immunitatẽ suis contrarijs legibus destruere conati sunt. Sic sanctissimus, prælatorũq; lumẽ insigne Cãtuariensis Epis. D. Thomas pro ecclesiastica libertate defendẽda, gladijs impiorũ occubuit. Quod (vt historiæ eccles. & Romani officij lectiones tradunt) cum impijs Regis Hẽrici aduersus libertatẽ ecclesiasticã, decretis restitisset, ipsius, & magnatũ iniustum odiũ cõcitauit, cuius glorioſa mors martyrij nomẽ, & coronã verè meruit, quoniã nonsolũ boni pastoris officium præstitit, sed & impię doctrinæ fidelititer restitit. Rex nãq;, qui edicta aduersus immunitatẽ esse rebat, facto ipso fatebatur, se non teneri intacta conseruare sacra immunitatis iura, neq; Pontifici obtẽperare: quod aduersum Fidei esse ostendimus. Sicq; veniam supplex à Pontifice summo, erroris pœnitens procurauit. Postea verò, eodẽ diuino spiritu ducta ecclesia in concilio generali Lateran. sub Leone .X. sess. 11. schedula penult. Galliæ pragmat. sanct. aduersam

60 Fœdum est Principi contraire ecclesiasticæ immunitati, & libertati.

Bonif. VIII.

Ioannes Papa.

B. Thomas Cãtuariensis verè martyr ob defensionẽ ecclesiæ.

Concil. Later.

Universidad de Deusto
Biblioteca

uersam immunitati,&libertati ecclesiæ sanctæ:quia causæ ecclesiasticæ ad Regẽ aduocabãtur,vt fidei cõtrariã,moribusq; nociuam reprobauit, vt supra dixi- *Sup.num.25.*
mus. Vbi etiã expendimus verba illa grauissima Tridentini concilij sess.25.cap.3. de reformatione. Nefas sit cuilibet seculari magistratui,prohibere,aut mã dare ecclesiastico iudici,&c.

61 Punitę nationesob violationẽ ecclesiasticę immunitatis.

Quę certè nõ sic grauiter criminis notarẽtur à Spiritu sancto,si Princeps in iudiciũ vocare ecclesiasticas personas posset, lege à se lata anteriorũ reuocatiua,ꝙ cũ diuino cultui aduersetur,sic & à patribus notatur, & diuina vltione punitur: vt eæ nationes, quas in ea re deliquisse memorauimus: Græciã, quæ Romano Põtifici Imperatorum vi,semper restitit, Turcarũq;ditioni subdita est.Galliã, & Germaniã,ꝙ Vviclephi,& Lutheri,aduersus ecclesiasticã obedientiam,& venerationẽ,somnijs crediderunt, quæ nũc sub hæresibus, & tumultibus iacent, Angliam, quæ suo Henrico capitis ecclesiastici nomen detulit,ijsdẽ miserijs,& maioribus subiacet. Has igitur diuinus ignis ferè absumpsit, qui vtinã misericordiæ flumine extinguatur,vt resipiscant, & Deo suo illæ fruãtur. Sic Hispania id à diuina misericordia cõsecuta est,vt postquã propter Vvitisæ decretũ,quiHispanos clericos à Põtificis iudicio arcebat,Maurorũ oppressionẽ sustinuit, postea B.Virginis, sanctæCrucis,Iacobiquè beati præsidio emersit, vt diximus.

62 Consuetudo non obest ecclesiæ immunitati, per se sola.

Derogari igitur Principis lege,nõ põt ecclesiastica immunitas, sed neq; contraria consuetudine populi potest tolli. Quod non solum communi doctorum sententia, verum dogma existimatur, vt notant & defendunt præcipuè Episcopus Couarrubias in quę- *Couarrubias.*
stionibus practicis, capite trigesimo, &.31.numero quinto, & Nauarrus in capite cum contingat de *Nauarrus.*
rescriptis.

rescriptis.Et D. Antoninus.3.par.tit.12.cap.3.§.5. *D. Antoninus.*
& Driedo lib.1.de libertate Christ.cap.16.Sed assertio ista multis Pontificũ decretis confirmata est,relatis à Gratiano distinct.8. Idq; statuerunt Gregorius *Gratianus.*
.9.cap.vlt.de cõsuetudine,& Bonifacius.VIII.cap. *Greg.IX.P.*
quanquam de censibus in sexto.& cap.clerici de im- *Bonif.VIII.*
munitate ecclesiarũ libro sexto, & cap.clerici de iudicijs: qui Pontifices expressè ibi asserunt, cõtraria cõsuetudine,quæ dicẽda est potius corruptela(verba sunt eorundem Pontificum) non esse in vllo violandã ecclesiasticã immunitatẽ,& libertatem.Idq; fidelibus vniuersis in sublimitate constitutis cauetur ibidem,sub graui excõmunicationis pœna, ne cuiusuis consuetudinis prætextu,eã violent. idemq; cauit Imperator authent.cassa, & irrita. C. de sacrosan. eccl. &Hisp.l.5.ti.3.li.1.Recop. cuius ratio æquissima est: quoniã aduersus obedientiam ecclesiasticam,nulla ratione se potest protegere christiana plebs,eoquod & si decreta positiua sint, vis tamen ipsorũ ab ecclesiastica potestate procedit, quæ iure diuino data est Põtifici,vt dixi in probatione propositionis.1.& ita nul *Sup.num.8.*
lum ius acquiri potest à plebe, aduersus Põtificis decreta,& immunitatẽ contra ipsius placitũ, vt paulò *Sup.num.42.*
ante dicebamus. at verò nullus Pontificũ talem consuetudinem comprobauit,sed neq; valerent, vt dicã.

Limitatio particularis casus.

Sed id omne intelligo de reuocatione totius immunitatis,& libertatis ecclesiasticæ, quia id redundaret in vilipendium diuinorum. Neq; etiam circa diuina & beneficialia, & sacramenta,quia à diuino iure pẽdẽt. atverò in particularibus casibus aliud esset:vt cũ circa ius positiuum sermo, & casus incidit: in quod cadit præscriptio, & possunt adesse rationes conuenientiæ præscribendi contra aliquam iuris dispositionem;quæ ratio dũ procedit,iusta esset consuetudo.

vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

Speciales consuetudines probãtur.

vt in cõsuetudine Siciliæ, de monarchicho imperio Regis, ex cõsensu Põtificis, etiã in ecclesiasticis. Et similiter in cõsuetudine Lusitanię, & Valẽtię de cõueniendis exẽptis ecclesiasticis, corã Rege, & eius magistratibus in ciuilibus causis. & in cõsuetudine, & concordia Aragoniæ: qua non obseruatur iuris decisio, sed ibi cõtrouersia iurisdictionũ arbitri laici, & ecclesiastici iudicãt. quæ omnes licet prima facie aliter iudicaretur, iustæ sunt, quãdo ex dissimulatione Pontificis, & præscriptione, ad pacẽ, & iustitiæ obseruationẽ expediunt. Et similiter in cõsuetudine multorũ regnorũ, & Hispaniæ: de patronatu Regio, vt maiores dignitates, & alia beneficia patronatui regis, & aliorũ laicorũ quãdoq; fubsint; & vt exteri nõ admittãtur ad beneficia, & honores regni: de quo Couar. tractat cap. 35. pract. quæ consuetudines iustè tolerantur, ad conseruationẽ regni, & piarũ voluntatũ, & quia respub. sub hac conditione cõsensit in modũ istum decimãdi: q̃ fieri potuit, quia quota decimę est de iure humano, licet sustẽtatio ministrorũ sit de iure diuino solũ, iuxta Paulum. 1. Corinth. 9. & ita temporale est, & humano iuri subditũ id quod reseruauit respub. in hoc, circa quotã, vt qui supra sustẽtationẽ, bonis reipub. fruitur, illas cõditiones patiatur. Neq; obest quod supra dixi, consuetudinẽ esse derogatã contra immunitatem, & libertatẽ ecclesiæ; quia id ius positiuum est, contra quod consuetudo habet vim, præcipuè cũ in publico hæc fiant, & possint deuenire ad notitiã Pontificis, & dissimulet. Item aduertatur non derogari reuerẽtiæ ecclesiæ, cũ generaliter seruetur per alia priuilegia immunitatis, & libertatis. Insuper postquã consuetudo inualuit in huiusmodi, quæ non repugnãt iuri naturali, & diuino, sed rationabilia sunt, & pertinent ad cõmodũ tertij, vel

vel reipub. non possunt reuocari sine cõsensu partis, quia in his consuetudinibus interest parti, & facto eo iure acquisito, frangeretur iustitiæ virtus: aliter quàm in cõsuetudine varia actuum humanorũ, vt ieiunãdi, celebrandi festa, & alia agendi, quæ mutari possunt, quia in his non acquiritur ius, neq; adest cõmodum partis. Et ita consuetudines circa modũ iurisdictionis, decimandiq; debemus ecclesiastici seruare laicis, cum rationabiles fuerint. Nec similiter debemus vim inferre, nec repugnare eius ablationi, vt probaui .q. 1. & sicut antiqui humiles prælati fecerunt, vt constat distinct. 62. & 63. decreti, & concilio Tolet. 13. vbi cap. 12. permittitur grauatis, & non auditis, vt ad Metropolitanos, vel ad regios auditus accederẽt. Vbi nota quàm antiqua sit depulsio vis in Hispania nostra. *Tolet. concilĩ.*

Renũciari nequit priuilegium cleri.

Sed vlterius admoneo, neq; partium renunciatione posse violari priuilegium clericale. quod decretũ est cap. inolita, cap. placuit. 11. quæst. 1. & per Innocentiũ. III. cap. si diligenti, & per Gregoriũ. IX. cap. significasti, de foro competenti. vbi etiã vetatur, ne vllo modo clerici se submittãt iurisdictioni seculari, sed & vlterius addidit Bonifacius. VIII. cap. clerici, de immunitate ecclesiarũ in sexto, nouius cauẽs sub grauibus pœnis depositionis, & excõmunicationis Papæ reseruatis: ne prælati, aut ecclesiasticæ personæ consentiant in se ipsis, vel in alijs in solutionem alicuius tributi, aut in subiectionem potestatis, aut iudicij secularis. Quod certè (licet in contrarium iure ciuili caueretur. l. si quis in cõscribẽdo. C. de Epis. & cler. æquissimè tamẽ statutũ est: quoniã negotiũ hoc ecclesiasticæ immunitatis, ac libertatis, & ad cõmunitatem ecclesiasticam, & ad Dei cultum spectat; & ideo nullus particularis ius habet derogandi bono, *Innocent. III.* *Gregor. IX.* *Bonif. VIII.*

Nec potest id fieri, licitè à prælato, vel subdito.

Ratio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& priuilegio huic,etiam in se ipso: eo quòd vnica tãtum eius violatio honorem diuinum, & ecclesiasticum lædit, dum vel sacra conculcari, vel ecclesiasticæ personæ, vt mediæ plebis homines potestati laicæ subdi permittuntur,quod non paruũ dedecus ministrorũ,& rerũ,ad Dei familiã spectantiũ,existeret.

63 Derogare generaliter priuilegia immunitatis, & libertatis,non licet Põtifici.

Quam ob causam hoc quoq; verissimũ in hac parte dogma censemus: Neq; Põtifici summo licere,nec liberè, nec licitè derogare priuilegijs immunitatis, & libertatis, etiam positiuo iure cõcessis vniuersis, nec permittere cõsuetudines cõtra rẽ huiuscemodi. quod nonsolum defendit Cardinalis in cap.perpendimus de sententia excõmunicationis, & alij iuristæ cõplures id tuentur,sed Episc. Couar. dicto cap. 31. pract. num.4.&.5.id ingenuè fatetur.quod certè catholicis principijs,ab ecclesia receptis,quæ de legum reuocatione nos supra attulimus, consonũ est. Nam nos quidẽ Põtificis potestatẽ,& authoritatẽ fatemur, sed tamen & si diuinorũ sit dispensator, tamẽ nullã, ad dissipandũ ea ipsa, potestatem accepit, vt testis est Paulus. 2.ad Corinth. cap. 10. & ideo ab huiusmodi reuocatione abstinere ille debet,quoniã in diuinũ decus, & christianæ reipub. apertã euersionem talis reuocatio redundaret. nã quid quæso inconueniens exurgeret,& quantũ scandalũ afferretur ex eo, quod videremus cõculcari sancta,tẽplorumq; immunitatẽ violari, ad iudicia secularia trahi Dei ministros,illos exactionibus, sicut de plebe quosuis vexari? certè id melius barbaris,aut hæreticis,quã catholicis cõueniret. idq; si permissione Põtificis fieret, quid peius? q̃ absit. Datur tamẽ Pontifici,posse in aliquibus casibus dispẽsare in ijs ecclesiæ priuilegijs,quãdo ratio,& tẽporũ cõmoditas ita patiatur.quoniã dispẽsator est,vt ait Paulus. 1.ad Cor.4.mysteriorũ Dei:& in his,quæ iuris

Ratio.

Cardinalis.

Episc. Couar.

Sup. num. 45.

D. Paulus.

Pontifex in aliquibus prædictis priuilegijs dispẽsare, aut dissimulare potest.

D. Paulus.

iuris sunt positiui, valet dispensare rationabiliter, q̃ quidẽ etiã permittit Bonif. VIII. d. c.clerici de immunitate ecclesiarum in sexto, ex licentia sedis Apostolicæ aliqua prætermitti posse priuilegiorũ ecclesiæ,q̃ ex aliorum doctorum sententia tradit Couar. dicto loco; dum tamen, inquit ille, moderatio adhibeatur, nam illa excepta nihil tale permitti deberet à Pontifice, & ecclesiasticis viris. Neq; generales illæ consuetudines quarundam Prouinciarum Episcopo Couar.neq; mihi placent:& quod maioris est momẽti consiliarij Pontificis decis. 840. eas reprobarunt: videlicet & Anglorũ,& Gallorũ,& aliarum prouinciarum itẽ vsus, quo clerici sæpius,ac passim conueniuntur coram iudice seculari. id enim quod ibi permittitur,& disponere etiam, præcipuè in beneficialibus (quæ iure diuino eximuntur) vt fertur, generaliter loquendo probare non possum.sicuti neq; videtur iã necessaria consuetudo dicta(licet iusta absolutè sit,vt dixi) Aragonũ: de qua Belluga in speculo Principũ.§.videndum num.12.& Lusitanorum: de qua in ordinamento regio.lib.2.tit.1.vt exempti prælati in omnibus ciuilibus conueniantur coram regalibus iudicibus, quia vbi adest Nũcius Apostolicus in regno, id non est necessarium, nec est decens ecclesiastico statui, neq; supra dictis fundamentis arridet. cæterum cum hæc sint iuris positiui, nocet cõsuetudo.aliud est in emphiteoticis,super quibus de iure clericus,etiam cõuenitur coram domino feudi. c. verum de foro comp.cap.cæterùm de iudicijs.& hæc videtur interpretatio legum illarum.

Bonif. VIII.

Couarrubias.

Consuetudines qualiter obseruari oporteret.

Decisio Rotæ.

64 Priuilegium ecclesiæ,cõtra percutientes clericos.

Sed postquam generaliter tractauimus de huius ecclesiasticæ immunitatis, & libertatis fundandis priuilegijs: quo scilicet iure illa constent, iam nunc in particulari examinanda, & enumeranda sunt ea

Universidad de Deusto
Biblioteca

sacra priuilegia. Primũ autẽ se se offert insigne illud (quod vocamus) canonis decretum: quo scimus percutientes clericos, aut monachos; vel manus violentas in illos, cũ damno, vel dedecore inijcientes, anathematis vinculo subiacere, cuius absolutio Papæ reseruatur. Hoc ergo inuiolabiliter ab omni ecclesia seruatur, cõstitutumq; est per Innocentium. I I. in cap. si quis. 17. quæst. 4. vbi dicitur: si quis suadente diabolo huius sacrilegij vitium, vel crimen incurrerit, quod in clericum, vel monachum violentas manus iniecerit, anathematis vinculo subiaceat, & nullus Episcoporum illum præsumat absoluere, nisi mortis vrgente periculo, donec Apostolico aspectui præsentetur, & eius mandatum suscipiat. Idemq; decretũ est per alios Pontifices, quos refert Gratianus eodem loco, & per Alexandrum. I I I. cap. non dubium de sententia excõmunicationis. & per Bonif. V I I I. cap. vnico de vita, & honestate clericorũ, & de clericis coniugatis in sexto. priusq; id decreuit Fabianus Papa epistola. 2. ad Episcopos Orientales, quæ habetur. 1. tomo conciliorũ. eaq; decreta renouata sunt per Trident. concilium sess. 25. cap. 20. de reformatione; de quo etiam articulo, & eius explicatione tractãt D. Thomas in. 4. sententiarum distinct. 18. vbi & doctores cæteri. D. Antoninus. 3. sua par. tit. 24. cap. 1. M. Sotus in. 4. distinct. 22. quæst. 2. artic. 3. Doctor Nauarrus in manuali, cap. 27. à num. 75. ad. 92. Episcopus Couar. in practicis quæst. cap. 31. num. 4. & à num. 6. cap. 33. Sumistæ doctores titulo clericus, & excõmunicatio, præcipuè Siluester. 6. eo verbo.

Innocent. II.

Alexand. III. Bonif. VIII.

Fabian. Papa.

Trid. Concil.

D. Thomas.

D. Antonin.

M. Sotus.

D. Nauarrus.

Epis. Couarr.

Sumistæ.

Sylueſter.

Iure diuino protegũtur clerici ab iniuria.

Sed & maiori fundamento resista nititur, quod Psalmo. 104. declaratur, vbi erga antiquos Prophetas dicebat dominus: Nolite tangere Christos meos, & in Prophetis meis nolite malignari. & apud Zachariã capite

Psalmista.

Zacharias.

cap. 2. hæc dicit dominus omnipotens, post gloriam misit me ad gentes, quæ spoliauerunt vos: qui tetigerit vos, quasi tangat pupillã oculi eius. vbi Hieronimus vtrũq; testimoniũ de antiquis, & noui testamẽti Dei ministris intelligit. sed & hoc ipsum iã supra probaui, cũ ostendi iure diuino cõstitutã esse immunitatẽ, & libertatẽ ecclesię, in ijs quę spiritualia sunt, atq; adeò infertur percussionẽ ministrorũ Dei violare immunitatẽ illã, iure diuino introductã: quoniã indemnitas hæc, & veneratio ministrorũ Dei, ad spiritualia pertinet munera, quæ iure diuino exẽpta esse diximus, à seculari potestate: quoniã horũ munerum administratio fieri nequit quietè, & pacificè, si Dei ministri cõculcẽtur, & lędãtur, à quibus uis. deinde, quis dubitat iniurias clericis factas, in Deũ referri? sicq; iniuriatores, in Deũ sacrilegi sunt. ob idq; dicebat dominus Lucæ cap. 10. Qui vos audit, me audit: qui vos spernit, me spernit; qui autẽ me spernit, spernit eũ, qui me misit. Itaq; percutiens, vel vexãs clericos, turbãsq; ex eo potestatẽ, & administrationẽ ecclesiæ, delinquit aduersus immunitatẽ, & libertatẽ ecclesiæ in spiritualibus, quã iure diuino introductã esse diximus. præter quã & violatio præcepti de nõ lædendo proximo, aduersa est diuino iuri, Exodi. 20. & Matthæi. 22. expresso. & crimẽ non effugeret iniuriator, quãuis iure positiuo constituta sit cẽsura illa, vt notauit Couar. supra num. 4.

Supr. num. 53. & 54.

D. Hieronim.

Domin. apud Lucam.

Exod. & Mat.

Limitatio in causa vis.

Sed meminisse oportet eorũ, quæ dixi quæst. 1. non incurri in canonem ex eo, quod Princeps vim tollat, etiã si rigurosè agat: quia vetatur percussio cũ iniuria, & à tollẽte vim nõ fit iniuria, sed vtitur ille iure defensionis naturalis, quo iure licet apponere media necessaria, vt est exclusio à regno, & solutio expẽsarũ, quæ licita sunt in ratione medij ad defensionẽ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt turbulenti excludãtur à repub. & vt alij timeãt eã turbare,& vt prelatus,qui fecit malè litigare,restituat sumptus, ℣ Deus iubet. At verò id nõ est pœna, quia nõ est aliquid vltra aliàs debitũ, neq; est cõdẽnatio, quia laici nõ sunt iudices ecclesiasticorũ,sed tantũ dimus eis.q. 1. posse apponere media in causa vis,etiã rigurosa necessaria,nõ vltra iudicare, nec cõdẽnare, vt dixi hac quæst. ℣ voluit doctor Gutierrez lib. 1. pract.quæst. 20. licet in propriè cõcedat cõdemnatio nẽ in expẽsis ecclesiastici, à seculari,in causa vis.

65 Declaratur priuilegium exemptionis clericorum à iudicio seculari.

Est ergo aliud ecclesiasticæ libertatis priuilegiũ, quo clerici omnes, & præcipuè in sacris constituti, ac Põtifices liberi sunt à potestate,& iudicio seculari. Hoc autẽ primũ constat Pontificũ multorum decis. 11. quæst. 1. & titulis de iudicijs, de foro comp.& præcipuè per Fabianũ.I.epist. 1.&. 3.c. 2.& Anacletum epistola. 1.cap. 3.& Stephanũ epist. 2.qui patres in initio ecclesiæ id statuerunt,& ex traditione Apostolica decretũ suũ cõfirmarunt. quod postea decreuit etiã Eugenius,cap.decernimus,& Lucius.III.c. clerici,cap. at si clerici, & Innocentius. III. capite qualiter,de iudicijs, & Bonifacius.VIII.cap. vnico de clericis coniugatis.cap.seculares de foro comp. in sexto,quæ decreta abrogata nõ sunt, sed potius cõfirmata per Trid.conciliũ sess 25.cap. 20. de reformatione. Insuperq; declaratũ est, iudices se immiscẽtes clericis iudicãdis, in excõmunicationẽ canonis incurrere;præcipuè si illos cõprehendant,per Innocẽtiũ.III.c. nuper de sententia excõmunicationis, & cap. 1.&. 2.de foro comp.Quod etiã Imperatores,& Reges,suis legibus,etiã religiosè cauerũt. quorũ complura refert Gratian.distinct.63.&.96.&. 10.& Nicolaus I.epist. 3.adMichaelẽ Imperatorẽ idq; habetur in.C.titul.de Episcopis,& clericis in authẽtica,vel.l. statuimus,

Pontifices.
Fabian. Papa.
Anacl. Papa.
Stepha. Papa.
Eugen. Papa.
Lucius.III.P.
Innocen. III.
Bonif. VIII.
Trid. Concil.
Innocent.III.
Nicolaº. Papa.
Ciuiles leges.

statuimus,& authẽt.vel.l. cassa.C.de sacrosanct. eccl. per Fredericũ Imperatorem,& per Valentinianũ,& Martianũ l priuilegia.in Regno item Hispaniæ religiosè hoc obseruatur,& cautũ est part. 1.tit.6.l.57.& Recop.lib. 1.tit.3.l.5.&.13.De eaq; re iuris canonici doctores multa tractarunt cõplures,à quibus nunc ego abstinebo,quoniã ad theologũ nõ spectant,lectorẽ verò remittimus ad lectionẽ Episc. Couar. à cap. 31. pract.à num. 3.vsq; ad caput. 35.qui & aliorũ doctorũ,& tractatuũ meminit.nec theologi tamẽ iã supra relati,eius rei obliti sunt,quin nostrã propositionẽ defendãt. Aduertẽdum est tamen, iuxta doctrinã supra relatã Episcopi Couar.cap. 31. num. 2.& Magistri Soti in quartũ distinct.25. quæst.2.artic.2.cõclusione. 2.quædã huius exemptionis capita à iure diuino pẽdere,quædam verò ab humano: nam ea quidẽ, quæ spiritualia sunt,diuino iure eximuntur à iudicio seculari; causas verò temporales humana cõstitutione eã exemptionem obtinere probaui supra. Et ita causæ pertinentes ad constitutionẽ ministrorum ecclesiæ,&administrationẽ sacramẽtorũ,primi sunt generis; secundi verò erunt illæ, quæ ad bona,& punitionem criminum spectant. Et licet volũtati Dei placeat, vt statuatur exemptio, vt dixi, tamẽ non est apertum præceptum in sacra scriptura: nã illud Psalmi: Nolite tangere Christos meos,&c. de iniuriosa manuum iniectione intelligitur, quam supra vitandam esse dixi,vt quippe sacrilegiũ contra legem Dei. non verò de re iurisdictionis intelligitur,quia ibi nõ adest iniuria. immò supra dixi Paulum appellasse ad Cæsarem,& ita non frangitur in ea re ius diuinum. Sed tamen generali constitutione Apostolica, quæ ad causas clericorum pertinẽt, exempta sunt omnia, vt dixi, à seculari iudicio: exceptis quibusdã casibus,

Doctores,
Epis. Couarr.
Theologi sup. nu.51.&.52.

66 Quædam diuino, quædã humano iure constant circa exemptionẽ clericorum à iudicio seculari.

Epis. Couar.
M. Sotus.
Sup. num. 53. 54.55.

Excepti casus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

de quibus supra quæstione prima, propositione tertia egimus, quorum quidam ordinarij, quidam ad vim spectantes sunt. De causæ etiam possessoriæ, & aliquando decimalis exceptione lege Couarrubiam capite trigesimo quinto practicarum. Item ad pacē Reipub. licet clericos in flagranti comprehendere, intra. 24. horas remittēdos; & punire relaxatos. Sed repelles hæreticos, qui causas ecclesiasticas ad secularia tribunalia pertinere, impudēter asseruerūt. vt Ioānes Vvicleph, & Hus, & Marsilius de Padua, & Ioānes de Landino, qui damnati sunt ab ecclesia in Cō stantiensi concilio, sessione octaua, & vndecima, & in extrauagantibus Ioannis vigesimi secundi, alijsq; à nobis citatis iuribus. Etenim quamuis verum sit fideles non debere effugere iudicium secularium potestatum, sed in ea vocatione, qua quis vocatus sit, siue seruus, siue liber, debeat permanere, vt ait Paulus primæ ad Corinthios septimo; nec fideles debēt spiritualem libertatem, qua Christus nos liberauit à peccatorum vinculis, vt idem ait ad Galatas quarto, plus æquo extendere, vt velamen malitiæ fiat, vt Petrus quoq; cauebat primæ epistolæ capite secūdo, sed obedire debent secularibus etiam potestati, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam, vt ad Romanos decimo tertio dicitur; nihilominus tamen & euitare debent lites, vt idem quoq; Apostolus primæ Corinthiorum sexto monebat, vel amicabiliter perfinire, Et in ecclesiasticis quidem cedat omnino necesse est potestas secularis, ecclesiasticæ, quæ à Deo immediatè procedit, dicente domino ad Petrum: Tibi dabo clabes regni cœlorum. secularis verò licet à diuina prouidentia sit, Prouerbiorum octauo, tamē mediatè à Deo; immediatè verò per Rempublicam datur, vt benè notauit magister

Sup. quæst. 1. num. 37. & 38.

Hæretici damnātur.

Concil. Constā.

Christiani nō effugiāt subiectionē.

D. Paulus.

D. Petrus.

Lites fugiant.

D. Paulus.

ster Sotus in argumento secundo post secundam cō clusionem, loco citato, & ita causæ pertinentes ad ecclesiasticam potestatem, nullo modo obruendæ sunt, neque vsurpandæ à seculari, quæ longè inferior est illa. de cuius potestatis, & exemptionis fundamentis, iam supra tractaui, cum & iudicia ecclesiastica vetita esse Principibus, & immunitatem omni iure certam esse dixi; Ne sacri Dei ministri, qui iudices spiritualium sunt, parui penderentur, & tanquam vnus de plebe, ad secularia iudicia traherētur.

Sup. ānu. 23. & 53.

Ratio.

67

Quæ causę subsint iudicio ecclesiastico.

Vt autē nonsolum constet ecclesiastica libertas ministrorū Dei, sed vt ipsos probemus iudices esse cæterorum fidelium, hæc breui adnotato. primum clericorum omnes causas, atq; ecclesiarum ad ecclesiasticos prælatos pertinere dicimus. quod probatur & ecclesiastica traditione, & iuris canonici decisione, titulis de iudicijs, & foro competenti, & præcipuè per Alexandrum. III. capite quando, & capite at si clerici, & Innocentium. III. capite nouit de iudicijs, & in Tridentino concilio passim decretis de clericorum reformatione, & visitatione ecclesiarū. Secundo dicimus, in causis omnibus ad sacramenta, & sacramētalia pertinentibus, ecclesiasticos prælatos fidelium proprios iudices esse. quod præcitatis iuribus constat, & præcipuè per Tridēt. concilium sess. 24. canone duodecimo. & per Eugenium Papam capite decernimus de iudicijs. & per Ioannem Papam capite si Imperator, nonagesima sexta distinctione: qui sacra, & clericorum causas à sacerdotibus discuti debere affirmāt. tertio etiam dicimus causas quasdā mixti fori esse quæ iuris permissione, à præueniente iudice seculari, vel ecclesiastico examinantur, quæ de rebus potius secularibus, quam ecclesiasticis sunt, à quarum tractatione cessandum est

Pontifices.

Trident. Conc.

Eugenius Papa.

Ioannes Papa

Universidad de Deusto
Biblioteca

theologo in præsenti. de quibus agit episc. Couarrub. *Episc. Couarr.* in practicis & varijs quæst. An vero de hoc numero mixtorum casuum, vel ad secularem potestatem pertinens sit causa possessionis, non constat per Pontifices; sed varia est doctorũ opinio. de quo lege Couarrub. sup. & Nauarrum. cap. cum cõtingat de resc. *Nauarr.* remed. primo. & Ioãnem Garsiam de nobil. glos. 9. *Ioann. Garſ.*

Casus iudicij ecclesiastici in Principũ iudicia.

per. l. 10. tit. 1. lib. 3. Recop. Hispaniæ. Tandem dicimus in causis secularibus directe, prælatos iudices non esse: at cum iudices seculares officium suum nõ præstãt, vel iniustè, aut tyrãnicè agunt, cedit res sub cura, & iudicio prælati. q̃ primum patet expressa decisione Innocentij. III. cap. licet de foro competẽti. & prius id decretum erat per Fabianum Papam epistola. 3. cap. 2. & per Anacletum epistola. 1. cap. 4. quæ refertur. 2. quæst. 6. cap. omnis oppressus. Deinde id constat ex supradictis circa ecclesiasticam potestatem, quam non solum in spiritualia, sed & in temporalia, si ad salutẽ animæ necessaria censeatur eorũ expeditio, datã à dño esse Pontifici, & ecclesiæ suæ probaui. & ita ne in ecclesia inordinatio vlla, tyrannis, aut iniusta oppressio contingat, quibus inquieti fideles à recto itinere in cœlestia retardentur, censetur à domino datam esse illis potestatem iudicandi de hisce rebus, quoniam ad spiritualia reducũtur. & cum dñs in operibus suis sit perfectus, nihil quod ad ædificationem ecclesiæ sit necessarium, omisit prę-

latis concedere, vt testatur Paulus ad Ephesios. 4. & *D. Paulus.* ita notetur quæso, quã sit rationabile vim ecclesiasticam à Principe, & secularẽ à Pontifice tolli: quia non bene respublica gubernaretur si omninò essent exempta capita nostra sine vllius generis posibili remedio. & certè consonum est rationi diuersorum statuum capita inuicem curare de vi alterius status:

Nota exemplum vis tollendæ.

alieni

alieni enim solent magis de alienis malis, & defectibus condolere, vel zelo remedij affici.

68

Clericorum bona libera sunt à tributis.

Prædictis vero priuilegijs personarum ecclesiasticarum, aliud est consequẽs: nẽpè facultates clericorũ liberas esse à tributis, & exactionibus secularium. Quod quidem arctissima Pontificum constitutione *Pontifices.* firmatum est, vt cap. tributum. 23. quæst. 8. ex Vrbano Papa epistola. 1. ad vniuersos episcopos, quæ habetur primo tomo conciliorũ. decretũ quoq; est per Innocentium. III. cap. quia plerique; de immunitate ecclesiarum, & per Alexandrũ. III. c. quia nonnulli, & Bonifacium. VIII. cap. clerici, & capite eos qui, eodem titulo in sexto, & per Benedictum. XI. in extra uaganti communi: quod olim; & per Clemẽtem. V. cum concilio Vienensi, clementina vnica de immunitate ecclesiarum, idq; sub excommunicatione Papæ reseruata decretum est, per dictum Bonifacium VIII. dicto cap. clerici, prohibentem clericis, ne in huiusmodi exactiones consentiant; & sub eodem excommunicationis vinculo arcentur seculares, ne super huiusmodi vrgeant clericos, per eundem in cap. quanquam de censibus in sexto, & per dictam Clementinam. idem quoq; seculares Principes catholici in suis regnis sanxerunt, vt docet episc. Couarr. in. d. *Epiſc. Couarr.* cap. 31. num. 9. vbi de hac re luculenter tractauit, & magister Sotus in quartum distinct. 25. quæst. 2. *Mag. Sotus.* articulo secundo, conclusione tertia, & Doctor Medina quæst. 15. de restitutione. D. Antoninus ter- *Doct. Medina* tia parte titulo duodecimo, capite tertio. §. secundo, *D. Antoninus.* & quinto, & capite quarto; Syluester verbo gabella secundo, & verbo immunitas numero vndecimo, *Syluester.* & decimo octauo, & egregiè de hac re scripsit D. Gregorius Nazianzenus duabus orationibus, altera ad Helenum de monachis; & altera ad Iulianum *D. Greg. Nazianzenus.*

tributorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

tributorum præfectum: vbi multis reprehendit con tendentes à monachis, & clericis hæc tributa exige re. similiaq; multa ex patribus adducit Gratianus. 2 3. quæst. 8. præcipuè capite cõuenior, ex D. Ambrosio. quidquid in contrarium statutum esset. l. neminem C. de sacrosanctis ecclesijs. Idq; certè tum valdè rationabile est, tum sacris scripturis cõforme; quoniã cum Dei ministri, & Deo inseruiãt, ad dominiq; sui dignitatem pertineat, ne paupertate, exactionibusq; grauentur; tum etiam cum spiritualia ministrent secularibus, potius decet secularium carnalia metere, vt dicebat Paulus. 1. Corint. cap. 9. ideſt, vt fidelium oblationibus sustententur magis, quàm ab ipsis, exactionibus opprimantur. & ita, vt supra iam dixi, Dñs 17. cap. Matth. significauit decere in hac re liberos esse Dei filios, & ita etiam gentes omnes diuino afflatu, cœliq; prouidentia ministris templi hanc prærogatiuam concesserunt, nullum ab eis tributum exigentes, vt apud Ægyptios statutum fuisse narratur Genesis. 47. quod & Rex barbarus omnibus Dei tẽpli ministris ita edicto suo cõcessit primo Esdræ. 7. ad exemplũm scilicet nostrum. sed notabis: non propter hoc reprobãdas esse leges, & cõsuetudines Principum circa bona clericorũ: quibus circa successionẽ abintestato, vel ex testamento disponitur. etenim, cum hæc de iure humano sint, certis conditionibus acceptari potuerunt, ac præscribi. præcipuè, cum de tẽporalibus per se hæ leges sint, nec in dños bonorũ directè agant. Idẽ est in legibus & consuetudinibus contributionũ cõmunium, etiã clericorum: circa cõmuniter vtilia reipubl. ad quæ etiã nobiles partẽ cõferũt: vt advias, & põtes, fontes, & alia: Itẽ in gabellis, ex bonis, quibus cõtrahitur: in his enim æquum est omnes pati damnũ, ad quos etiam lucrum peruenit;

Ratio ex sacris scripturis.

D. Paulus.

Genesis.

Limitatio.

& bona

& bona contractu acquisita non debent esse priuilegiata, nec reputari ecclesiastica; & sub hac ratione respublica consensit in exemptione clericorum de iure positiuo. Insuper neq; prædicta exceptione excluditur licitum esse ecclesiasticis fauere Principibus ad communes necessitates: voluntariè, vel ex præcepto prælatorum, vt ad bona opera. quia ad id tenemur, & præcepto pastorum obligari possumus: vt probabo nostro libro de eleemosyna, & si per modum obligationis, & tributi ex parte Principum, id vetetur ab ecclesia.

69 Clericis primæ tõsuræ, quod priuilegium concedatur à iure humano?

Sed vt nihil huic tractationi desit, ꝙ non saltem attigisse videamur, oportet etiã animaduertere; hæc, quæ de priuilegijs clericorum diximus hucusq;, intelligenda primo loco esse, de ordinatis in his ecclesiæ gradibus, quos dominus ad suæ ecclesiæ ministerium esse constituit, præcipueq; de ordinatis in sacris ordinibus. At quæstio non parua est de inferioribus ecclesiæ ministris primæ tonsuræ clericis, à quo inferiori gradu, ecclesiæ institutione, cautũ est, in Dei sortem, & in clericatu computandos censeri, iuxta caput cleros. 2 1. dist. desumptum ex D. Isidoro lib. 7. Etymol. cap. 1 2. De his ergo dicimus iure humano datũ esse, vt priuilegijs libertatis ecclesiasticæ gaudeãt, ꝙ ad forum attinet, & ꝙ attinet ad canonẽ. Dũ tamẽ aut beneficiũ ecclesiasticum obtineant; aut tonsuram, & habitum clericalem gerant, & simul alicuius ecclesiæ seruicio ab Episcopo deputentur; Etiam si coniugati sint, dum prædictas conditiones habeant, & cum vnicis fuerint coniugati; non aliter. quod omne statutum est nouiter per Tridentinum concilium sess. 2 3. cap. 6. & per Bonifacium. V I I I. cap. vnico de clericis coniugatis in sexto. de hisq; fusius tractauit Episcopus Couarrubias

Concil Trid.
Bonif. 8.
Couarrubias.

à dicto

Universidad de Deusto
Biblioteca

à dicto cap. 31. practicarum, ex num. 4. vsq; ad. c. 35. & doctores omnes præcitati circa priuilegium cano *Doctores.*
nis, & exemptionis iudicij, qui hanc prærogatiuam clericis primæ tonsuræ merito datam esse censent, vt omnibus ad Dei cultum cõuenientibus ministris honor deferatur ob Dei reuerentiam.

70 Clerici obseruare tenẽtur ea, quæ in legibus ciuilibus sint, id ius naturale spectantia.

Nec hoc loco prætereundum est quod docte ma- *Mag. Sotus.*
gister Sotus loco citato cõclusione quarta aduertit, clericos scilicet, & si fori priuilegio gaudeant, ideoq; absolutè secularibus legibus non teneantur. Tamen necessario debere obseruare multa, quæ in illis reperiuntur, quæ referuntur ad ius diuinum, & naturale. quoniam ad hæc diuina, & naturali lege omnes obligantur. sit exemplum in venditione, & pretio rerũ, si ecclesiastici velint pluris vendere, quam pretij taxatio permittit, tunc facerent contra ius naturale: quoniam iure naturali prohibetur venditio vltra pretium iustum; at iure gentium, & constitutione rei- *Iura gentium.*
publicæ, & Principis, vel communi vsu taxandum est tale pretium, quoniam id exigit ius naturale, & diuinum, vt communis doctorum consensio in cõtractibus tenet. & ita de primo ad vltimum sequitur, delinquentes contra illam legẽ, etiam si clerici sint, non effugere peccatum contra ius naturale, & diuinum iniustitiam vetans. Idq; intelligendum est de clericis contentis in eo regno, cuius est lex, quoniã taxatio pretij in iurisdictione legislatoris cõtinetur. & ita verificatur, q̃ Sotus supradixerat, leges Hispaniæ Hispanos clericos magis obligare, quam Gallos. & sic in similibus. Similiter in alio exemplo idem docet Episcopus Couarr. in cap. 33. practicarum in *Episc. Couarr.*
fine, num. 7. si prohibita per secularem legem arma deferantur à clericis, poterit, sine canonis censura, iudex secularis, illa à clericis auferre: quoniam & ad

& ad ablationem vis id pertinet: & quoniam prohibitio illa generalis fertur super arma ipsa, quæ clericali tonsura non gaudent, ita vbi fuerint inuenta, vendicari possunt à Principe, ne detur locus turbulentiæ. item etiam quoniam lex illa quodammodo clericos comprehendit, propter iuris naturalis, & gentium exigentiam: his namq; suademur, vt omnia sint in republica, ad pacem, & gubernationem optimam accommodata; temporalia autem clericorum bona, cum in eadem republica sint, hanc regulam non excedunt.

71 Priuilegium ecclesiasticæ immunitatis sacrorum explicatur, & Basilicarũ

Postremum, neq; inferius sanctæ ecclesiæ priuilegium explicandũ est. postquam enim de libertatis ecclesiasticæ casibus disseruimus, qui personas, ac bona clericorum contingunt; agendum est iam de immunitate sacrorum, quæ ad tẽpla, cæteraq; res sacras spectat, id enim interest inter immunitatem, & libertatem, vt notarunt Caietanus in. §. vlt. verbi im- *Caietanus.*
munitas in suma, & Couarr. nu. 1. c. 20. lib. 2. variarũ *Episc. Couarr.*
Assertio. resolutionũ. Primũ ergo in hac re asserimus: sacrorũ templorum immunitatem merito quidem esse seruandã, ita vt sacris nulla irreuerentia irrogetur, & tẽpla loca sint, ob Dei reuerentiam ita immunia, vt ad ea confugientes, etiam delictorum patratores, liberentur à malis, & supplicijs: Id tamen humano iure, conformi tamen ad diuinum, & naturale constitutum esse, constat ex paulò ante iam dictis, cum ge- *Sup. à nu. 51. ad. 58.*
neraliter distinximus, quæ iure diuino, quæue humaProbatio. no ecclesiastica priuilegia constituta sint. Nunc autem probanda nobis hæc pars erit. eam ergo in euãgelica lege inuiolabiliter constituerunt, non solum Pontifices titulis de immunitate ecclesiarũ, & homicidio, & in decreto. 17. quæst. 4. sed Imperatores codice de sacrosanctis eccles. & ijs qui ad ecclesias, &c.

inno-

Universidad de Deusto
Biblioteca

innouataq; sunt per Tridentinū concilium sess. 25. cap. 20. de reformatione. Idq; præcipuè statuit Innocentius. III. in capite inter alia de immunitate ecclesiarum; de hacq; quæst. scripserunt D. Antoninus. 3. parte cap. 3. tit. 12. Et Episcopus Couarr. lib. 2. variarum cap. 20. & Sylvester, ac sumistæ doctores titulo immunitas, & iuristæ expositores in prædictos iuris vtriusq; titulos. Qui doctores & assertionē istā cōprobarunt, & iuris, ac consuetudinis exceptiones exposuerūt. præcipueq; Couarrubias loco citato, qui & explicat, atq; extendit immunitatis huius plures casus, ex iuris decisione deductos. Nos quoq; posteriori conclusione præcedentis quæstionis cū de vi tollēda ageremus, sumam iuste exceptorum casuum, ab hac immunitatis regula collegimus, de quibus etiā hac quæst. meminimus. à quorū diffusa explicatione abstinere decreui, ne iuris doctoribus, quæ sua sunt, theologus vsurpare videatur. q̄ nunc autem contēdimus persuadere fidelibus, Principibusq;, ac magistratibus præcipuè est, quantū sit illis curādū ne ab vllo vnquam, sacrorum immunitas violari contingat.

Trident.
Innocentius. 3.
D. Antoninus.
Episcopus Couarrubias.
Sylvester.
Sumistæ.
Iuristæ.

Sup. q. 1. nu. 36. & 38. & hac quæst. nu. 50.

72 Ratio immunitatis ex sacris scripturis.

Quoniam in hoc cultu non certè lapidibus propter se, sed Deo reuerētia exhibetur, qui ideò sibi accepta refert ea, quæ erga sacra sua gesta fuerint. tanta est enim diuini numinis maiestas, vt non solum Deum ipsum, sed & scabellū pedum eius, & omnia, quæ ad ipsum pertinent, adorare debeamus, vt reuerenter Dauid sacer psalm. 98. dicebat: Exaltate dñm Deum nostrum, & adorate scabellum pedum eius, quoniā sanctum est. Nec ob hoc solum, sed vt gentes confiteantur nomini illius magno, quoniam terribile, & sanctū est. quasi diceret, grauia supplicia pertimescere debere illum, qui sacra Dei templa, cæterave alia, quæ ad eius cultum spectant, conculcare, aut violare præsumpserit; quo facto ingens scelus, ingētiaq; supplicia violator incurrit, & expectet. quæ certè Dei flagella expertus Eliodorus ille. 3. Machab. cap. libri. 2. quòd iussu Antiochi Regis in Hierosolymorū tem plum irruisset, aptissimā quidem, ore barbaro, huius rei protulit rationem, dicens: Nam ipse, qui habet in cœlis habitationē, visitator, & aditor est loci illius, & venientes ad malefaciendū, percutit, ac perdit. hęc ille. cuius etiam impius Rex, qui in eiusdem diuini templi diuitias irruerat, vt eodem lib. cap. 5. narratur, paruo interiecto tempore maximas sui sceleris pœnas luit; de hocq; sequenti cap. 9. scriptum est, cum se, dissoluto exercitu, & vi inimicorum effugato, corporisq; proprij cruēto dolore, venenosisq; morsibus afflicti, desperata salute, & in aliena terra positum videret; diuina monitus plaga, cæpit ex graui superbia eductus ad agnitionē sui venire; & malum id omne à diuina manu prouenire fassus est, ob sua in templū Deo sacrum commissa scelera. & ita eiusdem historiæ mentionem faciens sacer scriptor, de malis inquam Antiochi istius scribens lib. 1. Machab. cap. 6. hæc eiusdem Antiochi refert verba: Nunc verò reminiscor malorum, quæ feci in Hierusalem, vnde & abstuli omnia spolia aurea, & argentea, quæ erant in ea; & misi auferre habitantes Iudæam sine causa; cognoui ergo quia propterea inuenerunt me mala ista, & ecce pereo tristitia magna in terra aliena. hæc ille. Sed vt efficacius suadeam, quod intēdo, aliqua ex sacris litteris alia testimonia, dictis adiungam. præmittens prius ea, quæ paulò antea dicebam: immunitatem templorum iure diuino nō esse constitutam, neq; naturali: quoniam & si vtroq; illo iure Deum esse colendum sciamus, tamen an hoc, vel alio modo colendus sit, non vsquequaq; declaratū est in re

Pſalmiſta.

Authoritas sacra, qua non quidē cōstituitur, sed insinuatur, & fulcitur immunitas in noua lege.

Machabæorū sacra exēpla.

O ista;

Universidad de Deusto
Biblioteca

ista; nisi legis positiuæ constitutiones attendas; & si lege veteri, ceremoniæ, & iudiciorũ formæ, circaré istam constitutæ fuerint à Deo, illas tamen cum suo sacerdotio expirasse Paulus ad Hebræos fatetur, sicq; *D. Paulus.* lege humana solum id constat efficaciter; à diuinis tamen & antiquitatis monimentis petita, ac confirmata, vt expendit optimè Couar. loco citato num. *Episc. Couar.* 2. Vt autẽ immunitatis lex positiua iusta, & diuinis monitis conformis verè appareat, ad memoriam reuocemus, quæ dominus ipse, ad nostrã vtiq; eruditionẽm, vt ait Paulus. 2. Corinth. 10. scribi iussit, ita- *D. Paulus.* queín veteri lege Dei iussu Moyses præcepit ciuita- *Moyses.* tes quasdam, refugij causa, designari; quæ protegerẽt delinquentes, qui ad eas confugerent, vt cõstat Nu- *Numerus.* merorũ. 35. & Deuter. 19. & Iosuæ. 20. illudq; nota- *Iosuæ.* bis ex dicto cap. 35. Numer. ciuitates illas refugiorũ Leuitis, ad habitandum, inter cætera eorum oppida, datas fuisse. vt significaret Spiritus sanctus, hanc refugij prærogatiuam, non cuicunq; ciuitati concessam esse sed habitationi Leuitarum solummodo, tãquam domui ministrorum Dei. Ea verò refugij authoritas, quæ ciuitatibus dabatur, templo Dei per excellentiam conueniebat. & sic non directè expressa erat, sed supponebatur in sacris scripturis, & ita Exo- *Exodus.* di. 21. dicebat dominus. Qui autem non est insidiatus, sed Deus illum tradidit in manus eius, constituã tibi locum in quẽ fugere debeat. si quis per industriã occiderit proximum suum, & per insidias, ab altari meo euelles eũ, vt moriatur. cùm quidem sacri templi potior immunitas esset, quàm ciuitatum refugij; & ideo, ita acerbè reprehendit dominus factum illud Regis Ioas, narratum. 2. Paralipomenon. 24. iuxta *Paralipomen.* Hieron. cũ apud Matt. 23. c. Chrus dicebat ad Iudęos: *Dominus apud* vt veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus *Matthæum.*

est

est super terram, à sanguine Abel iusti, vsq; ad sanguinem Zachariæ filij Barachiæ, quem occidistis inter tẽplum, & altare, &c. quo significauit dominus, illud graue scelus homicidij, immanius factum esse, eo quod in templo sit perpetratum, & contra Dei sacerdotem. Insuper Ioãnis cap. 2. dignitatem templi, *D. Ioannes.* diuino cultui dicati, non obscurè aperuit Christus, cum videns tumultibus, & venditionũ nundinis tẽplo Dei irreuerentiam irrogari, facto flagello de funiculis, venditores ac vendenda templo exclusit; additq; Euãgelista sacer: & recordati sunt discipuli eius, quia scriptum est (Psalmo. 68.) zelus domus tuæ comedit me: quibus significat irreuerentias tẽplo Dei factas, multam Dei iram excitare. hac de causa, etiam Paulus. 1. ad Corinth. 11. reprehendebat fideles, qui *D. Paulus.* in tẽplis noui iã testamenti cõmessationes haberent.

Nec mirum si Paulus Dei spiritu instructus, & in lege sacra Euangelij, ad eam templorum religionem fideles informauerit; cum & priscis etiam gentibus, istius, erga templa sua inanium simulacrorum, religionis vmbra fuerit: apud omnes namq; nationes, ad aras confugientes, à punitione liberi erant, vt apud Plautum in Mostellaria actu. 5. scena. 1. & in Ruden- *Plautum.* te, actu. 3. scena. 3. & 4. sed & apud Græcos templa, & aræ delinquentiũ Asyla erant, quibus tuto viuere concedebatur, vt apud Stationem lib. 12. Thebaidos, *Statio Poeta.* & apud Iustinum lib. 28. qui narrat interfectorem *Iustinus.* cuiusdam in furorem versum fuisse, quòd inimicum in templo Dianæ interfecisset. simileq; exemplum affert Pausanias historicus in Atticis, quòd quem- *Pausanias.* dam à Mineruæ templo, iudex quidam exclusisset, in diram incidisse calamitatẽ, similiaq; affert idem in Achaicis. idemq; in Corinthiacis; & in Laconicis affirmat apud Græcos, eam templis haberi solitam

73 Monimenta antiquorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse religionem, vt qui supplices ad ea confugissent, cuiusuis criminis impunitatem consequerẽtur. Asylorum verò refugia apud veteres passim constituta esse constat; vt ab his nemo delinquentes rapere auderet, quod & ab à priuatiua, & à verbo Græco συλάω. nomen Asylum desumptum est, erantq; loca sacra deis consecrata, quorum meminit D. Augustinus libro. 1. de ciuitate Dei, cap. 34. & Ludouicus Viues in commẽtarijs eiusdem loci, & Romanis, & Græcis ea in vsu fuisse affirmat. Hæc habui christiane lector huius materiæ, quæ euulgarem monimẽta, quæ vt initio dixi, eo animo in lucẽ producere curaui, vt & Reipub. christianæ offerrem, quæ expedire censui: & vt ecclesia iniuriam non reciperet in hoc; neq; eam ipsa irrogaret.

D. Augustin.
Ludou. Viues.

(.˙.)

CONTENTA IN Quæstione tertia, de commodis Principum.

1 *INtentio authoris, & vt abstineat plebs à murmuratione Principis.*
2 *De quibus sit agendum.*
3 *Tractatio de cõmodis Principum, ad forum conscientiæ spectat.*
4 *Iustas esse facultates, & opes Principum decernitur.*
5 *Sacræ scripturæ, & priscorum authoritate probatur.*
6 *Ratione naturali nititur.*
7 *Princeps debet abstinere à nimietate, & excessu tyrãnico.*
8 *Sacra testimonia id monent.*
9 *Huius moderationis præcepto obligatur Princeps.*
10 *Nulla sacra testimonia obstant.*
11 *Quædam specialiora explicantur.*
12 *Certa est distinctio bonorum Principis, & subditorum.*
13 *Ideò Princeps tenetur in conscientia seruare iustitiam.*
14 *Non potest sine ratione vsurpare aliena, neq; sua dilapidare.*
15 *Quæ facultates, & exactiones Principi liceant.*
16 *Doctorum virorum sententiæ de re hac.*
17 *Numerantur varia exactionum genera.*
18 *Singulæ exactiones iustificantur.*
19 *Conditiones ad iustitiam exactionis ponuntur.*
20 *Moderatio tributorum suadetur.*
21 *Æqualitas est prima conditio tributorum.*
22 *Distributio oneris fiat inter participantes commoda.*
23 *Adsit causa publicæ vtilitatis, non priuatæ.*
24 *Causa, & finis tributi explenda est.*
25 *Cessante causa tributi, cessat illud in conscientia.*
26 *Quæ sint noua tributa licita.*
27 *Assisium, vel Hispanè Sisa.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

28 *Alcabala, vel gabella.*
29 *Quodius habeat respub. & quod Princeps ad tributa.*
30 *Malitia, & obligatio tributorum restituendorum, cùm iniusta sint.*
31 *Tributorum iustorum, & Principum defensio.*
32 *Non sunt defraudanda tributa, nec tamen offerenda.*
33 *Extraordinaria media prouidēdi publicis necessitatibus, quæ sint.*
34 *Expenditur vis rationis naturalis in hoc, practicè.*
35 *Licitum est bellorum periculum, pro bono publico.*
36 *Vsus, & auctio monetarum.*
37 *In Principe, & republica est facultas vtendi monetis.*
38 *Reipublicæ prouideri licet, per inuenta, & mineralia.*
39 *Incerta cuius sint.*
40 *Inuenta cui cedant.*
41 *De thesauris, & mineralibus.*
42 *Incolarum, & Principis ius ad inuenta, & thesauros.*
43 *Hispaniæ praxis in his omnibus defenditur.*
44 *Regibus, & Principibus thesauri, & splendor conueniūt.*
45 *Moderationem seruent in donationibus.*
46 *Ecclesiastica subsidia iustè concessa sunt.*
47 *Concessa ab ecclesia, an reuocentur?*
48 *Quædam ob bonum publicum iustè auferuntur.*
49 *Regibus Hispaniarum, quæ iustè sint concessa ab ecclesia.*
50 *Dominorum particularium in republica iustæ facultates.*
51 *Iure sua possident.*
52 *Iura regia concessa optimatibus, limitatiora fiunt.*
53 *Quæ commoda liceant optimatibus in speciali.*
54 *Animaduersio optimatum, & confessorum ipsorum.*
55 *Nouus iustissimus modus subueniendi Principibus suauiter.*
56 *Impugnatur antiqua consuetudo.*
57 *Nouus modus in speciali explicatur, circa Principes.*
58 *Similiter adhibetur circa optimates.*

QVÆ-

QVÆSTIO. III.

De iustis commodis, reditibus, & facultatibus, & exactionibus Principum.

NOTATIO INTRODVCTORIA: rationem reddens eorum, quæ dicenda sunt.

1 Cur de hac quæstione tractetur.

DIXIMVS Superius preuia ad totam apologiam, notatione, acturos nos esse de quibusdam Principum iuribus, seu commodis, in quibus, vel scrupulus fideles animos vrgere posset, vel de quibus obmurmuratio vulgaretur, vt theologicè quidem potius, quam iuridicè ijs mederi conaremur: vtrunq; enim in christiana Republica inconueniens est non paruum; si aut illicita permittantur, maximèq; in Principibus, quorum mala & potestate fiūt grauiora, incurabiliora q;, & splendore dignitatis cæteris sunt causæ ruinæ. ob idq; siquædā essent in reipublicæ capitibus reprehēdenda, taceri non deberent ab his, qui quid intersit inter bonum, & malum nouerunt. Sicut etiam si iusta Principum commoda vetarentur, aut ignorationis, & indiscreti zeli ratione in quæstionem, & vanum scrupulum vocarentur, aut in vulgus nomē Principum, ac magistratuum cum dedecore passim spargeretur iniustè, idq; iniquum ius esse Principū, obmurmuratione vulgaretur, quod æquum revera sit; hoc certè non minus esset iniustum: cum, eo

Universidad de Deusto
Biblioteca

respublica necessario turbaretur,& rebellionis,ac tumultus non parua foret occasio, & alienum nomen dilaceraretur, quod peius esset iniusta commodi detentione,quanto melius est nomen bonum,quàm di-

Plebs abstineat à Principum obmurmuratione.

uitiæ multæ, teste Sapiente Prouerbiorum .22. qui addit super argentum,& aurum, gratia bona, vt innueret plus nos Regibus præstituros, si benè de illis censeamus, & loquamur, quàm si reditibus eos ditemus. quam ob causam christianam plebem longè à Principum suorum diiudicatione,abesse velim: per illos enim nos regendi sumus, non illi per nos iudicandi; Consiliarios suos habent,christiani sunt, Deo suorum rationem reddent, nos illorum facta dimittamus; quod si quid animaduersione dignum occurrat, doctorum,& pastorum erit animaduertere, non plebis obmurmurare. *Sapiens.*

2 De quibus agendum sit.

Quapropter quatuor præcipuè mihi necessaria visa sunt,christianis Principibus offerre;primũ,quid in generali expediat, & liceat Regibus, Imperatoribus, & Principibus supremis, in hac ratione redituum,ac facultatum suarũ. secundum, quid etiam in genere illicitũ sit, illos obtinere, aut contendere.tertiũ,qui in speciali reditus,quævè exactiones,aut commoda à subditis licitè, vel illicitè curentur per ipsos. quartũ quid in hac ratione facultatũ, aut redituũ liceat,aut vetetur illis Principibus viris, qui supremis alijs Principibus subsunt,quos dominos tẽporales vocant,qui omnes &si Cõsiliarios doctos viros habeãt, nos tamẽ ipsis adiumẽto aliquo fortè erimus. ausiq; sumus laborẽ nostrũ illis adhibere, quod christianos Principes humanos,& benignos fore sciamus, & ꝙ cuiusuis officium sit,alios admonere modestè, si sapiẽtiæ operã dederit, cum diuinus spiritus ore Ecclesiast. c. 12. dicat:verba Sapiẽtũ,sicut stimuli,& quasi *Sapiens.* claui

claui in altũ defixi,quæ per magistrorũ consiliũ,data sunt à pastore vno,his amplius fili mi ne requiras.

3 Tractatio hæc à Theologo non est aliena.

Neq; etiam existimandum est rem istam theologica non egere disputatione, aut à viro theologo alienam existere, cum & sapientiæ, qua diuinæ res cognoscuntur,proprium illud sit,quod Sapiens cap. 7.libri Sapientiæ dicebat:omnium est enim artifex. est enim theologia nostra architectonica scientia, cuius est cæteras facultates dirigere, vt verè dicebat B.Thomas priori quæstione suæ primæ partis:quoniam cum per illam Deus ipse,&virtutes,quæ viam ad cœlestia parant,cognoscantur; eius est docere in quo & Principes,& priuati errent, aut rectè agant. ideoq; etiam si plura,quæ ad materiam hanc spectãt, ex iuris humani constitutione dependeant, tamen ostendere quid sit studiosum, quidve vitiosum corã Deo, ad theologum spectat discernere. & ad legum vsum,& earum constitutionem, id scire est necessarium.quare verba illa Sapientiæ cap. 6. liceat nunc nobis in medium proferre: ad vos ergo Reges sunt hi sermones mei,vt discatis sapientiam, & non excidatis. Non ergo præsens, sequentesque tractatus alieni sunt à theologo, quantum ad informandam conscientiam spectat:cũ præcipuè harum, & præcedentium quæstionum fundamẽtum, à diuinis libris sumendum sit,& ecclesiæ traditione firmandũ,quãuis hæc omnia Pontificum, & Principum decretis partim constãt,quæ theologis etiam viris patẽt quidem. Sed & nos iurisprudentiæ operam dedisse fatemur, priusquam theologiæ aliquando. *D.Thomas.*

4 Prima propositio de iustis Principũ facultatibus.

Iam ergo opus est, propositam rem serio prosequi.primum ergo verissimum quæstionis assertum sit: Princeps in vnaquaq; republica habere debet sibi sufficientia propria cõmoda, abundantesq; reditus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ac facultates; ita vt ad sustentationem suam, & suorum gloriosam, & abundantem satis sint; insuper vt ad omnes sumptus, pro reipublicæ defensione, etiam abundent. quæ omnia præstare tenetur respublica Principi, postquam gubernationem eius suscepit. Idq; primum vsu, & cõsuetudine gentium omnium, quæ optima reipublicæ constitutione vigent, firmatum est. In omni hac namq; benè instituta cõmunitate & videmus, & legimus Reges, & Principes diuitijs affluẽtes; Republica, aliqua optima ratione, suppeditante necessaria. nequè enim ad reipublicæ ipsius, neq; capitis honorem satis conueniens est, vt Principes vnquam egeant: nam neq; præstare ea, quæ pro bona gubernatione, & defensione requiruntur, pauper Princeps poterit: deficientibus enim & donis, & stipendijs, nullus minister in pace, qui administrandæ reipublicæ adiumento sit; neq; dux, aut miles, qui belli negotia gerat, inuenietur, nisi auri sacra fames, ac commodorum spes illos impulerit. Neq; etiam nationes exteræ Principem aliquem venerantur, quem diuitem, ac opulentum nõ agnouerint: ea enim mortalibus, ex hæreditaria primorum parentum corruptione, opinio insedit, vt nihil iam magnum, aut admiratione dignum, neq; virium, neq; sapientiæ, virtutisq; censeatur ornamẽtum habere, nisi diuitiarum, & opulentiæ comitatu fulgeat. Ob id ergo iustè omnium gentium vsus obtinuit, vt Principum diuitijs, & commodis optima aliqua ratione prouideatur à republica: & licet non sit de iure diuino in speciali sustentatio Principum; immo neq; in generali: cum scilicet velet Princeps aliàs diues, gratis gubernare; sed tamen debetur absolutè ex consensu reipublicæ. & ad id soluendum supposita tali conuentione initio facta, tenentur respu-

Ratio.

respublicæ ex obligatione naturali, & diuina virtutis iustitiæ, iuxta Paulum ad Rom. 13. cui tributum, cui vectigal, &c. secundum quam doctrinam intelligendus est Ioannes Garsias. glos. 9. lib. de nobilitate num. 1. qui ex sententia Otaloræ, & aliorum dixit iure diuino deberi tributa Principibus; sed id intelligitur modo prædicto. *Doct. Garsias.*

5 Authoritas.

Atque ita sacra etiam authoritate firmata est Principis non tantum potestas; sed & sustentatio gloriosa; moderata tamen; reipublicæ reditibus præstanda: non solum in veteri testamento, vbi in tota fere Regum historia Israelitarum Principum diuitiæ, & tributorum exactio passim sparguntur. Adeoq; Salomonis affluentia, & diuitiæ, in templi ædificatione tertio Regum libro, vbi & insignis sui palatij memoria fit, adeoq; mirabilis domus Regiæ abundãtia, & ordo, ditissima suppellex, redituum & tributorũ, auri, & argenti immensitas fuit, vt ex longissimis terræ partibus ad ea omnia videnda, admirabundi vẽtitarent, vt capite. 10. colligitur. quæ affluentes diuitiæ, moderatæ tamen, & iustè expensæ, Deo non displicuissent in Rege, nisi concupiscentiæ ardor, vt capite vndecimo narratur, ea bona fœdasset. sed & manifestius in epistola ad Romanos cap. 13. Paulus Apostolus hanc tributorũ obligationem reipublicæ, erga Principẽ, aperuit dicens: Ideoq; necessitate subditi estote, non solũ propter iram, sed etiam propter cõscientiã, ideoq; & tributa præstatis, ministri enim Dei sũt, in hoc ipsum seruiẽtes; reddite ergo omnib⁹ debita. cui tributũ, tributũ; cui vectigal, vectigal; cui timorem, timorẽ; cui honorem, honorẽ. nemini quicquã debeatis, nisi vt inuicẽ diligatis. loquebatur autẽ illic Paulus de Principib⁹ secularibus, quos sublimiores potestates, gladiũq; portãtes, eodẽ. c. appellauerat. *D. Paulus.*

His

Universidad de Deusto
Biblioteca

His ergo deberi obligatoriè, & verè, per reipublicæ homines, ſuſtentationẽ, & tributa neceſſaria, apertè dicit. quam ſententiam, & interpretationem etiã huius loci omnes patres ſancti, & expoſitores illius loci, apertè recipiunt, vt commentarijs D. Ambroſij, D. Thomæ, D. Hieronimi, D. Chriſoſtomi, & reliquorum conſtat. Idq; præcipuè dominica ſententia illa confirmatur, qua apud Matthęum cap. 22. dicebat: reddite, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo. quod ad interrogationem: an tributa Principibus reddenda eſſent, reſpondit: non quod probaret dñs Romanorum vbiq; gentium dominationem, quam ſæpè contra volũtatem nationum eo tempore fuiſſe, hiſtorijs conſtat. Sicq; ſub conditione reſpondit: quæ ſunt Cæſaris, Cæſari date. Cæterum hoc vnum firmum, apertumq; eo loco dogma tradit: veris Principibus tributa eſſe à republica tribuenda. Et ſic eadem verborum ſerie, qua reddenda eſſe Deo, ei debita dixit, eadẽ affirmauit tributa Cæſari debita, aut Principi cuipiam, eidem eſſe reddenda à Republica, ſicut catholici omnes patres ex eo loco collegerunt. Sicq; ipſum interpretati ſunt Hieronimus, Hilarius, Chriſoſtomus, Thomaſq; in eundem Matth. locum; Atq; ita ex ijs locis, hanc ſententiam docuerunt D. Auguſtinus tomo ſexto lib. 22. contra Fauſtum cap. 74. & D. Thomas. 2. 2. quæſt. 87. art. 1. & opuſculo. 20. de regimine Principum lib. 2. & opuſculo. 21. ad Duciſſam Brabãtiæ, & D. Antoninus. 3. parte tit. 3. capite. 4. §. 3. Caietanus, & Sylueſter verbo vectigalia, & gabella, Nauarrus in manuali capite decimo ſeptimo, num. 200. Doctor Medina tractatu de reſtitutione quæſtione decima tertia, decima quarta, & decima quinta. Sotus lib. 3. de iuſtitia & iure, quæſt. 6. articulo. 7. Epiſcopus Couarru-

Patres ſancti.

Dominus apud Matthæum.

D. Auguſtinus

D. Thomas.

D. Antoninus.

Card. Caiet.

Sylueſter.

Nauarrus.

Medina.

Magiſt. Sotus.

Couarrubias in regula peccatum de regulis iuris, parte ſecunda. §. 5. & in tractatu de collatione veterum numiſmatum cap. 7. Hi inquam omnes, vniformi ſententia cenſent rempublicam quidem iniuſtis exactionibus non eſſe grauandam; Cæterum ipſam teneri Principes ſuos alere abundanter, & glorioſè, tributiſq; ac facultatibus neceſſarijs, ad pacis & belli negotia omnia eos ditare. Et ita D. Chriſoſtomus homilia. 23. commentariorum in epiſtolam ad Romanos, cum prædictum locum capitis. 13. explicaſſet, ſubdit aurea hæc verba: Propterea ab antiquis temporibus communi omnium ſentẽtia Principes à nobis ſuſtentari viſum eſt, ob id quod ſua ipſorum negligentes, communes res curant; vniuerſumque ſuum ocium ad ea intendunt, quibus nõ ſolum ipſi, ſed ea, quæ noſtra ſunt, ſaluentur.

Epiſc. Couarr.

D. Chriſoſt.

6

Ratio ex D. Paulo, & Chriſoſtomo. Quam ſit laboriosa, & remuneratione digna gubernatio.

Illa Chriſoſtomus, in medio prædictæ homiliæ ſcripſit. vbi etiam diuinam B. Pauli prudentiam multum extollit, quòd oneroſam valdè rem tributorum exactionem, ea ratione dulcoraſſet, dicens: Ideo enim & tributa præſtatis, miniſtri enim Dei ſunt, in hoc ipſum ſeruientes. Quaſi diceret, iure optimo Principes à ſubditis tributa exigunt, eaque ſubditi leuia cenſere, & libenter offerre debent, grati animi ſignificatione: cum Principes & curam omnem, vitamq;, & ſanguinem in republica pace, & bello gubernanda conſtanter ponant; quo certè graui ſuo obſequio nos conſtringunt, vt abundãter illorũ cõmodis proſpiciamus, nec eorũ ſuſtentatione grauemur. ſi enim mercenarij ſtipendiũ à [redacted] eo iuſtũ eſt, vt neq; apud patrem familias pernoctare debere iuſſerit dominus; quãto magis æquum erit Principi debita nõ negare, neq; grauiter ea ſoluere: cum non tantũ diurnum laborem, ſed & totius vitæ curſum,

curas

Universidad de Deusto
Biblioteca

curas omnes, quietem animi, vires corporis: continuis afflictionibus, & cogitationum stimulis cõsumptas, in reipublicæ gubernatione conferat; & sæpe effuso sanguine vitam pro suis discrimini offerat. Certè inexperti, atq; gubernationis laborum ignari, non magni faciunt, sed vilipendunt spirituales animi, curarũq; labores; ociosoq; putant eos, qui studiorum laboribus, aut gubernationum curis vitam consumunt: sicut qui tempestatum, periculorum, ac fluctuũ profundi maris ignorantes sunt, quid laboris in nauigatione sit, scire nequeunt, sicut illi de quibus Dauid dicebat psalmo. 106. Qui descendunt mare *Psalmista.* in nauibus, facientes operationem in aquis multis, ipsi viderunt opera dñi, & mirabilia eius in profundo. ita certè ij, quibus vel prudentia, vel experimento notæ erunt anxiæ, molestæ, vitæq; inimicæ studiorum, & gubernationum curæ, æquis certè momentis ponderabunt, quã laboriosum, & remuneratione dignum ocium illud sit, quod in cõtinua rerum publicarum meditatione ponitur; quamq; sit graue perturbationes continere, & corrigere, bonos ciues in pace gubernare, omnium commodis prospicere, belli negotia gubernare, præsentia componere, futurisq; prouidere. hoc certè tũc Spiritu sancto afflatus Salomon egregiè Ecclesiastes. c. 1. descripsit expertus, dicẽs: ego ecclesiastes fui Rex Israel in Hierusalem, & proposui in animo meo quærere, & inuestigare sapienter, de omnibus, quæ fiunt subsole. hãc occupationem pessimam dedit Deus filijs hominũ, vt occupentur in ea. vidi cũcta, quæ fiunt sub sole, & ecce vniuersa vanitas, & afflictio spiritus. Peruersi difficilè corrigũtur, & stultorum infinitus est numerus. loquutus sum in corde meo dicẽs, ecce magnus effectus sum, & præcessi omnes sapientia, qui fuerũt ante *Sapiens.*

ante me in Hierusalem, & mens mea cõtemplata est multa sapiẽter, & didici; dediq, cor meum, vt scirem prudentiam, atq; doctrinam, erroresq;, & stultitiam; & agnoui quod in his quoq; esset labor, & afflictio spiritus: eo quod in multa sapiẽtia, multa sit indignatio; & qui addit scientiam, addit & laborẽ. In vtraq; ergo cura speculatiuæ doctrinæ scientiarum, & practicæ gubernationis, qua prudenter, peruersi, errantesq; corriguntur, summus labor corporis, summaq; afflictio spiritus reperiuntur, adeò vt sapientissimi, sanctissimiq; gubernatores sub onere isto gemerẽt, sicut Moyses sæpe ad dominũ, de populi duritia quæ *Pẽthathencus.* rebatur. atq; ideò Paulus ad Hebræos cap. 13. subditos hortabatur, vt molestiam hanc præpositorum reipublicæ leuare curarent, vt cum gaudio (inquit) faciant, & non gementes, hoc enim non expedit vobis. Quamobrem certè dignum putari debet Principum reipublicæ commodum, ac tributum: nemo enim suis militat stipendijs, vt Paulus quoq; primæ ad Corinthios. 9. dicebat. Sed hæc intelligimus quãdiu Principum tributa iusta, & æqua fuerint, & pro Principis, & publicarum necessitatum exigentia mẽsurata, quæ solum iustus Princeps exigebit. *D. Paulus.*

7 Secunda assertio. Princeps abstinere debet ab excessu quasi tyrannico, in tributis, & exactionibus.

Sed vt officij sui reipubl. Principes & eorum cõsiliarios admoneam, etiam secũdo loco aliam, non minus veram assertionem adijciam. alienum esse valde à iusti Principis officio, fœdiq; criminis, ac tyrannidis flagitiũ, si Princeps potentia fretus, iniusta, atq; proprias ac reipub. necessitates excedentia tributa, ac commoda exigat à subditis, aut curet. Idq; non solũ philosophi naturali lumine assecuti sunt verum esse, quod docuit Aristoteles. 5. libro Æthicorum ca- *Aristoteles.*
pite. 6. sed & communi theologorum sententia firmiter est receptum. quod tradunt citatis supra locis

Authoritas.

D. Tho-

Universidad de Deusto
Biblioteca

D.Thomas opuſculo.21.ad duciſſam Brabãtiæ. D. Antoninus tertia parte titulo.3.cap.4.§.3.&.6. Cardinalis Caietanus in ſuma verbo vectigalia. Syluester verbo gabella. Doctor Nauarrus num.200.in cap.17.manualis. Doctor Medina in codice de reſtitutione quæſt.13.14.&.15.epiſcopus Couarrubias in regula peccatum de regulis iuris in ſexto, parte ſecunda §.quinto,& in cap.7. de collatione veterum numiſmatum.qui omnes licet iuſtas probent exactiones; exceſsiuas tamen damnant. Quod etiam beatus Auguſtinus tomo.10.ſermone.19.de verbis domini,ad medium,expreſsit; his verbis: quod Cæſar præcipit ferendum eſt, q; Imperator indicit, tollerandum eſt; ſed fit intollerabile,dum illud præda exactionis accumulat,hoc autem quale eſt? quod ijdem ipſi,qui eiuſmodi neceſsitates procurant,peccatis ſuis peccata cõgeminant: hoc eſt quod fraudes ſuas,ac rapinas commodum vocant, cum ipſa præda inferatur incommodum. illud autem addunt ſceleribus ſuis, vt quos indefenſos viderint, ipſos potius perſequantur, & putant ſe neceſsitates decepiſſe publicas,niſi domus deceperint orphanorum. ita quorum pater ante biduum forſitan fuerit amicus, collega,vel frater; interuẽniente morte eiuſdem, liberi habeantur tanquam ignoti,viles,& miſeri; vidua autem,ſi qua fuerit,aut ſic iniurijs exagitatur,vt nubat, aut ſi voluerit in caſtitatis permanere propoſito, dã do munera,in facultate vix permanet. Cũ his ergo fraudibus repleuerint ſaculos ſuos,videas illos lętos, & accuratos ad eccleſiã properare,& Deo gratias agere,quaſi ab ipſo illis hæc pecunia cõferatur. illud quo q; peccantes, q; rapinarum ſuarum Deum volũt eſſe participẽ,dicit enim ſanctum Euangelium:interrogauerunt illũ (Ioannem ſcilicet Lucæ.3.)& milites: quid

D. Thomas.
D. Antoninus.
Caietanus.
Sylueſter.
D. Nauarrus.
D. Medina.
Epiſc. Couarr.
D. Auguſtinus

quid faciemus & nos? ait illis Ioannes, Neminẽ concutiatis,neq; calumniam faciatis; ſed contenti eſtote ſtipendijs veſtris. hic iam cognoſcere ſe debet omnis homo,qui militat. Non enim tantùm de his militantibus ſcriptura loquitur, qui armata militia detinentur,ſed quiſq; militiæ ſuæ cingulo vtitur,dignitati ſuæ miles aſcribitur. Atq; ideo hæc ſententia poteſt dici, verbi gratia, militibus, protectoribus,cunctiſq; rectoribus. Quicunq; ſtipendia, ſibi publicè decreta conſequitur, ſi amplius quærit, tanquam calumniator, & concuſſor, Ioannis ſententia,condemnatur. hæc Auguſtinus.vel etiã diuus Maximus.in cuius ſermone.7. inter Ambroſianos, hæc verba inueniuntur, eiq; tribuuntur à Louanienſibus,in appendicis ſermone.3. tom.10.operum diui Auguſtini.His tamen veriſsimis quidem verbis tyrannica exactio,& fames auri quorũdam Principum, & ſuorum miniſtrorũ reprehenditur à ſanctis illis doctoribus; in quorum ætate, ſi hæc inueniebantur,non ideò ſimile quid in noſtris tẽporibus dicemus reperiri; ſed ne contingat cauemus. ſimilis fuit D. Gregorij Papæ,& doctoris ſentẽtia, qui in lib.1.Regum.cap.8.exponens ſententiam illam Samuelis, qua ius Regis;id eſt præſumptum,& tyrannicum,iuſſu Domini, Iſraëlitis exponebat facer ille propheta; ſubdit beatus doctor in ſuo lib.4.cap.2. commentariorũ illius loci, ſententiam tali Pontifice dignam, nimirum: Impiæ tyrannidis ſcelus eſſe, ſi temporalis Rex exceſsiuas exactiones, bonorũq; expoliationes à ſubditis extorqueat.vt paulò infra referemus. Sicq; ex eodem illo loco cõfirmationem iſtius veritatis, ex ſacris teſtimonijs exordiemur. illo namq; teſtimonio.1.Regum.cap.8. non obſcurè conſtat, tyrannidem,& iniuſtitiam patrari à Principe, eiuſq; miniſtris,ſi nimij ſint in exactionibus huiuſmodi, cũ Dñs

D. Maximus.
D. Gregorius.
Lib. Regum.

8 Sacra teſtimonia contra nimias exactiones.

P ius

Universidad de Deusto
Biblioteca

ius regis præsumptũ,& tyrannicũ,iuxta expositionẽ D.Gregor.per huiusmodi iniustas, & nimias exactiones explicat,& reprehẽdit his verbis:Dixit autẽ Dñs ad Samuelem,Audi vocẽ populi in omnibus,quæ loquuntur tibi.non enim tẽ abiecerũt,sed me,ne regnẽ super eos. Iuxta omnia opera sua,quæ fecerunt à die, qua eduxi eos de Aegypto,vsq; ad diem hãc,sicut dereliquerunt me,& seruierũt dijs alienis,sic faciũt etiã tibi.Nunc ergo vocẽ eorum audi,verũtamen cõtestare eos,& prædic eis ius regis,qui regnaturus est super eos.Dixit itaq; Samuel omnia verba Dñi ad populũ, qui petierat à se Regem,& ait:Hoc erit ius Regis,qui imperaturus est vobis:filios vestros tollet,& ponet in curribus suis,facietq; sibi equites,& præcursores quadrigarũ suarũ,& constituet sibi tribunos, & cẽturiones,& aratores agrorũ suorum,& messores segetũ,& fabros armorũ,& curruum suorũ; filias quoq; vestras faciet sibi vnguẽtarias,& focarias,& panificas; Agros quoq; vestros,& vineas,& olieta optima tollet,& dabit seruis suis;sed & segetes vestras,& vinearũ reditus addecimabit,vt det eunuchis, & famulis suis; seruos etiam vestros,& ancillas,& iuuenes optimos, & asinos auferet,& ponet in opere suo; greges quoq; vros addecimabit; vosq; eritis ei serui, & clamabitis in die illa à facie regis vestri,quẽ elegistis vobis, & nõ exaudiet vos Dñs in die illa, quia petistis vobis regẽ. Ecce ergo,& permissam tyrannidẽ à Deo,qui regnare facit hominẽ hypocritã,propter peccata populi.& rursus considera apertè dici à diuino spiritu, nimias has exactiones tributorum, & vsurpationes facultatum subditorum, & abusum imperij: dum subditi, vt serui tractantur, esse tyrannica,& iniusta opera, Deoque odiosa. Quod quidem apertè etiam significatur Deuteronomij capit. 17. vbi sequentem probitatis, *Deuteronom.* & iu-

& iustitiæ, ac moderationis, erga diuitias,& exactiones, aptissimam regulam Israëlitico Regi præbet Dominus:cumq;(inquit)fuerit constitutus non multiplicabit sibi equos, nec reducet populũ in Aegyptum, equitatus numero subleuatus: præsertim cùm Dominus præceperit vobis, vt nequaquã ampliùs per eandem viam reuertamini;nõ habebit vxores plurimas, quæ alliciant animum eius;neq; argenti,& auri immensa pondera.postquã autem sederit in solio regni sui,describet sibi Deuteronomium legis huius in volumine,accipiens exemplar à sacerdotibus Leuiticæ tribus;& habebit secũ, legetq; illud omnibus diebus vitæ suæ,vt discat timere Dominum Deum suum,& custodire verba,& ceremonias eius,quæ in lege præcepta sunt.Neq; eleuetur cor eius in superbiam super fratres suos, neq; declinet in partem dexteram, vel sinistram, vt lõgo tempore regnet ipse & filius eius super Israël. Ecce diuinũ præceptum regibus à Domino constitutum,quod licet antiquæ legis,iudicialeq; sit,tamen in eo quod ad iustitiam spectat,nostræ etiam legis Principes obligat: quoniam licet lex illa cessasset quantum ad cætera,non tamen quantum ad moralia cõfirmata à Domino Matthæi.22.vt tradit *D. Matthæus.* B. Thom.1.2.à.q.98.artic.vltim. vsq; ad.q.103. & *D. Thomas.* præcipuè.q.104.art.3.vbi docet, iudicialia præcepta esse Principibus commendata, eo quòd egregiam gubernandi rationem contineant.& quamuis determinatio illa specialis cessarit,tamẽ iustitia perpetuò obseruanda est,inquit ille. Itaq; his duobus antiquæ legis testimonijs,eo quo diximus modo inductis,secũdum iustitiæ rationem, quam præcipiunt obseruari à Principe,conuincitur teneri Principem vitare nimias exactiones, & auaram cupiditatem, quoniam præceptũ iustitiæ hoc est. Vt ex illo egregio Sapien- *Sapiens.*

9 Præcepta Regũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiæ teſtimonio,cap. 6.apertiùs conſtat,cùm ad Principes Sapiens loquitur, nè viribus, & potentia freti, cęteros opprimãt,& deprędentur,dicẽs:audite ergo reges,& intelligite, diſcite iudices finiũ terræ. præbete aures vos,qui cõtinetis multitudines,& placetis vobis in turbis nationũ; quoniam data eſt à Dño poteſtas vobis, & virtus ab Altiſsimo, qui interrogabit opera veſtra,& cogitationes ſcrutabitur;quoniã cum eſſetis miniſtri regni illius, non rectè iudicaſtis,nec cuſtodiſtis legem iuſtitiæ,neq; ſecundũ voluntatem Dei ambulaſtis;horrẽdè,& citò apparebit vobis,quoniam iudiciũ duriſsimũ in his,qui præſunt,fiet: exiguo enim concedetur miſericordia,potentes autẽ potenter tormẽta patientur:non enim ſubtrahet perſonam cuiuſquã Deus, nec verebitur magnitudinẽ cuiuſquam,quoniam puſillum, & magnũ ipſe fecit, & æqualiter cura eſt illi de omnibus.quid clarius,elegãtius,atq; magis horrendè dici poſſet?vt Principes nulla auaritia cõmoti,legẽ iuſtitię non prætereãt:cũ non ſanè regalis dignitas eos, in hoc ſcelere protegat, ſed & potius ipſa principali dignitate indignũ ſit,ipſaq; paſtorali cura ad fouendũ,non ad diripiendũ obligentur.ideòq; Dñs hoc vitium in Principe acriter reprehendit per Ezechielẽ,cum cap. 22.dicebat:principes *Ezechiel.*
eius in medio illius,quaſi lupi rapientes prædã ad effundendũ ſanguinẽ,& ad perdendas animas, & auarè ſectanda lucra.Et cap. 34. factum eſt verbum Dñi ad me dicẽs,filij hominis,propheta de paſtoribus, Iſraël,propheta,& dices paſtoribꝰ, hęc dicit Dominus Deus:væ paſtoribus Iſraël,quĩ paſcebant ſemetipſos; nonnè greges à paſtoribus paſcuntur?lac cõmedebatis,& lanis operiebamini, & quod craſſum erat,occidebatis;gregẽ autem meũ non paſcebatis, &c. Quod quidem non ſolùm ſacerdotibus, ſed & Principibus dicitur,

dicitur,qui quantũ attinet ad exteriorẽ, & politicam gubernationẽ plebiũ,ſunt capita,& paſtores,& ita Põtifex. c.innouamus de cenſ. dãnat Principes in exigẽdis tributis nimios.

10
Nulla ſacra teſtimonia his obſtãt.

Vt autẽ nemo fallaci aliqua ratione effugere valeat præſcriptã veritatẽ,animaduertat, licet ſit verũ,vt iã dixi priori propoſitione,nõ eſſe negãda Principibus cõmoda,tributaq; iuſta,imo & Ezechiel ipſe cum,vt paulò antè dicebamus,iuſſu Dñi exceſsũ,& nimietatẽ in Principe reprehẽdiſſet, quã &.c.45.proſequitur, ibi tamẽ de illo ait:de terra erit ei poſſeſsio in Iſraël. Itaq; nõ eſt negãda moderata affluentia Principi,ſed immoderata,excedẽſq; iuſtas exigẽtias,erga neceſsitates illius,ſuęq; reipub.Sicq; intelligitur ſententia illa iam explicata,Deuteron. 17.cap.ſcripta:neq; argẽti, *Deuteronom.*
& auri immẽſa põdera. quibus verbis immodica cõmoda vetebãtur Principi in antiqua lege,in noſtraq; etiã euangelica vetantur,vt in ſuperioribus huius ſecundæ propoſitionis fundamentis patet,ſi præter neceſsitatẽ principalis dignitatis,& obligationẽ ſubditorum,tributa,& cõmoda procuret Princeps,quoniã hæc in debita,raptaq;; & contra iuſtitiã erunt, & ita idem propheta Ezechiel.d.c.45.poſtquã de Principe dixit:de terra erit ei poſſeſsio in Iſraël, ſubdit moderationem: & nõ de populabũtur vltra Principes populum meum,ſed terram dabũt,domui Iſraël,ſecundum tribus eorum.hęc dicit Dominus Deus:ſufficiat vobis Principes Iſraël,iniquitatem,& rapinas intermittite,& iudiciũ,& iuſtitiã facite,ſeparate confinia veſtra à populo meo,ait Dominus Deus.Hæc prophe ta, pro legis antiquæ Principibus expreſsè dicebat, ſed vt dixi,etiã ad noſtros pertinent hæc,vt iuſtitiæ præcepta continẽt.Sed ex his verbis apertè colliges, nullum eſſe in ſacra ſcriptura teſtimonium compro

Supra à nu. 4.
Ezechiel.

Concedũtur facultates Principi. Nõ immoderatę.

Supra ànu. 7.

Negantur iniuſta Principi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bans iniustas exactiones Principum, neque illis facultatẽ faciẽs vsurpãdi, seu sibi pro libito assumendi bona, aut personas subditorũ (in quo certè viros Catholicos, & primarios, veritatis huius ignoratione fuisse detentos ego accepi, voluisseq; dare Principi ius assumendi pro libito, quæ vellet, ex facultatibus subditorum) cũ potius omnia prẽcitata testimonia contrariũ apertè doceãt, vt vidimus. et hoc præcipuè Ezechielis vaticinio iubeatur: & seperatas cẽseri facultates Principum, & populariũ: & rursus quicquid excessiuum sit, à Principe exactũ, rapina vocatur. Sed vt ea omnia diluamus, quæ difficultatẽ ingerere in hac reposint, quædã difficilia sacræ scripturæ testimonia explicabo. In primisq; verba illa cap. 8. lib. 1. Regum, vbi Israëlitis Regem petentibus, respondit Dñs ad Samuelem; cõtestare eos, & prędic eis ius Regis, qui regnaturus est super eos, &c. vbi ea, quæ sequuntur, quibus ius Regis explicatur, cõtinet futurã selectionem omnium, quæ Regi placuissent, ex rebus, & personis plebis sibi subditæ. Atq; ideò videtur à Dño concedi tale ius Principi in plebẽ, talemq; licentiã dari iustam, ac licitam: nam Deus non concedit illicita, neq; illi possunt placere. Sed locus iste facilè explicabitur, si sacræ doctrinæ principijs, & fundamẽtis catholicè attenderimus, inspexerimusq; quid de Deo loquẽte sit suspicandũ, & credendũ; & quid patres sancti senserint, in loci sacri explicanda difficultate. neq; enim aliter explicari potest sacræ scripturæ testimonium, pro Dei loquentis dignitate. Itaq; locus ille, cum ius Regis nominatur, intelligendus est ironicè, pro iure præsumpto, à tyrannica cupiditate; quod ideò necessario intelligẽdũ est, quia & ius in bonã, & malã partem posse sumi, nihil vetat. quãuis cõmuniter pro æquo, & bono accipiat. Deinde, quia nisi hoc modo verbum

Quidam reprehẽduntur.

Ezechiel.

Quædam testimonia sacra explicantur.

Samuel.

verbum hoc Dei sumeremus, necesse esset certè in hęresim, & blasphemiã, quod absit, incidere dicendo: Deum posse aut mentiri, aut sibi contradicere. quod esse falsissimũ testatur Paulus ad Hebræos. 6. dicens: impossibile est mẽtiri Deum. cum ergo citatis suprà testimonijs Deuteron. 17. & Ezechielis. 22. & 45. capitis, idem ipsum Principis factũ, rapina dicatur, & vetetur; quod nunc ius Regis dicitur, necesse est, ius, in hoc loco, ironicè, & in malam partẽ sumi, pro præsumptione falsa iuris. Cum præterea. 3. Regum 21. reprehendatur à Domino factum Regis Achab, quod tamen sub illo iure Regis continetur. & Dauid 1. Paralipomenon libri. c. 21. noluit eo iure vti, quòd ius tyrannicum, ille vero Rex sanctus esset. Ob idq; tandem ita sancti patres expositores loci illius. 1. Regum cap. 8. scripti, illum intellexerunt, sicut nos explicauimus. & præcipuè beatus Gregorius in Reges, libro. 4. capite. 2. vbi in principio sic scripsit: Cum ergo ius regis prædicitur, nimirum in vnius carnalis præpositi conuersatione ostenditur, quod carnales cæteri ex tyrannide acturi sunt, non quod electi debeant imitari. nam in eadem Regum historia legitur, quod cum Rex Achab vineam Naboth abstulit, iram Dei omnipotentis incurrit, hic vero cum ius Regis prædicitur, agri, vineæ, & optima oliueta tollenda esse memorantur; cũ ergo hic prędicitur, quod cõmissũ illic punitũ est, ostẽditur quod diuino iudicio nõ iubetur. Quare & electus Rex Dauid, cũ ad ædificãdũ altare Dño, Ornã Iebusęi areã peteret, Regio illo tyrãnorũ iure vti noluit, cũ eã accipere nullatenus acquiescceret, nisi antè pro ea, dignũ pretiũ dedisset. quia igitur ea, quæ iure Regio cõtinẽtur, vitanda potius, quã imitanda prædicũtur; eo subtilius cõsiderandа sunt, quo vitari nequeunt, si nesciantur, &c. hæc

Sacra loca.

D. Paulus.

D. Gregorius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gregorius, qué imitatus venerabilis Beda eodem loco, suo libro. 2. capite. 1. eundem textum sacrum sic exponit: non qualis esse debeat (inquit) moderatus, ac iustus Imperator exponit, cuius & in plerisq; sacræ scripturæ locis, & maximè in Deuteronomio c. 17. perfectio docetur, sed potius rector improbus, qui austeritate subiectos sit oppressurus, intimat, &c. hæc ille. Quibus verisimè præmissis, facilè expediemus difficultatē aliorū locorū sacræ scripturæ, quibus videtur faueri illi exactionū nimietati, quam impugnamus. nam in sacro Machabęorū lib. 1. c. 10. inuenimus scriptū tale Regis edictū: Et nunc perseuera tè adhuc conseruare ad nos fidem, & retribuemus vobis bona, pro his, quæ fecistis nobiscū, & remittemus vobis prestationes multas, & dabimus vobis donationes; & nunc absoluo vos, & omnes Iudęos à tributis, & pretia salis indulgeo, & coronas remitto, & tertias seminis, & dimidiam partē fructus ligni, quod est portionis meæ, &c. & capite. 11. simile habetur edictū: statuimus ergo, &c. omnibus sacrificantibus in Hierosolymis, pro his, quę ab eis prius accipiebat Rex, per singulos annos, & pro fructibus terræ, & pomorum, & alia, quæ ad nos pertinebant decimarum, & tributorū; ex hoc tępore remittimus eis, & areas salinarum, & coronas, quæ nobis deferebantur, omnia ipsis concedimus, &c. Ex quibus colligi videtur ius Regis hoc obtinere, vt excessiuas etiam exactiones liceat à subditis deferre: id & antiquitate, sacraq; scriptura probante. quod & confirmatur Iosephi facto Genesis. 47. Sed his non est difficile satisfacere. illa namq; Regia edicta Machabæorū libris contēta, verè esse non dubitamus à Rege illo scripta, siquidē facer scriptor illa refert, cæterum in sacra scriptura non asseritur illa esse iusta, neque æquum fuisse exactiones

Beda.

Machab.

Genesis.

exactiones ibi relatas ab Israëlitis expeti. illæ namque certè excedebant metas rationis. nec mirum cum à regibus tyrannis Antiocho, & similibus exigi solita essent, quæ, & tyrannus Demetrius Israëlitis condonauit. Illud verò Iosephi factum, quo quinta pars prouentuum, & fructuum terræ Aegypti regibus cesserit, multo magis ad moderationem accesserat, cū alia tributa regi non soluerentur, vt eodem capite constat.

12 Ratio prædictorū damnans nimias Principū exactiones, ex ratione iustitiæ, & dominij rerum.

Sed vt apertius constet theologico discursu nimias Principum exactiones esse iniustas, meritoq; damnandas, pauca ex sacra doctrina dicamus. Primum itaque animaduertere oportet, in ciuili politia, & subiectione plebis ad Principem, inueniri vera rerum dominia, atq; adeò Principem violare virtutem iustitiæ, si ius, ac facultates subditorum violet, & tollat, vt non solùm Aristoteles. 5. lib. Ethicorū, & Plato lib. 16. de regno docuerunt, sed & scriptura sacra instruimur: tum omnibus prædictis testimonijs, quibus præsentem assertionem probauimus, præcipueq; testimonio illo cap. 45. prophetiæ Ezechielis, vbi legimus apertè Dominum præcepisse regibus Israëliticis, vt diuiderent hæreditates subditorum, à suis possessionibus, in bonisq; subditorū, nè se intromitterent, vt rapinā euitarent. cuius testimonij verba iam retuli. Nec certè Principes cæteri maius ius obtinebunt aduersus facultates inferiorum suorū, quam Israëlitici erga suos, cum illi veri Principes essent, imò & á Deo per pphetas vncti, vt libris Regum cōstat. cum igitur non licuisset Principibus Israëlitarū, se intromittere in dominia subditorū, sic nec nostris, ratione iā dicta, cōcedetur. Atq; ideò data à repub. potestas Principibus, nō intelligit abrogare ius naturale, aut gentiū, quo Dñi rerū suarū sunt facti homines, donatione diuina, in Gene. c. 1. vbi Deus hominib⁹ dixit: crescite, & multiplicamini,

Aristoteles.

Plato.

Ezech.

Dominiorum diuisio bonorū Principis, & subditorum.

Genesis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& replete terram, & subijcite eam; & dominamini piscibus maris, & volatilibus cœli, & vniuersis animantibus, quæ mouentur super terram. hæc ergo hominibus vniuersis in prioribus parentibus dicta sunt, quos omnes, vt Ecclesiasticus testatur cap. 17. *Sapiens.* Deus ab initio constituit liberos, & posuit eos in manu consilij sui. Hinc est etiam, vt homines ab initio mundi, & post diluuium, & in omni mundi regione res diuiderent, singuliq; occupata sibi appropriarent. quod, & nunc vbiq; communi gentium consensione seruatur, vt libro Geneseos, & historijs omnib⁹, & oculata experientia constat. Consequēterq; Deus hanc rerum diuisionem probauit. & nè mutuo homines aliorum propria ab inuitis furarentur, præcepit *Exod.* & in veteri lege Exodi. 20. & in noua Matthæi. 22. *D. Matth.* vt & alibi constat. de hac autem rerum diuisione, de dominio, & de prohibitione furti lege iuris ciuilis *Iura.* titulos, Instituta, &. ff. de rerum diuisione, & furtis, *D. Thom.* & diuum Thomam. 2. 2. quæstione. 62. &. 66. & *Card. Caiet.* Caietanum, & Theologos ibi. Magistrum Sotum *Magist. Sotus.* libro. 4. de iustitia. doctorem Medina codice de resti- *D. Medina.* tutione, quæstione prima. diuum Antoninum tertia *D. Antonin.* parte, titulo tertio. Syluestrum verbo dominium, & *Syluester.* furtum.

Limitatio. Sed tamen hæc intelliguntur communiter, & generaliter loquendo, considerato iure principatus per se loquendo. Nam potest id cum conditionibus restrictioribus ex parte regum, vel populorum contingere. & ita cõtingit Principes minus dominiũ habere, vel etiã subditos pauperiores esse: vt qui in feudalibus, vel solarieguis terris habitant, vel dominij limitati, à quibus potest auferri ex causis consuetis dominium, iustè quidem: quia sic, & non aliter attributa sunt dominia, ex diuisione rerum, & vsu gentium,

tium, à quo pendet res ista. cæterum scriptura diuina sua cuiq; defendit, auferri à quouis: eo modo, quo is habeat dominium.

13 Princeps tenetur seruare virtutẽ iustitiæ cum subditis, & eorũ bonis.

Sed vt incepta ratio, maiorem habeat firmitatem, iam dictis adde, ex fundamentis dominij distincti inter Principes, & subditos suos, communem esse sententiam theologorum, & iuristarum: teneri, sub obligatione peccati mortalis, Principem seruare iustitiam, nec auferre quod suum est, à subditis, quin, & ad restitutionem obligatur, si contra egerit, de quo lege Magistrum Sotum libro. 4. de iustitia, quæ- *Magist. Sotus.* stione. 4. episcopum Couarrubias libro. 3. variarum *Episc. Couar.* capit. 6. à numero. 6. diuum Antoninum. 3. part. titul. *D. Antonin.* 3. §. octauo. &. 4. part. titul. 2. capit. 6. in quo etiam sensu Principem teneri legibus, quo ad vim directiuam iustitiæ seruandæ, certum est; & si non teneatur quo ad vim coactiuam, sicut subditi, iuxta resolutionem beati Thomæ. i. 2. quæstione. 96. articul. 5. *D. Thom.* ad tertium. & Magistri Soto de iustitia & iure libro 1. quæstione. 6. articul. 7. ad tertium argumentum. & episcopi Couarrubias in relectione capituli Alma mater, parte prima. §. primo, numero. 4. Quæ verò Iustitiæ lex. sit iustitiæ lex, tradunt & Aristoteles primo retho- *Aristoteles.* ricorum capit. 9. iuraq; ciuilia titulis de iustitia, & *Iura.* iure, & ex diuina doctrina id docet Beatus Thomas in. 2. 2. à quæstione. 57. per plures vsque ad centesimam vigesimam secundam; vbi de præceptis iustitiæ differit. & Magister Sotus libro. 3. de iustitia, & toto illo de iustitia tractatu. Itaq; communi omnium consensu, iustitia est virtus, qua quod suũ est, vnicuiq; traditur.

14 Collectio rationis ad moderationẽ, & bonũ vsum bonorum Principũ.

Ex supra dictis ergo firmissimis diuinæ, atq; humanæ doctrinæ fundamentis, nostræ conclusionis ratio- tionem facilè colligemus; quoniam si verũ est, vt pro- *Supra nu. 12.* baui

Universidad de Deusto
Biblioteca

baui esse certissimum, Principem teneri seruare iustitiam, à nullo subditorum quod suum est, auferendo; & rursus subditorum bona, ac iura vera, ac distincta esse à facultatibus Principum. Ex his manifestum est non licere Principi pro libito suo, vti rebus subditorũ; sed suis vel possessionibus, vel reditibus necessarijs, & moderatis, concessisq; à republica exactionibus frui; nemini iniuria illata: quoniam hoc lex iustitiæ, ad quam obligantur, exigit, Deusq;, & gentium liberarum consensio hoc vult, vt rerum dominia distincta sint, & vt Princeps principatu contentus, non vsurpet aliena. Neq; enim cogitare se debet Princeps genti nõ liberę, neq; suorum dominio carenti, sed his potius, qui & natura pares cũ Principe sunt, & à quibus Princeps ipse potestatẽ accepit, vt infra dicemus. Seq; subditum Deo Regi regũ, Princeps esse meminerit, in cuius iudicio comparẽs, rationẽ factorum rediturus est, licet in terris neminẽ cognoscat vltorẽ. Deinde animaduertat Princeps propter dicta diuinæ scripturæ documẽta, debere vti benè sibi concessis: quia ea cõditione, & ad suum commodum respub. ea concesit. & sic non licent superflui sumptus, vel in non necessaria expensi. Non licent excesiuæ donationes, & regiarum facultatum dilapidationes. Non licent desidiæ, & negligentiæ: sunt enim curæ Principum similes beneficijs curatis: ad commodũ reipub. & sic tenẽtur gubernatores visitare, & milites. & curare etiã debet, vt benè distribuantur officia publica. Et vt officiales, & maximè, quibus mandata sit cura facultatũ principalium, non dilapident, aut in sua conuertãt cõmoda, facultates à repub. datas Principibus, & gubernatoribus: etenim hac intẽtione: vt ad suum commodũ, & pacificã gubernationẽ expendantur, ea concesit respub. cõtrariumq; esset violenter aliena retinere, & distribuere.

dominari.

Infra. q. vltim.

Et

Et nos qui Principũ cõmoda defendimus, excessus, vel ministrorũ malitias nõ probamus. sed Principib⁹, & eorũ gubernatoribus dicimus, ꝙ Sapiens. c. 6. Sap. ait: Altissimus interrogabit opera vra. De his verò in speciali, quibus contineatur facultas Principis ad curanda commoda sua; & in quibus consistat excessus, vel moderatio facultatum, commodorum, exactionumq; principalium, dicemus propositione sequẽti: quoniã nisi singula sigillatim in quauis materia expendas, non rectè significabis, neq; exercebis ea, quæ practicè ad animæ securitatem necessaria sunt.

Sapiens.

15 Tertia assertio, de his commodis, & exactionibus Principum, quæ liceãt, vel nõ, in speciali.

Itaq; tertia assertio specialis sit. Princeps potest licitè habere eas facultates, easq; constituere, & petere exactiones à subditis semper, & cõmuniter, quæ ad sustentationẽ gloriosam sui, & ad leuãdas necessitates gubernandæ, & defendendæ reipub. sibi cõmissę, tum pace, tũ bello necessaria sint, & quæ aliquantulũ abundent. Insuper pro re, nata, extraordinariè poterit alia tributa imponere subditis, quæ necessaria sint ad succurrendũ necesitati reipublicæ extraordinariæ, qua cessãte, cessabit tributũ. Insuper, & ad huiusmodi extraordinarias necesitates leuãdas, quouis remedio vti licebit, etiã si particularium bona periculo opponantur. In his ergo omnibus licet Principi rempublicã grauare. quod si, vel Princeps excedat has regulas; vel illis cõcurrentib⁹, respublica resistat, peccabit, & Princeps, & respub. & ad restitutionem illati dãni tenebũtur. Tandẽ designatio, & mẽsuratio exactionũ necessariarũ ad rẽpub. & ad Principẽ spectat, vt rationabiliter, & depositis malis affectibus, puideãt.

Probatio generalis.

Hæc suma est eorum, quæ membratim, & practicè explicaturi sumus. Nunc verò assertio hæc nostra generaliter probanda est, vt iactis generalibus fundamentis, ad ea, quæ practicè scribenda sunt, probabiliter

Universidad de Deusto
Biblioteca

ter deueniamus. Itaq; primum hæc constãt ex præcedentibus duabus propositionibus, & earũ fundamentis ex sacra doctrina desumptis, quibus & Principi iusta licere, & iniusta, & excessiua illicitum esse obtinere, & exigere à subditis probauimus. Hoc autem est quod nostra hac propositione affirmamus nunc. & ita probatis superioribus, hæc quoq; probata manet assertio. Quibus etiam adde, quæ de potestate Principis, & iure electionis sui Principis in republica existente, dicemus inferius quęst. vlt. vt intelligas vltimã huius propositionis partem, & scias quantum valeat respublica, & Princeps etiam ad constitutionem, & designationem tributorum, quę iustè tolerentur. *Supra à nu. 4. & 7.* *Infra q. vltim.*

Authoritas.

Sed ad maiorem confirmationem propositionis huius, & vt sequentibus probatę authoritatis fundamenta iaciamus; Quid in hac re grauissimi authores senserint, & eorum testimonia subijciam. Itaque de hac re, quę ad iustam tributorum mensuram spectãt, B. Thomas in opusculo. 21. ad Ducissam Brabantię, multa scripsit, & ad. 6. quæst. sic ait: Sexto quærebatis si liceat vobis exactiones facere in vestros subditos Christianos. In quo cõsiderare debetis, quod Principes terrarum sunt à Deo instituti, non quidẽ vt propria lucra quærant, sed vt communẽ populi vtilitatẽ procurent. In reprehensione enim quorundam Principum dicitur in Ezechiele: Principes eius in medio eius, quasi lupi rapaces, positi ad effundẽdum sanguinem, væ pastoribus Israël, qui pascebant semetipsos, nonnè greges pascuntur à pastoribus? lac comedebatis, & lanis cooperiebamini, quod crassum erat occidebatis, gregem autem meum non pascebatis. Vnde constituti sunt reditus terrarũ Principibus, vt ex illis viuentes, à spoliatione subditorum abstineãt. vnde in eodẽ propheta, Deo suadente, dicitur; quòd Principi erit

Nota. *D. Thom.* *Ezechiel.*

erit possessio in Israël, & non depopulabuntur vltra Principes populum meũ. Contingit tamen aliquando, quod Principes non habent sufficientes reditus ad custodiam terræ, & alia, quę imminent rationabiliter Principibus expetẽda; & in tali casu iustum est, vt subditi exhibeant, vnde possit communis eorum vtilitas procurari. & inde est quòd in aliquibus terris ex antiqua consuetudine, domini suis subditis certas collectiones imponunt, quæ si nõ sunt immoderatę, absq; peccato exigi possunt, quia secundum Apostolum nullus militat stipendijs suis. Vnde Princeps, qui militat vtilitati communi, potest de communibus viuere, & communia negotia procurare, vel per reditus deputatos, vel si huiusmodi desint, aut sufficientes non fuerint, per ea, quæ à singulis colliguntur. Et similis ratio esse videtur si aliquis casus emergat de nouo, in quo patet plura expendere pro necessitate communi, vel pro honesto statu Principis cõseruando, ad quæ nõ sufficiunt reditus proprij, vel exactiones consuetæ, putá si hostes terram inuadant, vel aliquis similis casus emergat. tunc enim & præter solitas exactiones, possunt licitè terrarũ Principes à suis subditis aliqua exigere, pro vtilitate communi. si verò vellint exigere vltra id quod est institutum, pro sola libidine habẽdi, aut propter inordinatas, & immoderatas expensas, hoc eis omnino nõ licet. Vnde Ioannes Baptista militibus ad se venientibus dixit, Neminem concutiatis, aut calumniam faciatis, & contenti stote stipendijs vestris. sunt enim quasi stipẽdia Principum, eorum reditus, quibus debent esse contenti; vt vltra non exigant, nisi secũdum rationẽ prædictam, & si vtilitas est communis. hæc D. Thom. quem sequutus Diuus Antoninus. 3. part. tit. 3. cap. 4. §. tertio sic ait. Item si dominus est vnus, vel plures, non debent

Nota. *D. Antonin.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

bent iniuſtas,vel indebitas talias, vel collectas exigere à ſubditis, eſt autem huiuſmodi talia, vel collecta, vel exactio iniuſta,& indebita, quando videlicet eſt vltra id, de quo conueniunt cum eis ſubditi, vel cum anteceſſoribus ſuis,bona fide, & ſine vlla coactione; ſi in inſtrumento, vel pacto determinata ſit quantitas. ſimiliter eſt iniuſta quando &ſi non eſſet determinata, ſed indefinita, continetur in inſtrumento, vel pacto,quod poſsit exigere; nimis grauat,inſpecta conditione, & hoc arbitrio boni viri.Eſt etiam iniuſta ſi nouã exigit,& cauſa iuſta neſcitur, & huiuſmodi.Eſt etiam iniuſta ſi quãdocumq; non extitit, memoria in contrarium, tamen non implet dominus illud,propter quod inſtituta eſt, vtputà ſi deberet tenere officium, vel viam ſecuram, vel defendere eos, quod non facit ex negligẽtia,auaritia,vel propria malitia; cogẽdo ad huiuſmodi exactiones directè per ſe, vel ſuos,rapinam facit, & tenetur reſtituere. & dicitur indirectè cogere, quando propter hoc negat eis iuſtitiam,vel non defendit eos,& huiuſmodi.Sponte oblata ſine vlla fraude, poteſt accipere. hæc Antoninus.ſimilis fuit ſententia Cardinalis Caietani in ſuma titulo vectigalia, qui addit, decreto iuris.c.quanquam de cenſibus in.6. excommunicationem latam eſſe aduerſus extorquentes iniuſtas exactiones (quod & verum eſt, & caſu.5. bullæ cœnæ Domini expreſſum) & rurſus addit quaſuis exactiones Principum, vt iuſta ſint,habere debere ſequẽtes conditiones, ſine quibus iniuſtæ,& reſtituendę ſunt;cũ illis verò iuſtæ, & ſoluendæ ſunt à plebe.prima conditio eſt,vt imponatur (inquit) ab habentibus poteſtatem. ſecunda,vt habeant æqualitatem proportionalem, vt non plus grauent minus grauandos.tertia,vt pro publica vtilitate fiant.quarta,vt finis pro quo imponuntur,explea

Nota.

Card.Caietan. ex decreto Põtificis.

tur.

tur.quinta,vt nõ ſint nimiæ exactiones.ſexta, vt nõ ſint nouę,niſi ex noua cauſa, & ea ceſſante ceſſent. ſeptima,vt imponantur ſuper rebus tolerabilibus reipublicæ, hæc ſuma eſt ſententiæ, & verborum ferè Caietani,quæ quoniam diffuſa,& aliquanto confuſa ſunt, referre non libuit.Hæc etiam eadem eſt ſententia Sylueſtri in ſuma verbo gabella, & Magiſtri Soti libro.3.de iuſtitia quæſt.6.artic.7.& aliorum doctorum,quorum ſententias referemus inferius, cùm in particulari, & practicè deſcendamus ad ſingula, quæ noſtra concluſione continentur.

Sylueſter. Magiſt.Sotus.

17 Varia exactionũ genera ordinaria.

Animaduertendũ eſt tamen,varia eſſe iurium huiuſmodi principalium genera,quæ ex varia materia, diuerſiſq; neceſsitatibus, & pro diuerſarũ nationum idiomatibus,variè nominãtur,ad quæ oĩa exactionis, & reditus nomina generalia ſunt, vt notatur in lexico eccleſiaſtico,verbo exactio,& tributum,de quibus Sylueſter,& Magiſter Sotus,locis citatis ſcripſerunt, & lexicõ eccleſiaſticum verbo vectigal,& tributum. Itaq; exactio id,quod petitur à ſubditis ſignificat, cuiuſcunq; ſit generis: quod etiam ſignificare gabellam dicit Sylueſter verbo gabella primo. Penſio à pendo dicitur, pro precio quod ſoluitur pro vſu rei locatæ, à quo etiam impropriè dicitur penſio,quæ ſuper beneficiorum fructibus, à Pontifice conſtituitur; non tamẽ propriè pro pretio locatę alicuius rei,ſed pro annua penſitatione. Cenſus etiam eſt quædã penſio ex prouentibus data vel priuato,vel Principi, vel reipublicæ.Quæ & reditus,à redeundo,quod alteri competebat, dicitur. Tributũ eſt idem quod publica penſio, aut cenſus conueniens Principi, aut reipublicæ. Vectigal à vehendo dicitur, quod pro rebus vectis ſoluitur.idemq; eſt guidagium, & gabella.At verò Tallia, præſtatio, impoſitio, & collecta ſunt quædam

Universidad de Deusto
Biblioteca

exactiones, quæ imponuntur ſubditis ꝓportionaliter, ſecundū eorum facultates. Angaria etiã, & perangaria ab ango dicuntur; quòd impoſitiones ſint, & onera à perſonis ipſis ſubditorū ſubeunda, vel à rebus ipſorū. pedagia etiam dicuntur à pedibus, eſt enim vectigalis genus, ob mercium, & animalium tranſportationem exactum. Et hæc quidē apud Latinos authores. ſed & apud Hiſpanos in vſu ſunt multa tributorum genera proprijs ſuis nominibus ſignificata; quorum præcipua ſunt: portazgo, quod eſt idē quod pedagium, tributorum genus ex portatis rebus debitum. ſimiliter diezmos de la mar, quæ Latinè vectigalia dicuntur, vt placet authori lexici eccleſiaſtici. verb. vectigal, vbi etiam dicit comprehendi eo verbo vectigalis, quicquid ſoluitur regi ratione deuectionis, & depoſitionis mercium, & rerū quarundam, quæ Hiſpanè dicuntur ſeruicio, y mõtazgo. quod eſt debitū ratione tranſuectionis gregum. item aduanas, ataraçanas, peſos, alhondigas: quæ iura debentur ratione tranſuectionis, cuſtodiæ, & põderationis rerū. item pecho, ſeu hermãdad, y moneda forera cenſus plebis eſt totius, exceptis clericis, & ingenuis. itē alcauala, quod eſt ex vēditis rebus pars quota quædã, Principi debita. Et hæc quidē ſunt, quæ memoriæ occurrunt tributorū genera ordinaria, ad quę cætera minutula reducūtur, exceptis quidē extraordinarijs ſubſidijs, quæ ab omnib⁹ reip. membris perſolui ſolēt Principibus, tū à clericis, tū ab ingenuis, & plebe: quia non tributa ꝓpria, ſed cõtributiones, ac cõmoda publica ſunt, vt circa põtes, fõtes, vias, & ſimilia. itē eius generis ſunt eccleſiaſtica ſubſidia, quæ facultate põtificali ab eccleſiaſticis ꝓſoluuntur Principi.

Hiſpana tributa.

Extraordinariæ exactiones generales.

18 *Diſputatio de ſingulis exactionib⁹.*

Sed parū refert hoc, vel illo modo nuncupari exactionum principalium genera; quod ad rē pertinet illud eſt, vt explicemus quod tributorum genus liceat, quod

quoduè illicitū ſit, reductis ad quędã capita, omnibus tributis, quæ dictis præcipuis capitibus contineãtur. Nã certū eſt varijs regnis, & dictionibus ſuper diuerſas res, & diuerſa hominū genera, & ſub diuerſa menſura, diuerſiſq; nominibus cõſtituī poſſe; quoniã non eſt vbiq; ratio eadem neceſsitatum publicarū, neq; facultatum ſubditorum, nec idem rerum vſus, vt vbiq; eodem modo hæc accõmodentur, ſed cum hæc diuerſa ſint, ſpeciales quoq; erunt tributorū rationes, atq; diuerſæ. Ideoq; tributorum capita cum iuſtis cõditionibus, vt æqua ſint, proponemus, & examinabimus in ſpeciali; vt omni loco, & regno diſputatio ſubſeruiat. Singulis quidem, quæ ad ſe pertinent ſeligentibus, & ita nulli loco neceſſaria in hac ratione deerunt. Nè autē ſæpè ſingula repetere neceſſarium ſit, lectorem meminiſſe oportebit eorū, quæ in tribus ꝓpoſitionibus præcedētibus, & earū confirmatione diffuſē dixi: quibus expoſui quid liceat, & quid nõ liceat Principi in generali, & in particulari. Præcipuèq; memineri-mus grauiſsimorū authorum. D. Tho. D. Antonini, Card. Caiet. & aliorum, quorū teſtimonia continentia cõditiones iuſtarum exactionum Principū, paulò ante retuli: ad quas regulas referenda eſt authoritas, & veritas eorum, quæ dicemus.

Authores relati ſupra. n. 16.

19 *Conditiones iuſtę exactionis. Poteſtas.*

Primò ergo conſtituamus conditiones iuſtæ exactionis, iuxta authores prædictos, ſine quib⁹ illa iniuſta exiſteret. Vt ergo iuſta à ſubditis exigantur, primū neceſſe eſt, vt adſit poteſtas exigentis: quoniam ſine illa, nec dominandi, nec exigendi eſt facultas. at verò cùm ſecularis poteſtas immediatè procedat à republica; ab illius conſtitutione in initio, cùm regem poſuit; & à conſuetudine ipſius, à legibuſq; per illam probatis deſumenda eſt radix conſtituendi exactiones in republica: ſunt namque in varijs prouincijs varia

Universidad de Deusto
Biblioteca

genera poteſtatum in Principibus. & in quibuſdam ſolet eſſe maior limitatio, & coertio Principum, nè abſq; reipub. facultate tributa exigãt. in alijs verò maior licẽtia data eſt Principibus, quarum regionũ leges, & conſuetudines in hac re cõſulendæ ſunt: quoniam vnaquæq; natio ſuo Principi dare potuit, vt hoc, vel illo modo ſibi dominaretur. Quod autẽ ego in noſtra Hiſpania obſeruaui, illud eſt; vt non ſemper ad huiuſmodi, reipub. conſenſum ſpectẽt in Caſtellæ regno; aliud verò eſt in Aragonia, & in quibuſdã prouincijs. quãuis ab antiquis tẽporibus in his tributis conſtituẽdis comitia, ac cõgregationes regni conſulantur, ſed in hac re praxis, & cõſuetudo obſeruanda eſt: quoniã hæc à reipub. conſenſione dependent, vt dixi, aliter enim tyrannis, & iniuſtitia committeretur.

Hiſpanorum Principũ poteſtas, circa tributa.

20 Moderatio tributorum ſuadetur.

Secundo loco ad tributorũ iuſtitiã, requiritur moderatio ipſorũ. hoc eſt, vt ad duo inſpiciatur in eorum cõſtitutione, ſcilicet & ad neceſsitates reip. leuandas, nè vel earũ ſubuentio deficiat, vel vltra id, quod neceſſariũ ſit ad illã excedatur. Et ſimiliter ad facultatẽ ſubditorum attendatur, nè vltra grauentur, quàm valeant. Cuius ratio eſt; quoniam (vt dixi) Principes ſuſtentare debet reſpub. vt eam gubernent & protegãt. Sed non debet reſpublica eos conſentire, vt depopulentur, & plus æquo grauent ipſam, eò quòd hoc munus inimici, non patris reipublicæ exiſteret. Et inſuper animaduertè, ad exceſſum iſtum non habere poteſtatem Principes, quoniam à republica conſtituti, in eius bonum cenſentur erecti, non in damnum. & ita & Principes, & eorum conſiliarij conſulant ſibi, videantq; poſſe quidem potentia ſua opprimere ſubditos plus æquo, ſed iniuſtè, & tyrannicè ſi agant vltra poteſtatem, & æquitatem, grauiter delinquent in caput ſuum, incidentq; in manus

commu-

communis Imperatoris Dei. Et ad reſtitutionem nocumentorum, maleq; ablatorum tenebuntur, iuxta prædictos authores. *Docto. citati, nu. 16.*

21 Aequalitas prima conditio tributorum.

Tertio etiam requiritur in conſtituendis tributis æqualitatis proportionalis obſeruatio, id eſt, vt pro vtilitatis, & facultatis mẽſura, tributa ſubditis imponantur, ſcilicet vt ijs, qui parum participant de cauſa, & vtilitate, ob quam tributum imponitur, vel nihil etiam, non imponatur idem onus, quod cęteris. verbi gratia, in Hiſpania tributum, quod vocatur mõtazgo, imponitur propter defenſionẽ, & curã circa paſcua, & vias pecorũ, & gregum: hoc quidẽ non eſſet æquũ imponi ijs, qui gregibus carent, vel qui non vtuntur cõmunibus illis paſcuis, & vijs. ſimiliter caueatur, nè qui minus habet, vel minus vtitur rebus, & actionib⁹, pro quibus tributũ imponitur, æqualiter grauetur, ac illi, qui plus habent rerũ, & commertiorũ. Sed æquitate ſeruata menſuretur tributi quãtitas, pro vtilitate, & facultate cuiuſuis, ſeu etiam pro vſu, & cõmercio; & ſi facultates excederet. alioquin iniuſtè tolerari tributum cenſent Caietanus verbo vectigalia, & Medina de reſtitutione quæſt. 15. poſt medium. Cuius rei ratio eſt, quoniã omnis iuſta diſtributio debet habere comites iuſtitiam, & æquitatẽ; alioquin iniuſta committeretur acceptio perſonarum, quæ non eſt apud Deũ, vt inquit Paulus ad Roman. 2. mortaleq; peccatum eſſe in Principe contra iuſtitiam diſtributiuam docet beatus Thom. 2. 2. quæſt. 63. & Sotus libro. 3. de iuſtitia quæſt. 6. Et ita iniuſtum eſſet vel exigi ab aliquo id, quod non habet, & quod eius facultates nõ ferunt, vel exigi aliquid pro aliquo munere explendo à Principe, cũ tamẽ is, à quo tributũ exigit, munere illo nõ gaudet; vel parũ gaudet, & multũ exigitur: vtrũq; enim iniuſtũ eſſet: quoniam tributum correſpõdere

Card. Caiet. D. Medina.

D. Paul.

D. Thom. Magiſt. Sotus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

debet ad vtilitatẽ participatam à ſubdito, vel per commoda publica omnibus cõmunicata, vel per miniſterium Principis. ſicut ait Paul. ad Rom. 13. ideò enim, & tributa præſtatis, miniſtri enim Dei ſunt, in hoc ipſum ſeruiẽtes. Ad rationẽ ergo, & quantitatẽ vtilitatis, & facultatẽ ſubditorum, commẽſurari debet diſtributio tributorum, vt ſit iuſta: quia aliàs nimia ſolutio eſſet, & ſic iniuſta, iuxta legẽ forma. ff. de cenſ. *D. Paul.*

22 Diſtributio oneris fiat inter ſubditos & participãtes vtilitates etiam exteros.

Ad prædictam conditionem, explicationẽ quoq; adde: debere dictã æqualitatem ſic ſeruari circa forenſes, ſeu aduenas, & propriè ſubditos: vt abſolutè circa primos nõ poſsit imponi tributũ aliquod, niſi reipub. illius aliquo modo ſint participes: quoniam, vt prima conditione cõſtat, imponẽtis poteſtas requiritur primum ad imponendũ tributũ. At verò, ſi forenſes participent reip. cõmoda, aduentareq; ſoleant ad aliquã prouinciam, negotiationis cauſa, iuſtè poſſunt illis tributa imponi ſecundum menſurã negotiationis ſuæ, quoniam & aduentus eorũ ad eam prouinciam, ſubditos illos facit; & negotiatio facit eos participes cõmodorũ illius prouinciæ; & ita non mirũ, ſi ad defenſionem, & moderationẽ eius, aliquid pendant Principi, vel prouinciæ. & ita intelliguntur confuſæ quidẽ ſententiæ in hoc articulo Sylu. gabella. 3. n. 15. & Card. Caietani poſt medium cap. 2. eodem. verb. Doctoris Medina de reſtitutione quæſt. 15. poſt medium. *Syluester. Card. Caiet. D. Medina.*

23 Adſit cauſa publicæ vtilitatis, non priuatæ.

Similiter etiam, ex ſentẽtia omnium præcitatorũ doctorum, ad iuſtitiam tributi, requiritur cauſa publicæ vtilitatis, nõ particularis cupiditatis alicuius. cuius rationem egregiè expreſsit beatus Thom. vbi ſuprà: quod ſcilicet Princeps non eſt conſtitutus in republica ad ſuas curandas vtilitates, ſed ad publica procuranda commoda; cum enim æqua ſit ei cum cæteris naturæ conditio, ſuperfluum eſſet eius imperium, niſi *Doctores citati num. 16.*

niſi cæteris inſeruiens, publicam curaret vtilitatem; ob idq; Paulus ipſum ſeruientẽ reipublicæ appellat. ob id ergo hanc generalẽ regulam Principes omnes ſibi proponant, nè in huiuſmodi exactionibus ſibi, & ſuæ libidini fortè proſpiciant: hoc enim tyrannicũ eſt. ſed potius cùm ſtatuendum tributum ſit, exiſtiment non pro libito ſuo, quaſi in re propria acturos eſſe, ſed, vt in re aliena pro publica vtilitate, quid ipſa reſp. pendat, moderato, & chriſtiano animo ſtatuant. in qua re nõ poteſt certa regula præfiniri ad ſpecialia omnia, quæ occurrere in repub. poſſunt. ſed id relinquitur cõſiderationi conſiliariorum Principum, quibus certum ſit reddituros rationem ſupremo omnium Dño. ideoq; ſibi cautè conſulant illi. *D. Paul.*

24 Cauſa tributi expleatur.

Similiter etiam, ex conſenſu prędictorũ doctorum, & præcipuè D. Antonini, & Cardin Caiet. vbi ſupra, huic animaduerſioni, aliam adde: finẽ illum cõmunis vtilitatis, propter quẽ tributũ impoſitum, & ſolutum eſt, explendũ verè eſſe neceſſario. alioquin cenſebitur vſurpatũ, quod ſolutũ eſt: quoniam id non datur Principi, vt abſolutè ſuum, ſed reſpectiuè in ordine ad finẽ publicæ vtilitatis, vt dixi. & ideò ſi finis ille non expleatur, vſurpabitur quod datum eſt à republica, cõtra voluntatem dantium, quod eſſet furtum. *D. Antonin. Card. Caiet.*

25 Cauſa tributi ceſſante, ceſſat ſemper tributum.

His etiam cõſequens eſt, quod valdè animaduertãt quæſo Principes, & eorũ conſiliarij, tanquã id, quod ad eorum ſalutem maximè ſpectat, & in quo etiam ſi dilabantur, maximum illis periculum imminet. nec multa ego in hac re, præ modeſtia, dicam. ſibi ipſis illi conſulant. ego verò, quæ ratio docet, & ſupra citati doctores, & præcipuè Cardin. Caietanus verbo vectigal, cap. 2. ad medium, & Magiſter Sotus ſecunda concluſione dicti articuli vltimi, quæſt. 6. libro tertio de iuſtitia: qui abſolutè dicunt quod nos: Nempè ceſſante *Doctores citati num. 16. Card. Caietan. Magiſt. Sotus.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tributi causa, cessare quoq; debere tributum. alioquin iniustum, & restitutioni obnoxium erit. quod manifestè probatur, quia, vt paulò ante ex D. Thomæ sententia vbi supra, ac dictis verbis diui Pauli ad Romanos. 13. dicebam, Principes non ob suam vtilitatem, sed ob communem, tributa iustè à subditis exigunt, quoniam paris naturæ cum cæteris sunt, & super eorum facultates ius census naturaliter non habent, sed ex consensione reipub. vt illius necessitatibus prospiciant. Igitur manifestum est, nõ posse continuari tributum, non continuata causa: eò quòd illud sine causa publicę vtilitatis iniustum est, vt probaui: quoniam præter obligationem subditorũ exigeretur ab inuitis, cùm solùm teneantur Principi subuenire, nè desit subsidium suæ iustæ sustentationi, & necessitatum communium subleuationi. Atverò cum causa cessarit, & aliunde iustis necessitatibus succurri possit, idem est, atq; si causa nõ esset. quoniam supponimus ad nullam rem reipub. necessariam esse id continuandum, sed ad meram Principis voluntatem, quod certè esset iniustum. Secus tamen esset, si Princeps adhuc egeret antiquo subsidio ad alium finem posteà occurrẽtem, iustum tamen, & cum publica vtilitate coniunctum, & tamen fortè graue esset reipub. si de nouo institueretur: tunc enim tacitè liceret Principi antiquo tributo vti, licet antiqua causa cessarit: quoniam satis est adesse nouam, & iustam ei Principi, qui potestatem habet tributa imponendi. sed aduertendum est huiusmodi in rebus non valere præscriptionẽ vllam, causa cessante: quoniam in foro conscientiæ aduersus in potentiorem, non valet præscriptio potentioris, vt rectè Medina quæst. 16. de restitutione probat: quoniam semper adest vis, cum potentior aufert ab impotente quod suum est, illo quidem non valente se defendere.

D. Thom.
D. Paul.
D. Medina.

fendere. & ita nunquã habetur illud pro derelicto, vt quiuis possit illud occupare, & præscribere, quod est fundamentum præscriptionis iustæ: vt non sit vsurpatio tyrannica, atq; ideò vehementer errabat prædictus D. Medina quæst. 14. de restitutione, qui nec suis fundamentis nunc positis assentiens, & constãs fuit: dicens, etiam causa cessante præscribi posse tributum. Nisi ille intelligat casum à nobis exceptum, quando adest noua causa, licet antiqua cessauerit, vt tenet Nauarra lib. 3. de restitut. à num. 252.

D. Medina.
Petr. Nauar.

26 Quæ noua licita tributa sint.

Est tamen etiam aduertendum, vt Magister Sotus vbi supra, post tertiam conclusionem aduertit, idque prius Caietanus, D. Tho. D. Antoninus, & Medina post medium quæst. 15. locis citatis probarunt, non ideò existimanda esse illicita tributa, quòd noua sint; si tamẽ sint rationabilia, & prædictas habeant conditiones: nã iure suo Princeps à subditis exigit, quòd necessarium est ad sui, & ad reipub. necessitatum subleuationem: siue id quod petit antiquitus, siue recenter constitutũ sit. hoc enim est per accidens, quoniam sicut antiquitus habebat vim principatus, sic etiam & modo. cauendum est tamen ab iniusta deordinatione, nam hæc suam secum affert damnationẽ. Rursus etiam non nisi magna ex causa, innouanda sunt tributa: quoniam, & fortè antiqua sufficient, & ferè semper nouitas hæc turbationem in repub. afferet. Nihilominus tot possunt publicæ necessitates ingruere, vt huiusmodi nouitates ferendæ sint. Ob eamque causam iustæ censendæ sunt collectæ illæ, sæpè in disputationem adductæ inter doctores, vt inquit Caietanus cap. 2. verbo vectigal post mediũ, illæ namq; distributiones colligendæ pecuniæ per subditos, probantur à D. Thoma, & D. Antonino locis supra citatis. &, si pro iusta necessitate, & moderatè exigantur,

Magist. Sotus.
Card. Caiet.
D. Thom.
D. Antonin.
D. Medina.

Collectæ.

Card. Caiet.

Sup. num. 16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gantur, iustæ sunt. dum tamen aduertas, quæ paulò antè dicebamus, de seruãda æquitate; vt ille plus soluat, qui plus habet commodi de causa collectæ, siue pauper, siue dives sit, sicut optimè aduertit Medina ante finem dictæ quæstionis de restitutione. 15. Si enim pro generali commodo reipublicæ, aut sustentatione Principum, bellorum subuentione, aut defensione termini Regnorũ, aut similiũ collecta nouaimponatur, necessarium est pro qualitate facultatum, & non pariter à singulis exigere, vt paulò antè probaui. Si vero pro ratione negotiationis tuendæ, & super merces, ac deportata ipsa imponatur collecta, non est habenda ratio, vt ait Medina, facultatum cuiusq;, sed negotiationis, quam solent sæpè non solum diuites, sed & pauperes exercere. Et ita licet Pontifex. c. quanquàm de censibus, vetet ne noua tributa imponantur, intelligendus est de excessiuis, & sine iusta causa impositis, nam ad iusta tributa semper habet ius Princeps, & respublica, vt suprà probatum est.

Doctor Medina.

Sup. num. 21.

27 Asissiũ quod etiã est tributũ Hispanũ, quod sisa dicitur.

Hinc est non videri damnandum genus illud tributi, quod Asissium nominatur, Hispanè Sisa. quod est diminutio quædam ponderis, & mensuræ venalium rerum communium, & id quod de mensuræ illius diminutione respondet in pretio, cedit Principi, vel reipublicæ loco tributi: hoc inquàm, si præfatis regulis contineatur, iustum esse dubium non est, vt aduertit doctor Medina suprà citato loco. Licet videatur habere aliquam difficultatem, eo quòd subreptionis, & defraudationis vmbrã præ se ferat. Ideoq; eius in speciali meminimus: quoniam reuera iustus est modus tributi, quia nihil ad rem pertinet, an isto, vel alio modo à subditis exigantur iusta tributa. & in hoc respectus habetur ad

ad vsum rerum venalium, ex quibus, qui magis emit, plus habet pecuniæ, & ita ab eo exigitur iustè quota illa diminuta, sicut & à cæteris alijs aliquid secundũ possibilitatem suam, secundum quam plura, aut pauciora emunt. Quod si dicas videri iniquum, vt pauperes hoc, & gabellæ tributo magis onerentur, quàm diuites: quia ad suam sustentationem sæpiùs negotiantur, quàm qui sua consumunt, vel vendunt, & simul multa emunt sine hac defraudatione. Ad hoc ego: quid mirum, si qui plus lucratur de ratione, ob quam tributũ imponitur, magis exsoluat; siue pauper, siue dives sit: id enim secundum est per accidens; primum verò per se. item attendant pauperes ex bonis diuitum sustẽtari, etiam si suo labori id coniungatur. & res æqua mensura, & ratione metiamur necesse est. Deniq; & satis est in cõmune pro rep. vniuersa: pauperes, & diuites complectente, tributa constitui.

Obiectio de onere pauperum.

28 Alcauala, seu gabella.

Querelæ cõtra illam.

Responsio.

Sed maiorem habet adhuc difficultatẽ gabella illa, seu Hispanè alcauala; qua exigitur quota quædã pars, vel decima ex venditarum rerum pretio. de qua certè multus, & ingens inter nostros scrupulus esse solet, quòd videatur excessiuã tributi rationem continere. Conquerũturq; passim ciues nostri negotiationibus non posse intendere, præ magnitudine oneris istius. Adduntq; paucis vicibus re eadem diuendita, pretium totum tributis huiusmodi exhauriri. Addunt, rerum pretia quotidie ob istam causam excrescere, quoniam venditores, vt tributi huius onus redimant, pretia extollunt, & augent. sicq; ruina hæc in miseros emptores, & pauperiores incidit. Sed nihilominus genus hoc tributi potest ab iniustitia defendi, sicut sapientes omnes nostri tuentur, præcipuè Episcopus Couarr. in regula peccatum. 2. part. §. 5. & Magist. Sotus dict. artic. vltim. quæst. 6. lib. 3. de iustitia. & ratio est, quoniam

Episc. Couar.
Magist. Sotus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

niam ad dictas iustas regulas referri potest huius tributi iustitia: eo quod sustentare Reges, & gubernatores, reipublicæq; leuare necessitates subditi tenentur: quoniam eorum res agitur. quod si æquitate seruata inter ciues fiat, nulla ratione reprehendi potest, vt dictis patet. In speciali autem huiusmodi tributum esse necessarium ea ratione mihi persuadeo: quoniam eo ipso stante, Principes nostros alijs adhuc tributorum generibus egentes video. Insuper multas bellorum, & pacis necessitates videmus quotidie; quibus, nisi per rempublicã succurreretur, ipsa certè periret, maiusq; damnum incurreret solutionem excusans, quam tributa persoluens, eaq; certè ratione illa omnia, quæ dicuntur incommoda diluuntur. In humanis enim plena omnia reperiuntur in commodis, ideoq; minora eligenda sunt, præ maioribus. Insuper nec certè videmus negotiatores ob tributa deperditos, sed ob alia reipublicæ, & bellorum incommoda. & eorum multos diuites etiam negotiatione ipsa videmus. Maius certè inconueniens ego iudicarem alia ex parte oriri, ex eo quòd in Principibus, & Rebus publicis tanta necessitatum genera quotidie occurrũt, vt sæpe nouis, & auctis tributis indigeant, & sæpe etiam reditus publicos debitis onerari necessarium sit: propter quod publicas res sæpe turbari suspicor. ideoq; aliqua ratione his esset prouidendum, vt cupiebat quoque Magister Sotus ad finem dicti articuli vltimi quęstionis. 6. 3. lib. de iust. & iure. de quo inferiùs pauca dicam, & vtinam fructuosè, si prius animaduertam ea omnia, quæ de Principibus diximus, suo modo etiã ad respublicas pertinere, vt benè ex alijs doctoribus notat Syluester verbo Gabella tertio, num. 3. 4. &. 5. 15. & 16. & ibi à num. 1. ex decisione Pontificis in capite super quibusdam, de verborum significatione, docet hanc

Supra à nu. 19

Magister Sot.

Sylvest.

Ad querelas.

29 Respublicæ quod ius habeant circa tributa, & quod Princeps?

hanc facultatem imponendi tributa conuenire Imperatoribus, regibus, dominis, & rebus publicis non recognoscentibus superiorem, in suis dictionibus, & rursus etiã ex cõsuetudine alijs inferioribus id etiã, cõcedi, & populis quibusq; aliquando conuenire. Quod certè firmũ, ac licitũ erit, cum consuetudo vim legis habeat; dum tamen intra iustitiæ præscriptas regulas, tributorum ratio contineatur. Nam aliter, iam diximus iniusta esse, & ad restitutionem obligãtia Principes, & eorum ministros; cum ea exiguntur à nõ habentibus potestatem, vel non ob iustas causas publicæ vtilitatis, vel cum defectu moderationis æquitatis, & distributionis iustæ: quoniam tunc subripitur alienũ inuito Domino: quod est furtum, & tyrannis manifesta. neq; in hoc immorandum est, cum multa iam suprà scripserimus, in huius quæstionis præcedentibus propositionibus, vbi ex sacrarum scripturarum, doctorumq; testimonijs, id diffusè probaui, præcipuèq; in speciali declaratione, & probatione huius notæ 19.

Sup. nu. 16. &

30 Malitia & obligatio tributorum restituendorum, cũ iniusta sunt.

Excusatio aliqua.

Verum est tamen, quod & notat Syluester verbo Gabella tertio, & Caietanus verbo vectigalia antè finem, & Doctor Medina paulò antè finem quæst. 15. sæpè exactores, & Principes præscriptione longissima, & bona intentione ab scrupulis liberari debere, quoniam in dubio pro Principe præsumendũ est, qui sapientum consilio regitur, & communes necessitates potius sentit, & experitur, quam nos; sed hoc intelligitur quando iniustitia manifesta non adest: nam in eo casu non potest Princeps iustè excusari, vt

Sylvest. Card. Caiet. Doctor Medi.

dixi,

Universidad de Deusto
Biblioteca

dixi. Similiter existimandum est sæpenumero nõ posse satisfieri communibus necessitatibus, nisi cũ quere là aliquorum: tum ob rerum, & necessitatum angustias, quibus celeriter; etiã cum aliquo incõmodo prouidendum est: tum etiam ob subditorum duritiã, quos sæpe ad verum, & aptissimum medium reducere nõ poteris, nisi varijs ad inuentionibus, & cautionibus dissertissimis, ijsq; sæpè tributa imponere necesse est suauiori modo, quam possis, ac paulatim, & in rebus minutissimis, & in his etiam, quę deportantur, & negotiationi subsunt: & sæpe nomina & modos antiquitatis obseruare necesse est, etiam si dari possit modus alter aptior subueniendi publicis vtilitatibus, de quo infrà pauca dicã. Sed hæc adnotaui, ne facilè Principum consilia diiudicare quis audeat, quorum facta sæpè iusta apparebunt, si beneuolo animo, & humili inspiciantur.

31 Tributorum & Principum defensio.

Sicq; licet Card. Caiet. verbo vectigalia ad finem, & Syluest. verbo Gabella tertio, vlt. num. & Angelus quæst. 6. verbo pedagiũ, largius quàm paresset, loquuti sint de excusatione subditorum à tributis, propterea quod malũ quoddã illi in tributis suspicẽtur: sed certè licẽtia hæc aduersa veræ doctrinæ, & reipublicæ paci videtur: idq; solũ esset verũ, vbi citra scãdalum posset respublica resistere iniustis tributis apertissime, eo enim casu, vt inquit D. Thomas. 2. 2. quæst. 69. artic. 4. sicut licet resistere latronibus, ita licet resistere in tali casu malis Principibus, nisi fortè propter scandalum vitandum, cum ex hoc aliqua grauis turbatio timeretur: hæc diuus Thomas, de resistẽtia cõtra apertã iniustitiã Principis in similibus casibus loquitur, licèt q; ea resistẽtia iniustitiæ, quoniam eo casu non obstatur potestati, quæ ad actus ordinatos est, cui resistere non liceret, iuxta Paulum ad Romanos. 13. simi-

Card. Caiet. Sylvester. Angelus.

D. Thomas.

D. Paulus.

similemq; exceptionem affert Nauarra lib. 3. de restitut. c. 1. num. 246. Sylvest. verb. Gabella tertio, num. 24. & Cordoua in suma quæstione. 95. ad tertium dubium; si casus esset, quo Princeps deberet aliquid subdito, nec vellet soluere, tunc subditus ille tutus esset in conscientia non soluens tributa, vsque ad illam quantitatem. Additq; Sylvester id verum esse, etiam si per accidens eueniret damnum conductoribus tributorum, quia sub ea conditione, & alijs vidẽtur conduci tributa. Licet in hoc vltimo non omninò consentiat Cordoua citato loco, qui etiam ad dubium vltimum, ignorantiam subditi consulentis aliquot doctores, etiãsi error adesset, à peccato excusat. In hisq; casibus excusatio verè esset iusta.

Nauarra. Sylvester. Cordoua.

Sup. num. 21.

32 Subditis non licet defraudare tributa.

Sed absolutè de obligatione subditorũ ad tributa hæc breuiter dicimus. primum ad ea, quæ iusta sunt, non dubium, quin subditi teneantur etiam in conscientia, quod ex sacra doctrina satis probatũ est propositione prima. & cõsequenter secũdo dico: defraudãtes ex malitia huiusmodi iusta tributa, peccant graiter, & tenentur ad restitutionẽ. quod communi doctorum sententia recipitur, vt videre est apud Couarrubiam in regul. peccatum. §. 5. 2. part. & Sylvestrum Gabella tertio, num. 24. & Gabella quarto num. 6. Sotum. 3. de iustitia, quæst. 6. artic. vlt. & lib. 4. q. 6. ar. 4. Medinam quæst. 13. de restit. Cordouam quæst. 95. sumę. Petrum à Nauarra libro. 3. de restit. cap. 1. à nu. 227. per plures numeros. qui etiam dicunt præsumi pro Principe, atque in dubio soluenda esse tributa: quoniam ad hoc, & ad obedientiam exigendam ius habent Principes, & iudices, vt optimè aduertit Petrus à Nauarra dicto loco à nu. 263. qui etiam addit duobus sequentibus numeris: non esse ęquum vetare Principi, ne sequatur probabilem opinionẽ in constitutione

Sup. à nu. 4.

Episc. Couarr. Sylvester. Sotus. Medina. Cordoua. Petrus à Nauarra.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tutione tributi,cum hoc liceat cuiuis:& ita in huiusmodi humanis rebus licet Principi arbitrio bonorũ virorum duci se,neque subditus iustè se subtrahet à solutione tributi, quia fortè contra illud aliquæ occurrant rationes. Tertio dicimus verè obligare leges tributorum,etiam antè exactionem tributi. Quod primum expresè docent Couarrubias,Sylvester,Sotus, Medina, Cordoua, Petrus Nauarra locis citatis, eo quòd absolutè,vt primo dicto dicebam, ex catholica, & diuina doctrina,tributa debentur Principibus tanquam stipendium pro ministerio ab ijs exhibito erga rempublicam, vt constat ex verbis diui Pauli ad Romanos. 13. Ideò enim & tributa præstatis, ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum seruientes:reddite ergo omnibus debita,cui tributum,tributum:cui vectigal, vectigal:hæc Paulus. Quibus significat iustitiæ verũ debitum esse tributa. ex quo infertur meritò reprehendi Angelum verbo Pedagium num.6.& doctorẽ Nauarrum cap.17.num.202.& cap.23.num.55.& 60.à prædictis omnibus authoribus:eo quòd censuerunt satis esse subditis in conscientia, si pœnam exoluant,& si tributorum solutionem dissimulent:quia, inquiunt, legem pœnalem non amplius requirere, falluntur tamen quoniam lex pœnalis verè obligat,& lex tributorum non solum obligat ad pœnam,sed & debitum inducit,vt diximus,ex communi sententia, & Paulo. Ex quo etiam deduco vltimam conclusionẽ: scilicet teneri subditos nõ solum nõ defraudare tributa,sed & aliquid ex se facere, vt non lateat exactores. conclusio primum constituta est à D. Thoma in omnibus debitis,2.2.quæst.33.art.2.ad quartũ,vbi ait: illud quod debetur alicui determinatæ,& certæ personę siue sit bonum corporale,siue spirituale,oportet quod ei impendamus, non expectantes,quod nobis occurrat,

Obligatio ante exactionem.

Dicti authores.

D. Paulus.

Non occultentur tributa.

D. Thom.

occurrat,sed debitam solicitudinem habẽtes, vt eum inquiramus,sicut ille qui debet pecuniam creditori, debet eũ requirere cum tempus fuerit, vt ei debitum reddat.hæc illæ,& ita non licere occultari tributa docent Couarrub.Sylvest.Sotus,Medina,Cordoua,Petrus Nauarra locis citatis.Idq; ratione debiti ex iustitia:quoniam alias fraus,& dolus interueniret. Sed optimam limitationem huic rei afferunt Doctor Medina dicta quæst.13.ad fin.de restit.& Cordoua dicta quęst.95.ad dubiũ secundũ,dicentes prudẽter,& sine fraude esse procedendum, & ita licet occultatio non sit licita,tamen non tenentur subditi deferre tributa ad domũ Principis,aut exactoris:in quo etiã cõsentit Nauarra vbi suprà nu.234.sed nimius est in scrupulo cõtra sequentẽ doctrinã Cordouę,& Medinæ,qui addunt ppter suauitatis rationẽ,& volũtatẽ interpretatiuã dominorũ,posse iuste hoc fieri,vt primũ in reditibus cõmunibus seruatur cõsuetudo:atverò in reditibus ex pedagio debitis,satis sit via Regia procedere. Secundo dicũt quãdo iuramentum nõ petitur intelligi dũm licentiã facere declarãdi aliqua,& aliqua omittẽdi,vt multi ad se cõfluãt. Idq; existimo sensisse Sot. in fi.dicti art.vlt.q.6.lib.3.de iust.cũ dicit non licere, quidẽ exactorẽ eludere,sed cũ nimio rigore exigit tributũ,satis est si exactꝰ quisq; reddat:hoc enim ego intelligo,vt viriita docti deceret esse sentẽtiã,cũ tributa cõtingeret habere iniustitiã,vel cũ cõsueuit vt exactores requirant ipsos tributarios, vt in pedagio contingit,sicut dixi,nam nõ potest aliud de ipso suspicari,qui eodẽ ipso articulo tributa cõmẽdat. Et hęc satis circa forũ cõsciẽtię de tributis sint dicta,at de ijs quęstionibus,quę ad forũ seculare spectãt,nõ instituimus tractare,sed remittimꝰ lectorẽ ad praxim:de qua etiã cõterraneus meus D. Lasarte de gabellis latè scripsit.

Limitatio.

Couarru.
Sylvester.
Sotus.
Medina.
Nauarra.

Cordoua.

D. Lasarte.

Universidad de Deusto
Biblioteca

33 Extraordinaria media prouidendi publicis necessitatibus quæ.

Hucusq; verò exposuimus ordinaria, & cõmunia tributorũ genera, quæ licitè à Principe exigantur, & quæ persoluere teneantur populi, & quæ etiam communiùs in vsu sunt in quibusuis regionibus, & rebus publicis. Nunc autẽ de extraordinarijs medijs, quibus reipub. prouideatur, agendũ est, vt nihil huic tractationi desit: & quantũ ad secularem remp. prẽcipuè spectat, hoc quidẽ insuetorum modorũ leuandæ reipub. genus vnico hoc verbo exprimã: potest Princeps licitè, & respub. ipsa vti rebus, & personis particularibus, quomodo necessariũ fuerit ad curandã, & tuendam publicã incolumitatem; etiam si bona à subditis auferat, & vitã exponat periculo, vt rempub. defendãt, & eius bonũ tueantur: & hoc quidem cõmuni doctorum sententia vbiq; firmatur; & præcipuè Mag. Soto lib. 4. de iustitia quæst. 5. art. 1. 2. concl. & artic. 4. in prin. cuius ratio est: quia quãuis non liceat mala agere, vt veniant bona, vt dicebat Paulus ad Rom. cap. 3. & ideo nõ liceat Principi mactare subditum, vt reip. subueniat: quia illud malũ est, quod nullius boni palliatione fit rectũ. At verò publicum bonũ semper priuato præferendũ est: quoniam publicũ, & commune magis habet de bono, quã particulare, & sic diuinius est illud, magisq; appetendũ, & priori loco curãdum: vt docuit egregiè D. Thom. 2. 2. quæst. 26. art. 4. ad. 3. qui ait: sicut dicit Augustinus in regula, cum dicitur charitas non quærit, quæ sua sunt, sic intelligitur: q̃ cõmunia proprijs anteponit: semper autẽ commune bonum est magis amabile vnicuiq;, quàm proprium bonũ: sicut etiam ipsi parti est magis amabile bonum totius, quàm bonum partiale sui ipsius: & in. q. 31. art. 3. ad secundũ argumẽtum addit: bonũ multorum commune diuinius est, quàm bonũ vnius: vnde pro bono cõmuni reipub. vel spiritualis, vel tẽporalis virtuosum

Auferri potest bonum particularis, pro conseruando communi.

Authoritas.

Communis sententia.

D. Paulus.

Ratio, quòd communia diuiniora, & præferẽda sint.

D. Thom.

D. August.

tuosum est etiam, q̃ aliquis propriam vitã exponat periculo: & ideò cum cõmunicatio in bellicis actibus ordinetur ad conseruationẽ reipub. in hoc miles impẽdens cõmilitoni auxiliũ, non impendit ei tanquã priuatæ personæ, sed sicut totã rempub. iuuans, & in quæst. 32. artic. 6. ad finem addit: quando occurreret extrema necessitas alicuius priuatæ personæ, vel etiã aliqua magna necessitas reip. in his enim casibus laudabiliter prætermitteret aliquis id, quod ad decentiã sui status pertinere videretur, vt maiori necessitati subueniret: & (paulò ante ait) si fortè talis casus immineret, vbi subtrahẽdo sibi, daret alicui magnæ personæ, per quam Ecclesia, vel respub. sustentaretur: quia pro tali personę liberatione seipsum, & suos laudabiliter periculo mortis exponeret, cum bonum commune sit proprio præferendũ: hæc D. Thomas, quibus constat & bonum commune diuinius, & præferendum esse particulari: & rursus apertè ait licere exponere periculo res, & vitã particularium, vt respub. defendatur; vel, vt alatur, & sustentetur persona valdè necessaria reip. hoc autẽ est, q̃ nos intẽdimus: licere Principi obligare subditos ad hanc publicã subuentionẽ, etiam cũ detrimẽto bonorũ, & personarum particulariũ reip. & vt hoc magis persuadeã, aduerte Caietanum in. d. art. 6. D. Thomæ addere, id nõ solùm esse decens, sed necessarium ex prẽcepto ordinis charitatis, sic: cõstat quòd tam magna necessitas reipub. quã extrema necessitas alicuius occurrẽtis, necessitat ex ordine charitatis, qui est in præcepto, præponere bonũ cõmune priuato. hæc ille: & Sotus post mediũ. 8. art. q. 1. lib. 5. de iustit. addit adhuc casum aliũ, quo inquit: Inuasus tenetur, vt reor potius mortẽ perpeti, quã inuasorẽ interficere, etiã vbi aggressio iniurioſa esset, etenim si aggressor esset Rex, vel dux, vel alia persona, quæ valdè

Caiet.

Magist. Sotus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

esset reipub. necessaria, inuasus autem esset persona vilis, cuius vita ad bonũ commune nihil referret, profecto crediderim tunc inuasum illum charitate cogi lethum potius ferat, quàm inferat alteri; hæc ille.

34 Collectio rationis. Ex quibus colliges id quod ratione proposita intẽ dimus, nempè posse Principem, & rempublicã licitè propter bonũ commune, auferre bona à subditis aliquando, & vitã periculo obijcere, vt communi bono prospiciat; quando illa particularia ad conseruationẽ communis boni necessaria sunt: quod dictis duobus principijs suadetur; altero quo bonũ commune esse præferẽdum particulari probaui; altero nè fiant mala, vt veniant bona: ex his enim manifestè colligitur, licere Principi, quod contẽdimus: quia particularis subditus laudabiliter, imo & obligatoriè dat sua p cõmunibus defendendis, & tuẽdis, vt dixi: & Principes habent ius imperandi iusta, & necessaria, vt Paulus ait *D. Paul.* c. 13. ad Rom. & ita hoc imperare quid vetat? imo & cõpellere ad id ipsum, & executioni mãdare iure suo possunt. Præcipuè cum in eo, mali operis nihil interueniat, sed omnia licita sint: nẽpè bona subditorũ conferre in vsus publicos, cùm necessarium id sit, vt tota respub. defendatur. id enim nõ est illicitum; quoniam per se est necessaria defensio totius, etiam cũ incommodo partis. Esset verò malũ, nec agendum vt bona succedant, si Princeps mactaret hominẽ, vel sine delicto puniret, vel sine causa necessaria reip. & extraordinaria, sed passim auferret à subditis propria. Cùm autẽ in casu necessario pro bono cõmuni, particularia perire sinet Princeps, certè Deo gratissimũ opus agit, vt dixi, & vt declarat Chrysost. post mediũ hom. *D. Chrysost.* 79. in Matthæũ his verbis: Nulla res Deo gratior est, quàm vt vniuersam vitam ad commune commodũ conferas: idcircò ratione, atq; oratione nos Deus decorauit,

corauit, mentẽ atq; ingeniũ concesit, manus, pedes, vires corporis dedit, vt his omnibus & nos metipsos, & proximos tutemur: hæc Chrysostomus. Ex quibus primo colliges iustè defendi posse ius, & cõsuetudinẽ Hispanorũ Regũ, qui ad publicos vsus diuendunt vaga quædam populorum rura, præcipuè ea, quæ titulis carẽt. Hoc autẽ nõ ideò defendo, quod Regi omnia attribuã, si appropriata Dñis, & præscripta legitimè ab eisdẽ sint, sed quia etiã populorũ propria sine illorum cõsensu, ad graues necessitates reipublicæ subleuãdas, potest Princeps assumere iustè, vt nũc probaui, præcipuè in hoc casu, in quo minus est incõueniẽs, si à cõmunitate auferãtur, quã si à priuatis sumerẽtur: quia ij plus egẽt, quã cõmunitas, quæ alia ratione iuuari potest: & ideo nõ mirũ si in his tẽporibꝰ cũ tot præsentibus publicis periculis, hic modꝰ minoris dãni eligatur.

Terrarum vagarum acceptio.

35 Licitum bellorum periculũ pro bono publico. Ob id etiã in bellis, vt dicebat D. Tho. loco citato, li- *D. Thom.* citũ est homines exponi periculo vitæ, vt tota respub. defendatur, quoniã nõ agitur aliquid per se malũ, nec mors per se appetitur: sed per se quidẽ iusta defensio inquiritur, per accidẽs vero, ex malitia aduersarij, dãna sequũtur iuste bellãti. Insuper per se quidẽ iustissimũ illud opus est, quoniã defensio, & præcipue publica, iure naturali cuiuis cõceditur, atq; ideò Deus, qui dedit vitã & bona tẽporalia hominibꝰ cõcessione primæua Geneseos. 1. dedit etiã facultatẽ ea ipsa defendendi ab iniuria iniuste oppugnãtiũ: quoniã ego mea iuste protego: ille autẽ si damnũ incurrat, culpa sua est, nõ mea, qui per se nõ quæro nisi defensionem, per accidẽsq; alterius damnũ sequitur, & hæc est radix iustitiæ bellorum, de qua pauca dicemus quæst. vlt.

36 Vsus monetæ, autoriq; ad necessitates insuetas licet. Similiter Rex, & respub. potest necessitatibus publicis subuenire: cum insueta aliqua oppressio occurrerit, per vsum variũ, & auctionẽ pecuniæ super eius

Universidad de Deusto
Biblioteca

æstimationem; etiam retento eodē valore, ponderęq; metalli, aut materiæ; dum tamen incommodis, quæ possunt euenire ex ea variatione, aliqua ratione occurratur. Hoc primum constat manifestè ex communi omnium nationum consensu, quo semper ad placitum per taxationē reipub. vel Principis definitus est valor nummorū, vt expressè docet Aristoteles lib. 5. Aethicorum cap. 5. & lib. 1. Politicorū. c. 6. idq; ea ratione constat: quoniam & si naturaliter materiæ, aut metalla non sint eiusdē perfectionis, sicq; nec eiusdē æstimationis, sed variæ maioris, vel minoris; sicq; primo loco aurum, secundo argētum, posteà auricalcum, æs, ferrum, plumbumq; æstimatur; tamen huiusmodi valor naturalis confert ad primum vsum pecuniæ per commutationem rerum, inter se comparata earum pretiositate, & perfectione, vel imperfectione naturæ, qui vsus non pertinet ad formam, & rationem nummismatis; sed ad formam naturalem, & excessum vnius rei ad alteram, in quare communis æstimatio consulenda est, & sapientum doctrina. At verò nos loquimur de secunda æstimatione materiæ nummorum, prout induit rationem, & formam nummi: & in hac ratione non attenditur præcipuè ad naturalem valorem, sed ad positionem publicam, & sigillum; hoc enim est, quòd vim habet ad valorem determinatum: confertq; parum sit nè huius, vel illius materiæ nummus, si per illum mihi datur res pretiosa, vel ea, qua egeo. Itaque ad hanc taxationem esse in republica potestatem constat: quia potestas ordinata est ad plenam gubernationem. At verò nummorum æstimatio, & institutio necessaria est ad reipublicæ gubernationem, vt & inopia subleuetur eorum, qui necessarias res non assequuntur, obtinent tamen suo labore, & industria nummos aliquot,

Prima probatio.

Aristot.

quot, quibus necessaria sibi parēt; & vt negotiationi prouideatur id necessarium est, quoniam res deferri non possunt vbiq;, pecunias tamē facilè est deportare vbicunq; velis ea vti semper.

37 Secūda probatio. Secundò eadem probatur propositio: scilicet esse facultatem in republica, & Principe ad determinationem valoris, & ad limitationem eius, & ad constitutionem, & inualidationem monetæ. Hoc docent Aristoteles locis citatis, & Magister Sotus lib. 3. de iustitia quæst. 5. artic. vltim. & copiosiùs Episcopus Couarrubias lib. de collatione nummismatum capite. 7. Idque manifestum est ratione prædicta; quoniam in republica potestas est ad omnia ea, quæ ad pacem, & morum compositionem spectant, vt colligitur apertè ex verbis D. Pauli ad Romanos. 13. Et ita cùm hæc institutio, taxatio, & mutatio pecuniæ sit valdè in republica necessaria, ad bonam eius gubernationem, sequitur non esse æquum censeri ablatam facultatem ad huiusmodi: siquidem generaliter ad omnia opportuna concessa est potestas, Dei prouidentia, & rerum publicarum consensu, quæ cùm liberæ essent, facultatem, & vices suas dederunt gubernatoribus, illisque subiecerunt se. At verò quantum hæc expediant reipublicæ pensandum est, ex vtilitatibus, quæ illi afferre possunt. nam primum pecuniæ vsum vtilem esse iam probaui. secundo, nisi gubernatores valorem taxarent, maxima relinqueretur occasio confusionis, & iniuriæ publicæ; obtinentes enim pecunias, excessiuè valorem augerent, pro suo libito, & egentes opprimerentur. tertio mutatio valoris, auctio, siue abolitio pecuniæ ad multos vsus seruire potest; tum ad iustam rerum compensationem, attenta ratione pretiositatis, aut vtilitatis rerum; tum etiam,

Aristot. Magist. Sotus. Episc. Couarr.

D. Paulus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Modus prouidẽdi reipublicæ,permonetæ augmẽtum.

id ipsum erit necessariũ ad leuandas insuetas necessitates: nam si Principes, vel respublicæ nummos ex reditibus habent, & multa illis prouidenda sint,poterunt certè licitè augere pecunię valorẽ,vt paucis nũmis multa acquirantur,quod nulli nociuũ erit: cum cuiq; idẽ ius in nũmis suis maneat.Sicut etiã è cõtrario,si resvẽdendas plures haberẽt Principes,egerẽtq; ad publicas necessitates leuãdas,tũc possunt minuere valorem pecunię,vt venditis suis rebus plures nũmos acquirerẽt ad necessaria reipublicæ obsequia prẽstanda,nec tũc etiam particularibus fieret iniuria, quoniã intereà simili iure pro suis nummis vtentur.

Probatio tertia.

Tertiò vltima pars propositionis cõstat sentẽtia expressa Aristotelis,& Soti vbi suprà:qui asserunt raro, *Aristoteles.* & proter publicas necessitates insuetas,nõ aliter esse *Sotus.* licitã pecuniæ mutationẽ:quod probatur quia in turbationem,& confusionẽ adducitur respublica permutationẽ istam per se loquendo,quæ,nisi maxima vti-

Prouideatur incommodis.

litate compensetur, grauis videbitur. Sed & rursus animaduertatur,vt incõmodis,quæ oriri possunt,occurratur,nè iniuria aliquibus fiat, vt primũ in negotiationibus æquitas seruetur in solutione mutatæ pecuniæ,de quo agit Couarru.in.2.part. dicti cap.7. de numismatibus.secũdo, vt cõmutationes metallorum *Episcopus Couarru.* æquè fiant,per ęquum pondus;& rursus habeatur ratio mixtionis, quæ in nũmis inueniri solet, propter expensas excusionis deducendas,de qua re egit Couar.d.lib.cap.6.præcipue numero. 2. sed hæc omitto quòd minutissima sint.

38

Modus alius subueniẽdi Principi, & reipublicæ per inuẽta,& mineralia.

Nunc autẽ de alio grauiori modo, opulentioriq; subueniẽdi necessitatibus publicis est breuiter agẽdũ.

Solent enim Principes,& domini terrarum ac respublicæ duobus modis alijs vti ad suarum necessitatum subleuationem: videlicet inuenta quædam, & thesauros ad se applicantes; vel alijs donantes,cum domini non inueniuntur. Item ex metallorum, & lapillorum,& mineralium repertis diuitijs, partem aliquam,vel totas assumentes:quod qua ratione liceat in speciali dicemus nunc.

39

Incerta cui cedãt?

Et primum adnotato bona illa, quæ aliquis malè vsurpauerat,quorum dominos ignorat, proculdubiò cedere debere pauperibus,& operibus pijs.quod antiqua ecclesię traditione constat. sicq; decretum est per Alexandrum Papam.III.cap. sicut dignum.§.eos, de *Iura.* homicidio, & in cap. cum tu, de vsuris in.6. item & per Imperatores,&Reges in authentica Omnes peregrini codice Cõmunia de successione. & per Gregorium.IX.cap.quanquã de vsuris.& lege nostri regni. 31.tit.1.in part.6.& iure etiam nouiori concilij La- *Lateranense Concilium.* teranensis sub Leone.X.sess.9.§. statuimus.tomo vlt. conciliorum.& motu proprio Pij.V. quod refert Nauarrus cap.25.manualis num.122. super defectu recitationis horarum. sicq; generaliter de hac restitutione erga pauperes docuerunt,quod nos modò dicebamus, D.Thomas,& Caietanus.2.2. quæst.62.ad.3.art.5. *Doctores.* opusculoq;.21.D.Antoninus.2. sua part.tit.2.cap.4. Sylvest.verbo restitutio octauo,Nauarrus in manuali cap.17. à num.92. Doctor Medina de restitutione quæst.3. causa.10. M.Sotus lib.4. de iustitia quæst.7. artic.1.ad.3.Et ratio est,quoniam vsurpatũ nunquam bona fide obtinetur,sed restituendum est,vt dimittatur peccatum: & rursus Ecclesia habet potestatem ad omnia,quæ pertinent ad quietem conscientiæ, iuxta superius allata quæst.2. Hoc autem est vnum ex illis, vt in tali dubitatione sit securus pœnitens, qui prius vsurpator fuit, vt sciat quis cui restituat.Et ita Ecclesia decidere potuit,vt decîdit, talia hæc vsurpata dãda esse pauperibus,aut in diuinum cultum expendenda,

Universidad de Deusto
Biblioteca

causa pietatis, & religionis. Ex quo etiam ecclesiastico iure in vsu fuit, & est in Ecclesia, vt summus Pontifex bullis quibusdã compositionis concedat condonationem vsurpatorũ, quorum domini ignorantur, pro certa quantitate in pia opera expendenda: quod æquum, & securum esse, propterea quòd distributio illorum bonorum, & declaratio cui restituantur, ad ecclesiam spectat, docent Doctor Medina de restitutione quæst. 3. causa. 11. & Magister Sotus in 4. sententiarum distinct. 21. quæst. 2. artic. 4. & de iustitia quæst. 7. art. 1. lib. 4. & in nostra Hispania huiusmodi suma conceditur Regi pro bellorum expeditione, & defensione fidei: ex potestate ad pia, & vtilia.

Bullæ compositionis.

D. Medina. M. Sotus.

40 Inuenta cuius?

Sed quod magis ad nostrum intentum accedit, inuentorum ius explicandum est. Inuenta autẽ dicimus, quæ sine delicto reperiuntur, quasi vaga, & sine dñi alicuius testimonio: hęc verò quadruplicia sunt. quædam viuentia, quæ dicuntur Monstrenca Hispanè. quædã naufragorum bona. quædam pretiosiora, quæ aliquãdo fuerũt alicuius, suntq; modò in loco abdito, & hæc thesauros vocamus. quædã deniq; quæ communia sunt, nec ita pretiosa, nec abdita, sed in loco patenti reperta: & de his omnibus in genere id primũ certo statuatur: diligentiam esse adhibendam, vt inueniatur dominus, quo reperto reddẽda sunt illi, vt docet D. Tho. 2. 2. quæst. 66. art. 5. ad. 2. & Doctores in 4. sententiarũ dist. 15. vbi & Scotus quęst. 2. ad argumenta, & Caiet. verbo furtum, Sylvest. verbo inuentum, Nauar. cap. 17. manualis num. 70. D. Antoninus 2. part. tit. 1. cap. 15. §. 2. Sotus libro. 5. de iustitia quæst. 3. articulo. 3. ad secundum, Couarrubias in regula peccatum parte. 3. Idque probatur ex communibus restitutionis principijs. Et præcipuè Leuitici sexto, vbi eandem doctrinam de re perdita domino reperto redden-

D. Thom. Scotus. Caiet. D. Antoninus. Sotus. Couarru. Sylvester. Nauar. Leuit.

reddenda, tradidit Dominus: quod præceptũ cùm ad iustitiam spectet, non est abolitum, sed necessario seruandum ad salutem, iuxta doctrinam Origenis homilia. 4. in Leuiticum, & D. Augustini tomo. 2. epist. 54. & cautum est decretis multis. 14. quæst. 5. & lege falsus. §. qui alienum. ff. de furtis, & Hispaniensi. l. 7. tit. 13. lib. 6. recopilationis: potest autem inuento domino, inuẽtor petere satisfactionem laboris, & damni, ob custodiam, & inuentionẽ rei inuentæ: sicuti non aliàs, si damnum non successerit; neq; si extraordinarius labor non fuerit; nisi gratis aliquid dominus concedat, vt docet Couarrubias in regula peccatum, part. 2. §. 3. num. 3. & 4. & Medina quæst. 25. circa finem de restitutione, de quo in sequentibus dicemus. Sed cùm dominus non inuenitur, facta diligenti inquisitione arbitrio boni viri, tunc quibus illa bona cedant, inquirendum est. & primum de communibus inuentis quærimus, quæ in loco patenti reperiuntur, eorum domino nõ reperto, cui cedant? ad quam quidem quæstionem quidam scrupulosè censuerunt, respondentes: ea pauperibus, vel publicis vsibus cedere: inter quos fuit Paludan. in. 4. dist. 15. quæst. 3. art. 5. & Couarrub. §. 1. nu. 2. & 3. qui nituntur dicta consuetudine de malè ablatis incertis. Sed certè fallũtur; quoniã & est diuersa ratio illorũ, quę iniustè sumuntur, & istorum, quæ sine delicto reperiuntur. Et ita nullum efficax fundamentum est ad asserendum id, quod illi contendunt; sicq; meritò ab ea dicẽdi ratione discedimus. Præcipuè cùm ad contrariũ multa nos impellãt valida fundamenta: tum, quòd per diuinam donationem Genesis. 1. cuncta cedãt in vsum humanum, & primo occupanti concedantur, exceptis ijs quæ iure gentium diuisa, proprios habent dominos: & ita cũ huiusmodi inuenta derelicta sint, occupanti certè

Inuenientis præmium.

Origenes. D. August. Iura. Couarrub. Medina. Paludan.

Communia inuẽta, incerta sunt inuenientis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

certè tuta conſcientia conceduntur: quod ego abſque ſcrupulo affirmo;tum propter dicta;tum quia expreſſè D.Tho.2.2.quæſt.66.artic.5.ad.2.ſic ait:circa res inuentas,&c.ſi pro derelictis habeãtur, & hoc credat inuentor,licet ea ſibi retineat,non cõmittit furtũ,&c. cui conſentit Caietanus,& Sotus etiam loco proximè citato:nec contra hoc vlla conſtitutio eſt.Niſi de ſpecialibus quibuſdam inuentis alijs, vt videbimus per ſequentem doctrinã. Sed alia eſt ratio de viuentibus inuentis,quæ moſtrenca Hiſpani dicimus: quæ certè cedunt Principi, vel ei cui ea ipſe donauit:in noſtra ſaltem Hiſpania,vbi conſuetudo hoc obtinuit:quæ & iuſta eſt,nè furtis locus detur,ſed hæc quę viuentia,& manifeſta ſunt,apud rempublicam deponantur,donec dominus inuenitur, quam defendit Couarrubias ſuprà.§.1.num.5. quòd certè poteſtate gubernãdi rempublicam id dari potuit Principibus: præcipuè cùm ſcandalum rationabiliter vitatur in hac re, vt ea viuentia, quæ celari non poſſunt inuenta, publicè deponantur,nè furtis occaſio detur.Atq; ideo iudico in conſcientia etiam,talia inuenta animantia,quorũ domini non inueniuntur,reddenda eſſe Principi in noſtra Hiſpania,& alibi, vbi lege,& conſuetudine idem haberi docet Couarrubias vbi ſuprà: quoniam poteſtate Principis, & reipublicæ applicari potuit hoc dominium:& ita vbi id de facto applicatum eſt,dici non poteſt hæc haberi p derelicto; ſed adeſt regula D. Auguſtini tomo.10.ſermone.19.de verbis Apoſtoli.14. quæſt.5. Si quid inueniſti,& non reddidiſti,rapuiſti. Et idem dicendum eſt de alijs, quibus conſuetudo id dedit, vel Princeps; vt hæc,& alia inuenta obtineant; ſicut ſæpè redemptionem captiuorum curantibus datur:quæ largitio intelligenda eſt,vbi Princeps,vel concedens,ea iura obtinet;nõ vbi alijs competit

D.Thomas.

Caiet. Sotus.

Viuentia inuẽta, ſeu moſtrẽca cuius ſint?

Couarrub.

D.Auguſt.

petit conſuetudine,vel conceſsione:nam ius alienum non præſumitur auferri à Principe, aut Pontifice ſummo: fateor tamen verum eſſe, quod Syluester verbo inuentum à num.quarto ad ſeptimũ aſſeuerat, huiuſmodi vagantia eſſe inuenientis per ſe:quoniam nullum generale principium contrarium ſuadet; & ita vbi contraria lex, vel conſuetudo aliquid non diſponat, hæc inuenientis ſunt, ſicut paulò ante de cæteris inuentis dicebamus: cæterum in Hiſpania ſeruatur prædicta conſuetudo per legem ſextam titulo decimo quarto, libro ſexto Recopilationis legum Regni Hiſpanienſis.

Syluester.

De naufragorum bonis.

Sed de quibuſdam alijs inuentis naufragorum bonis aliud eſt cautum, vt ſcilicet deponãtur apud rempublicam,vt vero domino apparẽti quouis tempore, reſtituantur:quod decretum eſt per Lateranenſe concilium cap. excommunicationi de raptoribus, & in caſu.4.bullæ cœnę Domini idẽ habetur:idemq; adeſt iure ciuili,lege:qua ratione.ff. de acquir. rerum dom. &.l.1.ff.de furtis, & lege rerum.C. de furtis, & iure Hiſpaniæ.l.9.titulo.10.libro.7. Recopilationis: de quo etiam Syluester verbo naufragium. cuius ratio ex pietate ſumpta, hæc eſt: quia tanta eſt naufragorum afflictio, tantumque nauigantium periculum, vt generales regulæ inuentorum in hac re exceptionem patiantur, & iuſtiſsimè prouideatur ſecuritati bonorum illorum per modum prædictum, vt non inuenienti, ſed reipublicæ conſeruanda tradantur: & hoc quidem ſpeciale eſt in huiuſmodi. Quamuis illud generaliter obſeruandum ſit in omnibus repertis rebus, vt ſemper apparenti domino ius repetitionis concedatur, vt inquit Couarrubias in dicto loco.§.primo ad finem.

Iura.

Epiſc. Couar.

41 Theſauri, & minoralia.

Iam verò de alio difficiliori articulo, & quod magis ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

gis ad Principem spectat, & ad rempublicam exemptam, quorum est publicis necessitatibus prouidere, incolas bello, & pace gubernando, & defendendo; quam ob causam publica cõtributione ciuium, aliisq; modis eis prouidetur æquissimè. Itaque non infimus prouidendi modus est per inuentos thesauros, aut nummorum, aut gemmarum, aut rerum pretiosissimarum: & rursus per gemmarum congeries, quas riuuli, terraue in quibusdam orbis partibus solèt producere. Similiter & per venas metallorum auri, argenti, æris, & similium; seu etiam mineralium, salinarum, & similium: quæ omnia Dei prouidentia, & solis, terræq; virtute in quibusdam locis gigni solent. Est autem differentia inter thesauros, & cætera, quæ terra gignit: nam thesauri nomen, vt Couarrubias doctè adnotauit dicta tertia parte cõmentariorum in regulam peccatum. §. secundo, numero primo, significat absconditas diuitias per priorem dominum, in futurum cautè reseruatas: at cætera sponte producta, ex iis quæ in nullius bonis fuerunt, esse censentur: his ergo suppositis videndum est, cuius hæc tuto sint? cùm inueniuntur, nec dominus aliquis apparet.

Inuentorũ, & thesaurorum propria differẽtia notatur. *Couarrub.*

In qua re supponendũ est: Genesis. 1. donasse Deũ hominibus rerum dominia; & ita quæcunque fiunt inuenientis, ante rerum diuisionem; posteà verò iure gentium potuerunt dominia diuidi consensu hominum, & constitutione Principum: ita vt iniustum postea sit appropriata auferre; vagantia verò inuenientis sunt; & princeps, & respub. ea potest appropriare: hoc constat cõmuni doctrina; tum iuris de rerum diuisione, & dominio; tum D. Thomæ. 2. 2. quæstione 66. & sexagesima secunda, Soti lib. tertio, & quarto de iustitia, Medinæ codice de restitutione, Syluestri verbo

Genesis. *Iura.* *D. Thomas.* *Sotus.* *D. Medina.* *Sylvester.*

verbo dominium, Couarrubias in regulas possessor, & peccatum. *Couarrub.*

42 Ius incolarum ad inuenta.

His suppositis breuiter, vt cõscientijs consulamus, has difficultates resoluemus: & primum thesauros, ac mineralia, nulla existente lege, aut consuetudine in contrarium, non posse ab incolis alterius regionis, nisi de incolarum consensu, vel derelictione, occupari certum est: vt scribit Sotus. 5. de iustitia, quæst. 3. art. 3. ad secundum argumentum: quoniam rerum diuisione prouinciæ, & quæ in ea sunt incolis conceduntur iure gentium.

Secundò absolutè loquẽdo prædicta omnia inuẽta, inuenientis censenda erant; quoniam vaga non sunt diuisa, & censentur contenta sub generali Dei donatione Genesis primo, & ita cẽsebat beatus Thomas. 2. 2. quæst. 66. articulo quinto, ad secundum, & Sotus dicto loco, & Sylvester verbo inuenta à numero octauo. *D. Thom.* *Scotus.* *Sylvester.*

Ius Principum ad eadem.

Tertiò non est dubitandum leges Principum, & reipublicæ, & cõsuetudines applicantes dominia gubernatoribus, aut alijs horum omnium, iustas esse, & obligare in conscientia, tutosque facere possidentes: quia iure gentium ita possunt applicari dominia, vt paulò ante dixi: & ita Beatus Thomas prædicto locò has leges seruandas esse docet; idq; optimè probat Couarrubias supra in. §. secundo: & sic non est in hac re à legibus, & consuetudinibus prouinciarum discedendum: quoniam illæ pœnales non sunt, sed distributoriæ rerum. Ideoque exceptis relictis à cognatis, non mihi probantur sententiæ Sylvestri, & Magistri Soto vbi supra, qui paulò latiùs, & liberiùs aduersus has applicationes thesaurorum, & mineralium Principibus factas loquuti sunt, sicut frater Medina fol. 168. Magisque placet sententia Episcopi *Medina.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

scopi Couarrubias in dicto. §. secundo, qui & decisiones iuris communis, & Hispaniæ, circa has res collegit. Et est sententia Paludani in quartum, dist. 15. quæstione. 3. articulo. 5. & Antonini secunda parte, titulo. 1. cap. 15. §. secundo: censentq; consuetudinem esse vbique in orbe thesauros hos applicandi Principibus: quoniam ad communes leuandas necessitates hoc est valdè necessarium: cæterum in nostra Hispania partem inuentorum cõcedi inuenienti ex æquitate, dicit. *Couarr.* *Paludan.* *D. Antoninus.*

43 Praxis Hispaniæ, & consuetudo regiorum commodorũ defenditur.

Cæterum quid in nostra Hispania statutũ sit circa thesauros, inuenies in Recopilationis libro sexto, titulo decimo tertio, & libro nono, titulo octauo, lege decima nona, vbi etiam de mineralibus, & salinis agitur; sed consuetudo, & acceptatio publica seruanda est. Adnotabisquè nihil in lege, aut consuetudine huius Regni circa thesauros, mineralia, & salinaria, & tributa, tam in Hispania, quàm apud Indos inueniri, quòd non possit recta ratione defendi: primum namq; satis ex iam dictis principijs de potestate Principum, & reipublicæ, circa approprianda rerum dominia, constat potuisse iure optimo huiusmodi vagantia applicari capitibus reipublicæ, propter necessitates communes; & post applicationem illam, iam non possunt cedere inuenienti: quoniam habẽt proprium dominum, sicut nec inuenta, quorum domini inueniuntur: & si enim ante rerum diuisionem, & appropriationem, primo occupanti res concessæ essent, sed tamen post appropriationem, furtum in vsurpatione committitur, vt diximus. Alia verò tributa iam defendimus. Insuper quam sit æquum huiusmodi subsidijs subuenire Principibus, & reipublicæ, intelliget qui considerauerit: & immensos sumptus, quos fieri necesse est quotidie in republica; tum in

Defensio tributorum, & iuris thesaurorum.

Sumptus bellorũ, & pacis.

in pace gubernanda per ingentem ministrorum numerum, quos stipendijs sustentare necesse est; tum in eadem Repub. bello, & armis defendẽda ab innumeris inimicis, quos ferè nũquam diaboli industria, malitiaq; humana excitare, & munire desinit. quod si aliquando cessent, tamen apparatus bellicus, quem præparatum haberi à Rege, ad eos continendos, si fortè exurgant, necesse est, nunquã cessat. Præterea nec ad solos vicinos hostes Regni, & Reipubl. depellendos, bellicus ille apparatus, & sumptus necessarius est; sed & Christiano Principe valdè dignum, & christiani Regni munus necessarium erit, si viribus, & potentia valeant, etiam communes totius Christianæ familiæ hostes impetere, & propulsare: quoniam non solum Regni specialis incolæ, sed & fideles sumus, sicq; huic communi obligationi respõdere debemus: non tantum Regnum proprium, sed & fidem, fidelesq; fratres nostros defendendo. & ei Reipub. quæ plus valet, hoc onus incumbit: quoniam vt Sapiens Ecclesiast. 17. testatur, & si Deus in vnãquamq; gentem præposuit rectorem, tamen mandauit vnicuiq; de proximo suo (verba sunt Spiritus sancti) quibus significatur lege charitatis erga proximũ, à Deo, in principio nostræ creationis posita, teneri quemquam ex hominibus tueri suum proximũ, quãtum facultas cuiusq; tulerit: vt doctores omnes catholici circa præcepta charitatis fatentur. idq; sanè pietas ipsa suadet, nam quã esset quæso miserabile vicinas, & exteras nationes miserrima dæmonis, & hostiũ seruitute sinere opprimi: illis, qui innocẽtes, & fidẽ, Deiq; honorem protegere, & augere valeãt, quiescentibus. cũ præcipuè defendentiũ tũc res agatur: & in cumulatissimo fructu, ac corona à Deo cõsequẽdis, & in spoliorũ diuitijs, & gloria bellica eos

Bellorum externorum necessitas.

Sapiens.

Doctores.

Universidad de Deusto
Biblioteca

labores consecutis supra damnum; temporũq; vicissitudo mutuũ auxilium necessariũ esse his, atq; alijs præstandum ostendit;& ita qui nunc valẽt,egebunt fortè postea, vel priscis temporibus aliorum auxilia requisierunt. Quibus de causis iustè Principes potẽtis prouinciæ obligare possunt subditos,vt bonis,& personis suis prouincias aliàs adiuuent, & protegãt: quoniam ad omnia quæ iusta sunt, iubet Paulus ad Rom. 13.sublimioribus potestatibus omnem animã subditam esse. His adde non solum prædictos Principum sumptus, reipublicæq; dicta onera cũ equitate coniungi,sed & nó esse adeò in nostra Hispania intolerabilia hæc,quin facultates id onus non difficilè ferant:quoniã & apud Indos nostros ditissimæ auri, & argenti venæ reperiũtur, & in Regno ipso, Deo fauente,copiosæ facultates sunt,& tranquillitas,qua fruimur omnibus in cõmuni fruendi suis licentiam præbet. Nec ob regia onera vidimus hucusq; aliquẽ fame pereũtem,aut alicuius facultates deperditas. ob idq; æquum est Principum beneficijs gratos nos exhibere, libenterq; iura sua illis contribuere, orareq; pro illis,vt quietam,& tranquillam vitam agamus.q; &Paulus ipse primę ad Timot.2.suasit,qui ad Rom. 13.omnem subditorum resistẽtiam in malã partem interpretatus est. sicut & revera obmurmuratio aduersus huiusmodi onera ab inobedientia, & auaritia subditorum sæpe procedit, quæ ideò cauenda est. sicut sup.prop. 2. cauẽdũ esse excessum exactionũ,& sumptuum Principum,& rerũ publicarum diximus.

D. Paulus.

Tolerabilia onera Hispaniæ esse videbitur piè considerãti.

Sup.nu.7.

44 Regiæ domus, & thesauri opulentia defenditur.

Nec prætereũdum etiam hoc loco est,q; superius proposit.1.&.2.probaui, nunc vero ad memoriam reuocabo,vt onerũ prædictorum Reipub.sumptuũq; regiorum æquitatem magis apperiam. Itaq; meminerimus catholicæ doctrinæ non aduerfari, domus regiæ

Sup.nu.4.&10

regiæ gloriosam sustentationẽ,& opulentiã,& thesauri necessarij conseruationem. quoniam hæc ad totius regni honorem,& conseruationẽ, ac defensionem,etiam in futura tempora valdè sunt vtilia,& necessaria.neq; moderata hæc,sed superflua solũ reprehendi debere supra probaui, & hanc reseruationem omnes prudentes Principes curare certè debẽt: quoniam sæpe contingit præsenti periculo occurri non posse, si tunc opes, & remedia quærantur.

45 Donationum moderatio,& retractatio.

Item licet Principi munificentia conueniat, & magnificentia,ac liberalitas: quia omnia magna, & excelsa magnæ dignitati congruunt;sed cum hæc in medio consistant,extremum, & prodigalitas vitium est,maximeq; in eo,qui publicis necessitatibus prouidendis debet prospicere:quoniã talis si possit,&non prouideat,vitiosus,& iniurius est prouidendis ipsis. Et ideò donationes,& munera moderata decẽt Principem;sed immoderata nocent Reipub. & successoribus,& ideò cauendũ est ab illis. & si quædam inofficiosæ sint à Principe factæ,reuocari certè possunt: quoniã ad hæc,quæ nociua sunt Reipubl. & successoribus,Princeps non habet potestatẽ,quia ad cõseruationem,non ad destructionem Regni electus est. præcipuè cũ quæuis inofficiosa,& excessiua donatio iure non valeat,& reuocari possit,vt præter legũ decisiones titulis de donationibus,docet Couar.lib.3. var.c.12.& Sylvester nu.21.de donat.& idem Cou. lib.1.c.19.Neq; contraria præscriptio valet:quia cõtra bonum cõmune est, & permissiones Principum huiusmodi habent rationem precarij: q; ex consensione gentium,tãdiu valet, quãdiu nõ reuocatur.l.1. ff.deprecario, & ita Couar.sup.& reg.possess.p.3.§.3. Et ita Hispaniæ Reges legibus suis cauerunt, & eo iure vsi sunt in quibusdam in officiosis donationibꝰ,

Nota.

Episcopus Couarrubias.
Sylvester.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ ſuperfluæ ſunt,& titulis aliquando carẽt reſcindendis,vt lib.4. Recopil. tit. 15. ꝙ tuta conſcientia fieri poteſt:tũ ꝙ actus prodigalitatis, & in officioſæ, nimiæq; donationis defendi non debet,vt quippè vitioſus,vt diximus:tum quia bona maioratus alienari non debent,vt docet Couarr.lib.3.variarum.c.5. Et quãuis Rex legibus ſit ſuperior,tamẽ ad ſuperflua,& inofficioſa certè ius non habet,neq; in conſcientia, neq; in exteriori foro:quoniam cũ poteſtatem,& adminiſtrationem à Republica Principes habeant,non cẽſentur ad deſtructionem Reipub.ipſius datæ,neq; ad dilapidationem bonorum,quæ ipſa illis ad ſuam gubernationem loco alimentorũ,& ſubſidij ad prouidenda cõmunia onera exhibuit. Deo enim placere iuſtitiæ,æquitatis,moderationiſq; obſeruationem in Principe docet Sapiens libri Sapientiæ cap.6.

Moderatæ donationes licent Regi ſolum.

Epiſc. Couarr.

Sapiens.

46

Eccleſiaſtica ſubſidia Regi iuſtè cõceſſa.

Sed hucuſq; ſatis de laicis Principũ cõmodis,nũc autem agendũ eſt de iuſtitia,& defenſione eccleſiaſticorum ſubſidiorũ,quibus ex eccleſiæ reditibus clerici Regibus ſubueniunt. quæ ſatis eò probata ſunt, quò & à catholicis Regibus exiguntur,& à ſanctiſſimis eccleſiæ Pontificibus ſummis conceſſa ſunt. ſed quoniam res hæc difficultate non caret, neq; à quorundã obmurmuratione libera eſt,ideò quæ ad ſecuritatẽ cõſcientiæ neceſſaria videbũtur, ſubijciemus.

Decimarum conceſsio.

Dicimus ergo primũ:licite poſſe,& validè per Põtificẽ (nũc tantũ,& antiquitus per epiſcopos in ſuis diœceſ.)cõcedi Principibus,&rebus publicis,& laicis aliquibus (cũ iuſta cauſa reſpiciens ad cõmunẽ eccleſiæ vtilitatẽ,&ad Dei obſequiũ pertinens interuenerit) ius percipiendi aliquam portionem ex decimis, & eccleſiarum reditibus ad clericos pertinentibus.Idq; magnis Principibus de eccleſia benemeritis potiori ratione pertinebit.Hæc aſſertio (vt iacet,ſiue de perpetua,

petua,ſiue de temporali conceſsione intellecta) conſtat communi eccleſiæ vſu,& traditione,& cõmuni doctrina catholicorum doctorum præcipuè D.Thomæ.2.2.quæſt.87.art.2.ad.3.Magiſtri Soti.9.lib. de iuſtitia quæſt.4.art.3.ad finem. Couarrubias primo variarum cap.17.Syluestri verbo decima.& iuris doctorum titulis de decimis. Idq; decretum eſt iuris decretis de decimis,& ad optimum modum redactum eſt per Lateranẽſe concilium: primum quidem ſub Alexandro.III. anno Dñi.1109.ferè, capite nono, & poſteà anno ducenteſimo decimo quinto ſub Innocentio.III. cap.cum Apoſtolica de ijs quæ fiunt à prælato. ſed in cap.quamuis.cap.prohibemus de decimis prohibetur iam à Pontifice alienatio decimarum. Et poſtea idem expreſſum eſt per Pontificem cap.2.§ ſanè de decimis in ſexto,& ita poſt illam deciſionem non licet laicis obtinere decimas poſt illud tempus obtentas, etiam donatione prælatorum. Et ita poſtea hæc cõceſsio Pontifici ſummo ſolummodo reſeruatur: quia vetatio ſummi Pontificis cõprehẽdit inferiores. De tempore autem huius cõcilij optimè ediſerit Couarr.ſup.nu.5. Ratio autẽ huius rei ea eſt præcipua, ꝙ cum ex prædictorum doctorũ ſententia,decimæ deſignatio humano iure eccleſiæ ſit conſtituta;quamuis ſuſtentatio miniſtrorũ, vt ait Paulus.2.Corint.9.iure diuino præcipiatur.Ideò eccleſia ipſa,eiuſq; ſummum caput poſſunt alterare decretũ illud eccleſiaſtici reditus , quod poſitiuum eſt: iuſtis tamen de cauſis ad Dei gloriam ſpectantibus, & his regulis obſeruatis , quas ſupra diffuſè tradidimus quæſtionis præcedentis quarta propoſitione. Imò & epiſcopi,vt cõſtat ex dictis iuris decretis, poterãt in ſuis diœceſibus cõceſsiones decimarũ facere laicis; ꝙ tamẽ vt dixi ab illo tempore abrogatum eſt.

D. Thomas. Magiſt. Sotus. Iuriſtæ.

Lateranenſe Concilium.

Ratio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad id valet cõsuetudo antiquissima cum dissimulatione Pontificis.

Nec tamẽ est dubiũ quin summus Pontifex id valeat concedere, vt dixi. sed & consuetudine antiquissima, cũ dissimulatione Põtificum laici possunt tuta conscientia, cum de iure positiuo determinatio horum redituum ecclesiasticorum sit partem aliquã horum possidere. vt prædicti doctores probant, præcipueq; Couarr. à nu. 8. & Sylvester à nu. 10. vbi sup. His adde Pontificẽ esse ecclesiæ administratorẽ, vt patet. *Prædicti Doctores.*

47 Concessa, vel designata abecclesia, an reuocentur?

Sed præter ea, quę dicta sunt propositione. 4. quæst. præcedentis de reuocatione legum ecclesiasticarum, cui etiam reuocandi potestati limitationem adiecimus, ne cũ iniuria tertij fiat: addere hic oportet quæstiunculam: an prædictæ concessiones Pontificales, & designationes, & prouisiones beneficiorũ, & reditũ, ita firmæ sint, vt nec à Põtifice alterari possint: vel ab ipso qui concessit, vel ab eius successore? cui quæstioni distincte respondendum est. primo si cõcessiones illæ precariæ sint: hoc est precibus petentis cum conditione voluntatis concedentis obtentæ, vt sunt spirituales gratiæ, & quædam temporalia cum limitatione temporis data ab ecclesia, etiam si sint spiritualibus annexa, vt seruitia beneficiorũ & similia, ea inquam omnia ad nutum concedẽtis reuocari posse certũ est. de quo Couarr. scripsit lib. 3. var. c. 15. & habetur in decretalibus. tit. de precarijs, & decreto 10. & 12. q. 2. & l. 1. ff. de precarijs. Secundo si absolute Pontifex, vel episcopus, aut prælatus, qui ad id habet potestatẽ, iusta ex causa concesserunt ius aliquod spirituale, vel temporale perpetuũ, id quidẽ reuocari non potest pro libito ecclesiasticorum prælatorum. siue sit illud, quod concessum est ius decimarũ laici, vel ius beneficij clerici, vel ius feudi, vel aliud simile. Hoc probatur manifestè ex paulò ante dictis, & à nobis supra probatis quæst. 2. propositione. 4. circa limitationem

Couarrubias. Iura.

Precaria.

Perpetuo concessa.

tationem potestatis decisionum ecclesiæ, cũ iniuria tertij: vbi ex catholica doctrina ostendi nõ posse ecclesiam reuocare decreta cũ illa iniuria tertij, quãdo ius est alicui iam acquisitum: quia ea reuocatio reduceretur ad reuocationem iuris naturæ, & gentiũ negatam ecclesiæ: quia eo ipso quo aliquid meũ factum est, iniustitiam cõmittit, qui à me illud aufert. Et idẽ dicendũ est de facultatibus tẽporalibus concessis ecclesijs, & monasterijs, quæ inuiolata permanere patres sancti decreuerunt, vt refertur à Gratiano. 25. q. 2. ex Leone epistola ad Marcianum Augustum, & Gregorio epistola ad Bonifacium lib. 2. epistolarum epistola. 39. quæ habentur ibidẽ. cap. priuilegia, & c. de ecclesiasticis. idemq; decernitur per Nicolaum Papam in capite notum. 2. quæst. 1. & Innocentiũ. III. capite pastoralis, & capite Apostolicæ, & Alexandrum. III. capite fraternitatem de donationibus. Tertio fateri quoq; necessariũ est tribus vijs alterari posse ab ecclesia ea, quæ ab ipsa data sunt iustissimis quidem, & extraordinarijs causis, quę ad Dei gloriã, & animarum salutem spectent. Quoniam Põtifices ecclesiæ plenam à Christo potestatem acceperũt ad ea omnia, quæ ad ædificationẽ, & non ad destructionem fidelium necessaria sint, vt supra. 2. quæst. probaui, & docet Paulus. 2. ad Corint. 10. Sed reuocationis donationum, & feudorum ecclesiæ causas videbis apud Couarrubiam tertio libro variarum cap. 5. 12. & 15. & libro primo capit. 19. Sylvestrum verbo donatio, & feudum. Similiter propter delicta auferri posse ecclesiastica beneficia à possessoribus constat vigesima quinta quæst. 2. cap. sic decet, capite si qui episcopi, capite ita nos, & per Tridentinũ concilium sessione. 25. capite decimo quarto, & vigesima quarta capite decimo septimo, & 21. cap. sexto.

Sup. q. 2. nu. 48

Iura.

D. Paulus.

Couarrubias. Sylvester.

Exceptiones, & præcipuum fundamentum ecclesiasticorum subsidiorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

48 Auferre potest Pōtifex ecclesiæ quæ dam tēporalia ad bonum publicum.

Postremò tandem aduertendum est, posse euenire casum tātæ necessitatis reipub. christianæ, vt ad subuentionem, & expeditionem bellorum sit necessarium auferre iura, aut bona aliqua ecclesiarum, & oppida, quæ vendita subsidio sint publicis necessitatibus, & fidei defensioni: idq; incommodum eligatur, tanquam aptius medium, minoraq; incommoda afferens: quod quidem licet Pontifici, cum administrator sit, & gubernator summus ecclesiæ, & causa publicæ vtilitatis grauissima sit. iamq; diximus bonum commune præferendum esse priuato. & rursus posse Principem cuiusuis reipublicæ secularis, vel ecclesiasticæ auferre particularium bona, pro conseruando bono communi, in casu grauissimæ necessitatis reipublicæ: ex dicto loco ex sentētia D. Thomæ, & Caietani, & mag. Soti lib. 4. de iustitia quæst. 5. art. 1. secūda conclusione, & art. 4. in principio probaui. Has igitur exceptiones habet regula illa generalis de non auferendo iure alieno per Pontificem.

Sup. nu. 33. & 34.

D. Thomas.
Caietanus.
Sotus.

49 Concessa Regi Hispaniarū ex bonis ecclesiæ & reditibus eius.

Ex prædictis facilè deduces iustitiam, & æquitatem contributionū ecclesiasticarum, quas Hispaniæ clerici, & ecclesiæ Regi pendunt, & soluunt, ex decreto, & concessione summorum Pontificum: tum ex beneficiorum quarumdam diœcesum decimis, tertia vel quota parte aliqua regi reseruata; tum vel temporali, & determinato quodam subsidio, ex beneficiorum fructibus deducto; tum ex reseruato quodā præcipuo ex decimātibus, cuius decima Regi cedat. quæ omnia ad vniuersalis ecclesiæ defensionem, & sumptus bellorum aduersus ecclesiæ inimicos non mirum si concedantur. quoniam ad hæc habere facultatem ipsum Pontificem iam probaui; eaq; necessaria esse in Regis subsidium non dubitabit, qui ingentes belli sumptus expertus fuerit, & qui imminentes,

Sup. nu. 46.

nentes, quotidieq; vrgentes ecclesiæ inimicos considerauerit.

Ex venditis ecclesiæ oppidis subsidium.

Adeòq; rerum angustia tanta est, vt necesse quoq; fuerit his tēporibus ecclesiarum, & prælatorum oppidis per concessionē Pontificis his ecclesiæ necessitatibus succurri: quod quidem fieri posse de potestate Pontificis iā paulò ante diximus, idq; expedire eadē cōmunis ecclesiæ necessitas, & vtilitas docet.

Sup. num. 48.

Generale documētum ecclesiasticarum contributionū iustissimarū.

Cæterùm id quoq; animaduertere in omnibus his ecclesiæ cōtributionibus oportet: expediens esse vt tēpore tantæ ecclesiæ afflictionis, ecclesiastici succurrāt; Hispaniq; præcipuè, quorū reditus ecclesiastici opimi sunt, nec seculares præ multitudine tributorū amplius iuuare possunt rēpub. quàm iuuant. Nec grauiter id ferre debēt clerici, & ecclesiæ: cū causa ecclesiasticæ defensionis necessario subleuanda, & æquissima sit, & ecclesiastica bona in vsus pios, & in defensionē Fidei expēdi debeāt, ideoq; varij & opulenti sunt ecclesiæ dati reditus, & non solū ad ministrorū sustētationē, vt egregiè notat D. Thomas. 2. 2. quæst. 87. art. 2. ad primū. sicq; dignius est vt ij reditus, & eæ ecclesiæ facultates ecclesiæ necessitatibus subseruiant. Nec hoc genus solutionis tributū existimandū est, à quo clerici immunes sunt, sed maximo honori nobis est, vt ex omnibus ecclesiæ sanctæ clericis, & ecclesijs, Hispanien sis ecclesiæ bona subsidio Fidei præcipuè sint, & ita æquū est ab alijs sumptibus nos abstinere, vt in diuinum honorem bona dicto modo expendamus.

D. Thomas.

Defensio Regis circa ecclesiasticas hasce tributiones.

Neq; existimandum est hæc ecclesiastica subsidia, siue perpetua, siue tēporalia, Reges nostros, aut suo libito in propria cōmoda insumere, aut pro egestatis alicuius suę subleuatione hęc requirere. Deo enim gratias, potentes, & diuites sunt, & catholici, atq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

conſcientiæ ſuæ proſpicientes,neq; etiam eccleſiam diuexare, aut honori eius detrahere contendunt. ſed ſolum ad publicas eccleſiæ vtilitates hæc ſubſidia quę runt, poſtquam & induſtrias, & labores, & facultates, ac reditus proprios in hac eadem cauſa poſuerunt. quod potius illis honori eſſe debet, quam detractionis occaſio, exiſtimandumq́ue eſt iure optimo: boni Principis,ac catholici officium eſſe curam iſtam prouidendi non ſolum neceſsitatibus regnorum ſuorum, ſed & communibus eccleſiæ vtilitatibus. Et eccleſiaſticos viros etiam decet non nimis temporalibus eſſe addictos, cum in ſortem domini, & ad ſupernam hæreditatem præcipuè vocati ſint, ſicq́; licet temporales facultates,populorũq; dominia non dedeceant eccleſiaſticos, eccleſiaſq;, tũ ad iuſtã miniſtrorum ſuſtentationem, tum ad eccleſiæ ſplendorẽ,captandamq́; reuerentiam ſecularium erga Dei miniſtros, quas etiam ob cauſas priſci Principes eccleſias piè ditauerunt;cæterũ catholicè ad hoc quoq; reſpicitur, vt eccleſiaſtici reditus,& diuitiæ Deo dicatæ non ſolum ad propria, ſed ad communia quoq; eccleſiæ commoda ſubſeruiant. Et ſiquidem Hiſpanæ eccleſiæ neceſſaria ad ſuſtentationem nunquam defuere, non mirum ſi curetur, vt ex ſuperfluis,eccleſiaſtici quædam offeramus vtilitati communi,& non multum de temporalibus,& populorum dominijs curemus; totoſq; nos in Dei miniſteria, & bona opera impendamus: ad quæ nos Principes noſtri his oneribus impellunt, non verò aliqua libidine permoti,propria, aut à priſcis donata auferre conãtur. In bonam igitur partem hæc Principum noſtrorum facta,ob dictas iuſtiſsimas cauſas interpretemur, nec obmurmuremus,aut grauatè feramus,ſi cũ Paulo,nõ nr̃a, ſed quæ Dei ſunt, quęramus eccleſiaſtici.

Dicimus

50 Quarta propoſitio de dominorũ particularium facultatibus.

Diximus hucuſq; quo pacto ſentiendum ſit de Principum magnorum facultatibus. Quoniam autẽ ij non ſolum in repub. ſunt,ſed & inferiores alij qui tamẽ populorum capita, Principeſq, ſunt,& ſi ſupremis alijs inferiores: de quorum facultatibus, & reditibus agere ad ſecuritatem conſcientiæ non erit certè ſuperfluum,neq; ingratum reipublicæ; noſtro verò tractatui,quo de Principum omnium iuſtis commodis agere inſtituimus, omnino erit neceſſarium. Ideoq́ue in hac re hanc concluſionem poſt prædictas ſubijciemus.

Probatio.

Dicimus ergo primum iure optimo in republica bene ordinata ſub magnis Principibus, & Regibus, optimates, ac Principes, maioribus ſubditos, eſſe, iſq; rurſus dictiones,reditus, ac diuitias meritò concedi, vt reſpublica quaſi in duces diuiſa, perfectius gubernetur, & vt ſplendeat illa magis, iuuetur, protegaturq́; vbiq; abijs,qui plus cæteris opibus,& potentia valeant. Et vt ſingulares,& illuſtres quorumdam labores, & erga rempublicam merita remunerationem ſpecialem accipiant, qua alij ad ſimilia gerenda excitentur. Non enim abſq; his omnibus bona certè reipublicæ gubernatio cõſiſteret,ſi vel vnus Princeps,cuius ingenium humanũ, limitatumq́; eſt, totius reipublicæ curam vbiq; aſſumeret. ob idq́; ſapienter Exodi. 18. Iethro ille Moyſi conſuluit, vt Principes de populo electos præficeret plebi. Neq́ue tunc ſolum,ſed ſemper in illo Iſraelitico populo, vt totius veteris teſtamenti hiſtorijs videmus, Principes, & optimates præ cæteris diuites, & potentes extiterunt;quos Propheta quondam optimates,capita populorum appellabat. Idq́; in omnibus benè inſtitutis rebus publicis conſuetum fuit,nuncq; communi gentiũ conſenſione ſeruatur:quod certè niſi optimus

Exodus.

Comunis conſenſio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mus gubernationis modus censeretur, non sic generaliter obseruatũ foret ab omnibus. Ad hæc, vt dixi quasi stellis fulgentibus cœlum, sic respublica splendentibus vbiq; Principibus illustrior, spectabiliorq; ab exteris nationibus redditur. Insuper æquissimum est, vt res gestæ virorum illustrium bello, paceq; remunerationem accipiant: quoniam & virtutis iusta merces prẹmium est, & ad reipublicæ bonum conducit; vt ad similia gerenda spe allecti multi exciten tur. Sicq, animaduerte tandem quàm æquum initiũ dominorum hæc constitutio habuerit, his namq; diuitias, & dominia, ob insignes res gestas, vt in plurimum, Principes, & gentes concesserunt.

51 Iure sua possident domini tẽporales.

Sed vt constet iustè sua possidere tẽporales quosq; dominos tam populorum dominia, quàm reditus, cæteraq; specialia, siue iam appropriata bona, hoc solum animaduerte quod supra diximus, ex communi doctorum sententia, & iurium decisione: rerũ dominia iure gentium iustè, & validè applicari posse per reipublicæ, & Principum constitutionem, & donationem. quo fit, vt cum hæc potestas in Principe, & republica adsit, & rursus cum iustæ sint causæ, & ad commune bonum spectantes, quibus hisce dominis, & optimatibus reipublicæ sint appropriãda quædam bona illustriora, & ampliora, quàm cæteris, manifestum est ex paulò ante dictis, posse Principes licitè, ac vtiliter his optimatibus multa concedere, & permittere. Dum tamen obseruet Princeps moderationem illam, quam tenendam esse dixi paulò ante, in muneribus, & donarionibus ipsorum, & dum etiam optimates ipsi non plus iusto se extendere in suo dominio, cum aliorum iniuria velint. vindicem enim se habere dominum omnipotentem credant necesse est.

Sup. num. 12. & 41.

Moderatio.

Sed

52 Concessa iura regia optimatibus limitatiora fiunt.

Sed & aliud notatione dignum animaduertendũ est: optimates illos non eodem iure, quo Principes supremi, obtinere reditus; & subditos suos; neq; ita latius se posse extendere in exactionibus, sicut Princeps supremus; etiamsi Princeps ipse eas illis donauerit, aut respublica dederit. quod sanè sensit magister Sotus versus finem articuli vltimi quæstionis. 6. libri. 3. de iustitia, & apertissima ratione id constat: quoniam huiusmodi Principum exactiones, & dominia fundantur in generali gubernatione, & necessitate reipublicæ; quæ quãdiu crescat, subleuanda est per ipsam rempublicam contributione cõmuni; eaq; deficiente causa, deficit, & decrescit tributum; vt tota hac quæst. probaui, præcipuè tertia præcedenti propositione, & explicatione illius. Quo fit manifestè vt translata ad alios huiusmodi regia iura, non habeant eandem vim, quam prius habebant: quoniam non habent easdem causas, quæ iustã faciebant exactionem: nam optimates illi nec defendunt rempublicam per se solos, suisq; reditibus, nisi in extraordinario casu: nec ad id volent contribuere, neq; illis cura hæc totius defendendæ reipub. sicut Principi, incumbit. At verò propter hanc solam causam, vt probaui relato loco, & propositione. 1. & 2. huius quæstionis; licet Principi exigere quæcunq; necessaria ad eum finem; quæ tamẽ vniuersalitas facultatis exigendi non procedit, nisi in Principe, atq; ideò optimates non possunt idem ius per delegationem Principis sibi assumere, eo quod subditi, & respublica liberæ cõditionis sunt, nec Principes ad suam destructionem susceperunt, sed ad gubernationem, & defensionem suam: & ideo vltra istas causas Princeps non habet ius exigendi, nec delegandi; atq; ideo tãdem sequitur, vt si vltra petant, iniustè, & tyrannicè agant:

Mag. Sotus.

Dicta sup. nu. 15. & 25.

Habetur hoc sup. nu. 4. & 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

agãt:quia ſine poteſtate,& ex alieno dominio rerũ aliquid tunc ſumeretur. Nec idẽ dico de quibuſuis alijs emptoribus, & cõductoribus regaliũ redituum,ſicut de optimatibus dixi,illi enim omnes exigere poſſunt quod Rex: quãdiu Rex ipſe ea ex cauſis iuſtis exigat: dum tamẽ regia eadẽ neceſsitas ſubleuetur per facultates ipſorum conductorũ, & emptorũ,quia ij habẽt vicẽPrincipisin particulari illa exactione,& miniſtri eius ſunt.parũ enim refert,ſi per meas facultates Princeps leuet neceſsitates reipub. & poſtea mihi reſpub. ſatisfaciat ijs ipſis, quæ Regi debuerat dare;vel ſi directè detRegi eadẽ.At verò cũ donatione,vel prę ſcriptione iura Regũ optimatibus obueniunt,alia eſt ratio,vt dixi,non enim per eorũ facultates immediatè prouidetur reipub neq; neceſsitas cõmunis vtilitatis vrget in illis,ſicut in Principe,vt iã dixi.ob idq; meritò cẽſendus eſt erraſſe frater Cordoua in ſuma quæ ſtione. 1 1 5.qui in diſtinctè idem ius exigendi tributa dabat optimatibus, quod & Principi cum ille donaſſet ipſis oppida aliqua,& eorũ exactiones regias: cum tamen longè diuerſa ſit ratio, & ea Principis donatio intelligenda eſt cum ea moderatione quam ratio præſcribit.

Emptores,& conductores regiorũ redituum.

Frat.Cordoua.

53 In ſpeciali quæ exactiones liceant optimatib⁹,& quę commoda, & reditus.

Non tamen negamus optimatum licitam ſuſtentationem, & diuitias his fundamentis, quæ in hac propoſitione attulimus, ſed tamen ius hoc optimatum, Principumq; inferiorum procedet cum iuſtæ rationis limitatione,licebitq; illis exigere à ſubditis, quicquid ad decorẽ moderatũ,ſumptuſq; neceſſarios oporteat, nõ autem q̃ ſuperfluũ ſit,& ad libidinẽ,& auaritiã cõducat.memoreſq; ſint limitationis prędictæ qua ſuppoſita obtineãt cum gratiarũ actione, q̃ ſuum eſt,tum donatione Principum, & reipublicæ, tum conſuetudine,& præſcriptione.Id namq; ius licitum

citum eſt omnibus, dum bona fide obtineatur legitimè, vt diffuſè docet Epiſc. Couar. in commentarijs regulæ poſſeſſor. ſed meminerint aduerſus impotentes,potentiorem, præſcriptionem contra voluntatem illorum in foro conſcientiæ non protegere.vt doctè animaduertit doctor Medina quæſtione. 1 6.de reſtitutione. Quod quæſò animaduertant ij, qui optimatum confeſsiones excipiunt, & qui illis à cõſilio ſunt: ne ob alienas diuitias, & voluptates, ac honores ſibi inaniter damnationem parent. Nec tamen nos in genere præcepta, & regulas ſtatuentes, poſſumus ſpecialia omnia comprehendere ſigillatim, quæ practicè ex varia facti ratione, & ſtatuum conſideratione cenſenda ſunt in particularibus caſibus.ſed tamen ex ſupra dictis iam fundamentis generalibus deducet facile vir doctus, & peritus quid optimatibus in hac re conſulat,in primiſq; caueatur ne quid per oppreſsionem fiat, neq; per tyrãnidẽ dictiones,& alia illi quærant nociuè: ſed ſuauiter potius,& attentis ſubditorum facultatibus,& neceſsitatibus iuſtis ſubditorum, & optimatum onera illi ſuis imponant. ſecundo vt nil inſuetum exigatur, niſi regia facultate, & magna exigente cauſa. tertio, vt ex conceſsis regijs tributis nihil in rigore optimates à ſubditis exigant,neq; eo ipſo quo auget, aut nouum imponit Rex tributum, illi exigere velint. De venationibus autem optimatũ dicemus poſtea;ludi autẽ,& extraordinarij ſumptus ſubditos nõ obligãt,vt ad hęc inordinata cõtribuãt. ipſi verò optimates ſibi conſulant,nec ignaros conſiliarios quęrant: multa enim difficilia indocti diſſoluere nequeunt, niſi ambo in foueam cadant: vt docebat dominus.

Epiſ. Couar.

Doct. Medina.

Ad confeſſarios optimarum, & ad ipſos practica animaduerſio.

ANI-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ANIMADVERSIO PRINcipum, de aptiori modo sustentationis eorum, & subuentionis Reipublicæ.

54 VEllem ego modum istum reipublicæ prouidendæ grauiori alia authoritate fulciri, quam mea sit, vt ita efficax suasio esset, quàm modus gubernationis vtilissimus est, quem nunc suadere contendo. sed diuina doctrina, rationisq; lumẽ plus debent põderis ad persuadendum habere, quàm dicentis obscura authoritas impedimentum afferre, ne fides dictis habeatur. offeremus itaq; Principibus, & Reipublicæ vniuersæ quod menti occurrit, si fortè prosit aliquando. Et si enim tota hac quæstione optimis, & firmis fundamentis Principum iura defendimus, tamen nonsolum oportet considerare quid bonum, sed & quid melius sit in republica perfectè instituta, christianisq; legibus gubernanda, christianiq; viri officium est, vt Paulus ad Romanos. 12. dicebat, probare quæ sit voluntas Dei bona, benè placens, & perfecta. præcipuèq; gubernatoris optimi est munus suauiter, simul & fortiter rempublicam gubernare: ità vt nihil æquum omittat, & nihil violentum committatur, more diuinæ Sapientiæ, de qua cap. 9. dicitur: Attingit à fine, vsq; ad finem fortiter, & disponit vniuersa suauiter. itaq; quod sapientissimus magister Sotus ad finem articuli vltimi quæstionis. 6. libri. 3. de iustitia, & iure se peroptasse dixit, vt ijs Principũ exactionibus, & publicis necessitatibus via aliqua prouideretur alia, quam vel per has, quæ graues videntur exactiones; vel per æris alieni onus frequenter à Principibus, non cum paruo incommodo acceptum. Hoc ego & optaui, huiusq; consequendi finis rationem hãc, quam modo aperiam, inueni.

D. Paulus. *Sapiens.* *Mag. Sotus.*

Quam

Quam vt confirmem, & probem iustiorem esse, lectorem remitto ad ea, quæ diffusè scripsi superius in præsenti quæst. vbi quid liceat Principi, quid non liceat, & quid in speciali agendum sit, vt ab iniustitia caueamus in Principum cõmodis satis diximus, ex quibus facilè quisq; colliget & iustitiam, ac æquitatem modi à nobis præscribendi; eiusq; suauitatem intelliget; simulq; videbit quantum difficultatis, & scrupuli viæ aliæ prouidendi Principibus contineãt, & quam duræ videantur, minusq; philosophicæ, quàm nostra hæc sit, attentè considerans fatebitur fortè. Quod tamen breui sermone perficiam; prudentum considerationi cætera relinquens. *Sup. à nu. 4. 7. & 15.*

55 Circa Principes, & respublicas impugnatio antiqui modi exigendi.

Censerẽ ergo aptiorem modum sustẽtandi per rẽpublicã Principes, & prouidendi publicis necessitatibus pacis, ac belli hunc esse: vt primum non fiant minutissimæ contributiones exactæ passim, pro singulis rebus negotiationi expositis in republica, neq; passim collectæ fiant pro singulis minutissimis causis, etiam ab antiquis temporibus nomine tenus reseruatis. Quoniam multa incommoda, grauissimaq; possunt ex hoc procedẽdi modo oriri; multisq, scrupulis conscientiæ paratur seminarium, eo quod potest ex hoc venire, vt æqualitas proportionalis, & iusta non semper obseruetur, dum hi, qui ditiores sunt, minus contribuant, quam debiliores, qui magis quã doq; negotiantur. item euenire potest vt Principes, & capita reipublicę, cessante causa iusta, antiquaq; tributi, exactionem continuent, ea consuetudine minutissimarum collectarum adducti. Item etiam minutissima hæc colligendi ratio molesta est reipublicæ hominibus, propter frequentes, sibiq; succedentes exactiones. Insuper minutulæ istæ collectæ sumptibus exactorum consumi possunt. Tandem hoc modo non

Universidad de Deusto
Biblioteca

do non rectè constat an superfluè, an diminutè Principibus prouideatur: tributa enim in tot sectiuncu-las distributa non possunt ad certam rationem reduci, & cum necessarijs sumptibus comparari.

Secundo, neq; incommodo illud vacat, si Principes, & capita reipublicæ ærarium publicũ, redituſq; Principum, & reipublicæ debitis, & censibus passim onerent ad superuenientium necessitatum subleuationem. Eo enim fit, vt & incongruè satis respublica tributa pẽdat in vtilitatem particularium eorum, quibus reditus publici obligati sunt. ex quo etiam fit, vt multi in republica ignaui, & à negotiatione alieni fiant, cui si omnes vacarent nec reditibus illis regijs confiderent, vtilissimè multi negotiarentur, & viliora essent rerum pretia. Tandem si Principes, & respub. oneratos censibus reditus suos habeant, necesse est vt & ad ordinariam sustentationem; plus quàm facultas multorum ferat, extollant, & multiplicent exactiones. Et insuper ad extraordinarias necessitates noua onera necessarium erit passim imponi, cum magno reipub. detrimento, & grauamine. Vltimo, donationes excessiuæ bonorum, & oppidorũ regalium, & reipub. & onerationes censuum, super reditus principales in maxima quantitate, & perduratio earum, &c. mihi non probãtur, nec ad bonam gubernationem, nec in conscientia, quia certè hæc bona à repub. dantur, non absolutè, sed ad bonum eiusdem: quod si non in bonum, sed in destructionẽ reipublicæ dispendantur, non implent conditionem positam gubernatores, & contra voluntatem dantiũ dilapidant, & detinent; & non tantum contra priorum dantium, sed contra viuentium voluntatem; & aduertatur directos dominos esse respublicas; quæ vt dicam quæst. postrema, ex causa possunt mutare principatum,

cipatũ, & vendicare bona: & si domini, sub cõditione vtilitatis procurandæ reipub. sint Principes, & ita fateor esse supra leges, & respub. in rebus iustis, atq; ideo donationes, & onerationes facere licebit illis, iustas tamẽ, & moderatas: nõ excessiuas, & quæ ad necessitates leuãdas, & ad animãdos, & remunerandos strenuos, pro republ. laborãtes sint iustæ, & ius ad accepta inuiolabile acquirũt donatarij; sed contra moderationem factæ, sunt contra iustitiam; nec validæ, nec permittẽdæ, &c.

56 Nouus modus tributorum.

His ergo suppositis, ego censerem expedire multum reipublicæ; si Principes, & capita ipsius sustentarentur, & necessitatibus publicis prouideretur hoc modo. Primo totius reipublicæ cum Principe in comitijs generalibus prudenti consideratione expenda tur, quanta debita Rex, vel respublica habeat, & ea communi contributione deleãtur. Deinde videatur quæ sufficiant ad sustentationem Principis, & capitum etiam reipublicæ glorioſam quidem, & abundãtem; & ad aliquam reseruationem ad futuros euentus sufficientem. Hancq; summam etiam extendant ad cõmuniter occurrentia bella, & commoda publica curanda. Quo facto summam hanc totam distribuant inter regni, & reipublicæ ciues quotannis soluendam. Idq; fiat pro cuiusq; facultatibus. & adhibeatur consideratio ne ingenui onerẽtur, sicut plebei in hac cõmuni distributione. Insuper ingenuis onus aliquod imponatur, tũ præparationis, & obligationis ad bella regno, & reipublicæ defensioni necessaria. Insuper & ipsis census aliquis moderatus imponatur pro cuiusq; negotiatione, correspondens tributo alteri gabellarum, quas nos Alcaualas vocamus, in quo omnes consueuerunt includi.

Tandem hæc distributio generaliter posset à consiliarijs,

Universidad de Deusto
Biblioteca

siliarijs, & præpositis super tributa Regis, & reipub. & à regni capitibus in comitijs fieri, vt singulis ciuitatibus, vel prouincijs summa quædam generalis imponatur: Postea verò in singulis ciuitatibus, & prouincijs cõmissarij quidam deputati eam summam inter ciues diuiderent, habita ratione facultatum, negotiationis, & personarum ingenuorum, & plebeiorum, vt dictum est.

Secundo, pro superueniẽtibus necessitatibus extraordinarijs reipub. hæc ratio habeatur, vt si in mora sit periculum, Rex solus cum consiliarijs, vel cum aliquibus regni deputatis, in curia residẽtibus, valeat collectam generalem imponere. Et, si negotium id ferat, comitia regni ad id conuocentur. collectaq; illa pro rei necessitate fiat. Qua cessante statim exactio cesset.

Tertio, si quæ sint antiqua Principis, & reipublicæ debita, contributione generali ciuium, pro ratione eorum, quę diximus obseruari debere, soluãtur.

Quarto, si Principi, & Pontifici visum fuerit, etiã ab ecclesiasticis subsidia aliqua moderata, pro leuandis extraordinarijs reipublicæ christianæ necessitatibus, requirantur aliquando. Nam semper esse tributarios non decet, potiori ratione, quàm ea, qua ingenui liberari solent: isti enim bellis temporalibus, illi autem spiritualibus deputati sunt, Deiq; domestici specialius.

Quinto, si Principibus, & regnis placeret, statuẽdum esset, ne sine reipublicæ consensu alia onera, neq; redituum cõmunium, aut bonorum principalium alienationes adijci possent, nec permitti.

Probatio ex supra dictis.

Horum autem probatio iam à nobis præsuppositа est: nam & regulis illis iustitiæ, & iniustitiæ tributorũ nituntur prædicta. Et omni vacant incõmodo, & scru-

& scrupulo, quibus antiquus modus procedendi nõ omnino liber erat, vt diximus. Deinde suauissimè, & facilè per hunc modum prouidetur reipub. tũ ex parte subditorum, tum Principum. Sic namq; respublica Principes alet abundanter, & pro ordinarijs, & extraordinarijs necessitatibus facilius per hanc contributionem æquissimã, & ex qua facilè quisq; cognoscet tributi sui, & subsidij vtilitatẽ, & fructum, reipublicæ, & Principibus prouidens.

Tandemq; nemini per hunc modum iniuria fiet, quia ad hanc sustentationem Principum, leuationẽq; necessitatum reipub. subditos omnes teneri iure gentium iam probauimus: tum in ordinarijs, tum in extraordinarijs casibus: dum causa duret. Non verò ad aliquid aliud tenemur. Præterea & facultatum cuiusq;, & personarum, & negotiationũ lucri, vt æquitas poscit, rationem haberi volumus, vt nemo iustè conqueratur. certum est enim, neq; æquum esse vt plus pendat, qui minus habet, neq; vt soli plebei onera omnia sustineant, sed in aliquibus ingenui etiam, quia partes reipublicæ sunt, & personis ad bella aptioribus, & facultatibus si negotientur, iuuent rempublicam. Non tamen æquum est, vt eodem modo onerentur, ac plebei, quia ingenui personis suis, vt ossa in corpore, honorant & tuentur rempublicam, (si tamen officium expleant, ad quod oporteret obligari à Principe) reipublicæq; bella subire tenẽtur, sicut & clerici sacra ministrare christianis. Hanc autẽ totam gubernationis rationem tactam inuenies à B. Thoma in opusculo. 2 1. ad Ducissam Brabantiæ, & à magistro Soto in articulo vltimo, versus finẽ quæstionis. 6. lib. 3. de iustitia; præter reliquos doctores, quorũ testimonijs in hac quæst. vsi sumus, qui certè omnes ad hanc æquitatẽ, quã explicauimus aspirant.

D. Thomas. *Mag. Sotus.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

57 Circa optimates.

Ex eo autem sustentationis Principum modo, deducitur etiam facilè, quæ ratio habenda sit in moderatione redituum, & facultatum præcipuorum optimatum reipublicæ, qui subditis etiam alijs præfecti sunt: vt sine scrupulis, & incõuenientibus supra tacti sustentẽtur. Censerem ergo eorum subentionẽ à vassallis, & facultatibus ipsorum, vt consueuit prouidendam esse quidem. Sed moderatio etiam, quam Principibus conuenire probauimus, ijs etiam potiori ratione conueniet: quia & si necessarij reipublicæ sint, non adeò tamẽ vt Principes, minoribusq; auxilijs indigent. Et ita pro subditorum facultatibus, & personarum conditione, & pro statu cuiusq; Principis, & optimatis, attẽta antiqua cõsuetudine, cũ æquitatis tamẽ moderatione, oportet vt gloriosè ij sustẽtentur ad ornatum, & protectionem reipublicæ, & nihil iniustum, aut superfluum, violentumvè in optimatibus permittendum est à Principibus supremis, & rebus publicis: quibus incumbit vt æquitas, & iustitia perpetuò conseruentur. *Sup. num. 50.*

CONTENTA IN

Quæstione quarta, de campestribus.

1 *Quæ contineat quæstio, & quam afferat vtilitatem?*
2 *Prima propositione asseritur licitum vsum venationum, & nemorum.*
3 *Vsus ruris vtilis, & bonus est.*
4 *Is præcipuè Principum, & optimatum proprius est.*
5 *Sed & priuatis, & clericis aptus.*
6 *Principes, & optimates ab excessiuis sumptibus in venatione abstineant.*
7 *Secundo declaratur in quo iustitia, & iniustitia esse possit in vsu nemorum, & venationis & ruralium.*
8 *De nemoribus, & feris custoditis.*
9 *De cautione, & titulis obseruandis.*
10 *Opiniones doctorum quorundam impugnantur.*
11 *Practica impugnatio.*
12 *Alij opinantes impugnantur.*
13 *Resolutio vera: titulorũ, & conditionũ iustorũ nemorũ.*
14 *Nemora, & feræ custoditæ in proprijs locis dominorum licent, & maximè Principi, vel in proprijs terminis, vel communibus, cum septa sunt.*
15 *Aperta nemora in proprijs terminis, vel datis cum ea cõditione, licet habere.*
16 *Obiectiones soluuntur.*
17 *In terris communibus non licent nemora, non limitata.*
18 *Obiectio soluitur.*
19 *Quid in hac re exigat Principis maiestas.*
20 *Nemora limitata: cum licentia extra limites venandi datur, licita sunt.*
21 *Hispaniæ consuetudo probatur, & limitatur.*
22 *Priuatis quid liceat, & quid prohibeatur circa cãpestria.*
23 *Intra prædia propria conclusa nemini vetatur vsus.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

24 *In communibus, & Principum ſyluis expedit vetatio venationis, & piſcationis.*
25 *Leges vetantes campeſtria obligant in conſcientia, pro intentione legumlatorum.*
26 *Aſſumptio campeſtrium communium, non eſt mortalis, neq; obligat ad reſtitutionem.*
27 *Strages prohibentur.*
28 *Concluſa campeſtrium, vel exculta, & plantata quæuis, & domeſtica animalia, non eſt licitum aſſumere.*
29 *Colũbaria licita ſunt, & intacta debẽt ab alienis relinqui.*
30 *Cuſtodes camporum ad quid obligentur in conſcientia.*
31 *Campeſtria appropriata priuatis, vel communitati, non licet Principi aſſumere, ſed aliud eſt de vagis.*

QVÆ-

QVÆSTIO. IIII.

De campeſtrium licito vſu, & illicito.

QVÆ PRINCIPIBVS, optimatibus, & priuatis in hac re expediant, ad ſecuritatem conſcientiæ?

1 Vtilitas quæſtionis, & tractanda in ipſa.

VM inſtituerim hac Apologia declarare licita Principum, & optimatum iura, & commoda; viſum eſt nõ prætermittere huius quæſtionis explicationem, quam ad illorum, & priuatorum conſcientiæ ſecuritatem expedire cenſeo. Qua examinabimus Principum, & optimatũ vſum, & prohibitionem nemorum, & venationũ; quæ non carent ingenti difficultate, & innumeris ſcrupulis: à nobis quidẽ explicandis. ita ergo quæ licita ſint, proprijs, & firmis fundamentis apperiemus, quæ vero illicita ſint etiam dicemus apertè. Simulq; priuatorũ conſcientijs conſulendum erit, oſtẽdendumq; quid in hac re ſecurũ, quidue animæ nociuũ ſit in cæſione, paſtuq; ſyluarũ, & montium; venatione, piſcationeq; in omnibus etiã vetitis, & alienis terminis.

Quæ omnia noſtris temporibus adeò neceſſario explicanda eſſe duxi, vt & ad continendas oblatrãtium linguas aduerſus ea, quæ licitè poſſunt tolerari; & ad compeſcendos potentium affectus, in ijs quæ illicita ſint, hæc tractatio non ſit cæteris inferior exiſtimanda: in qua & ſi pauca à ſcriptoribus notata legamus, nos tamen curabimus ea omnia, quæ neceſſaria fuerint ex principijs Theologiæ ſacræ conſcribere. vt his difficultatibus noſtros expediamus. Et primum quæ ad Principes, & optimates ſpectant,

Universidad de Deusto
Biblioteca

deinde, quæ ad priuatos attinent explicabimus.

2 Primum propositio de licito vsu nemorũ, & venationum generaliter.

Primo igitur loco asserendum est: moderatum vsum, iustamq; possessionem nemorum, & venationum quarumcunq; licere, studiosaq; esse & Principibus præcipuè, & priuatis quibuscunq; etiam.

Probatio. *Consuetudo gentium.*

Hoc autem non solum priscorum philosophorum, omniumq; gentium vsu, & probatione firmatur, quibus similia oblectandi animi genera consueta, & cum virtute coniuncta existimata sunt, vt Principum, gentiumq; historijs manifestum est; sed etiã sanctorum patrum vsu, & sacræ scripturæ authoritate fulcitur. nam primum in mundi exordio Deus Genesis primo hominibus concessit facultatẽ fruendi, vtendiq; syluis, & nemoribus, & animalibus creatis ab ipso ad hominum obsequium, & delectationẽ, sustentationemq;, dicente domino: replete terram, & subijcite eam, & dominamini piscibus maris, & volatilibus cœli, & vniuersis animantibus, quæ mouentur super terram. dixitq; Deus ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram, & vniuersa ligna, quæ habent in semetipsis sementem generis sui, vt sint vobis in æscam, & cunctis animantibus terræ, omniquè volucri cœli, & vniuersis, quæ mouentur in terra, in quibus est anima viuens, vt habeant ad vescendum. & factum est ita. Hæc ibi Deus rerum author concessit omnibus hominibus, & primis parentibus, ad quorum etiam temperatam delectationem terrestrem paradisum omni plantarum pulcherrima congerie ornatum plantasse Deum dicitur Genesis secũdo; cuius delectatione illi, nosq; etiam ob illorum peccatum priuati fuimus; Dei tamen benignitate, post diluuij supplicium vsus idem concessus est hominibus, paradiso illo terrestri excepto, vt constat Genesis nono capite. Sicq; prisci sancti

Genesis.

sancti patres ea Dei licentia ad animi recreationem, corporisq; sustentationem vsi sunt: syluis, & venatione ad eam rem vtentes. Ideoq; Isaac sanctus filio iussit Genesis. 27. sume arma tua, pharetram, & arcum: & egredere foras: cumq; venatu aliquid apprehenderis, fac mihi inde pulmentum, sicut velle me nosti. Quam venandi consuetudinem veteres illos patriarchas conseruasse, cum debita tamen moderatione credimus. Sicq; legimus Salomonẽ tertio Regũ libro, & .2. Paralipomenon, & libro Ecclesiastes, huiusmodi nemoribus vsum fuisse, quod & Israelitici Reges conseruarunt. Omnesq; nationes vt iam dixi necessarium putauerunt. Idq; merito nã & hæc omnia, quæ syluis, & rure continentur, ad sustentationem corporum nostrorum, vsumq; humanum prodesse quis dubitabit? De quorum fructu participare non possumus, nisi vsu, venationeq; ipsorum. Deinde ad moderatam animi delectationem quantum syluarum contemplatio, piscandi, venandiq; exercitatio conferant, expertis relinquo, & considerantibus hæc maximè humano animo accommodari, quæ ad eius obsequium creata sunt, & quæ sensuum obiecta casta, pulchraquè continent; & à curis, & molestijs interioribus, sensuum exteriori, & grata occupationẽ animum leuant. quæ adeò delectabilis occupatio visa est multis, vt Regum, & optimatum diuitijs illam præferrent. Ad quam cum Christiana contemplatione coniunctam vocabat Eliodorum amicum B. Hieronymus epistola. 1. & Nazianzenum Gregorium B. Basilius epistola de vita solitaria ad eundem scripta; & lumine naturali illustratus Seneca tragedia quarta actu secundo diffusè, & eleganter hanc castam ruris delectationẽ descripsit, hisq; præcipuè versibus, quos nunc referre libuit.

Ratio.

Isaac.

Salomon.

D. Hieronym.

D. Basilius.

Seneca.

HIC

Universidad de Deusto
Biblioteca

HIC aues querulæ fremunt,
Ramiq; ventis lenè percussi tremunt,
Veteresq; fagi. Iuuat hic aut amnis vagi
Pressisse ripas: cespite aut nudo leues
Duxisse somnos: siue fons largus citas
Diffundit vndas, siue per flores nouos
Fugiente dulcis murmurat riuo sonus.
Excussa syluis poma compescunt famem,
Et fraga paruis vulsa dumetis cibos
Faciles ministrant. regios luxus procul
Est impetus fugisse, sollicito bibant
Auro superbi. quàm iuuat nuda manu
Captasse fontem? si celer somnus premit,
Secura duro membra versantur toro.

3 Ratio cur studiosè exerceri possit vsus ruris, & venationis.

TAndem vsus iste ruris venãdi, piscandiq; studiosus, & cum virtute coniunctus esse potest. quod docet D. Thomas prima secundæ quæst. 60. art. 5. & secunda secundæ quæst. 160. & quæst. 168. & ait Aristoteles lib. 4. Æthicorum cap. 8. studiosum esse leuare animum à curis, & molestijs, & à grauioribus negotijs quandoq;: tum vt postea promptius ad seria recurrat animus, tum vt vires corporis, interiori, & constanti animi occupatione nimia, non grauentur. vt autem ab excessu caueatur, & ne à virtutis medio deficiamus, adesse debet virtus quædã moralis, quæ passiones moderatur circa hęc delectabilia iocosa, ne vel nimis serijs rebus deditus animus, frangat vires hominis, & alijs molestus sit. vel ioco, & otio plus æquo laxetur: quæ virtus obiectum hoc, & officium exercẽs eutrapelia à philosopho, & D. Thoma vocatur. Postremò deniq; manifestum est horũ ruralium vsum moderatum licere hominibus, siquidem Deus ipse Geneſis primo, &. 9 illum concesit, vt dixi.

D. Thomas.

Aristoteles.

1 Eutrapelia virtus.

4 Principibus, & optimatibus nemora & venationes præcipuè cõueniunt.

Cæterum q de omnibus dixi, Principibus, & optimatibus

matibus potiori iure applicanda sunt. Quibus ideò licet campestrium vsus; expeditq; vt ad illorum exercitationem spatia quædam, nemoraq; seperẽtur, quibus animalibus, piscibusq; gignendis locus detur. Id enim speciale priuilegium, & dignitas eorum exposcit, & necessarium est ad leuandas molestissimas illorum curas, quas in republica gubernanda quotidie ponunt. & deniq; vt studium virtutis non intermittant, si otio dediti, in quo animus occupetur, cum à gubernatione vacant, non habuerint. Postremò vt Aristoteles primo libro politicorum cap. 5. ait, venatoria exercitatio belli quædã adumbratio est; ideoq; expedit, vt reipublicæ Principes, & optimates, quibus belli negotia commendata sunt, venationi quandoq; dent operam, vt bellicas exercitationes, pacis etiam tempore ioco addiscant, vt ad seria instructi sint: quam ob causam ludi aliquot iocosi belli inter optimates in vsu sunt. Ideoq; æquum est etiam huiusmodi campestria nemora, & venationes Principibus, & optimatibus non auferri.

Aristoteles.

5 De priuatis & clericis.

Sed & priuatis id non vetatur; sed est datum hoc, vt paulò ante probaui, omnibus in cõmuni id licere ostendens; excipe tamen ecclesiasticas personas, quibus, ob status ecclesiastici, & sacri decentiam, multa prohibentur à iure: vt choreæ, ludi, & venationes. de quibus lege Syluestrũ verbo clericus tertio, chorea, & venatio. & Caietanum verbo clericus, qui docent id sine contemptu, & scandalo, non adeò vetari, vt in clerico grauis censeri debeat transgressio; licitãq; venationẽ, & piscationem esse quibusuis ex genere suo, si absint malæ circunstantiæ, docent doctores omnes catholici, præcipuè Syluester verbo piscatio, & venatio. Mag. Sotus quarto libro de iustitia quæstione sexta articulo quarto. Cordoua quæst. 119. & Co-

Sup. nu. 2.

Syluester. Caietanus.

Mag. Sotus. Cordoua.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& Couarrubias in regula peccatũ parte. 2. §. 8. & alij inferius referendi. Illud autem in genere adnotabis iam consuetudine Reipublicæ esse obtentum, vt venationes, ac piscationes cum apparatu maximè Principum sint; moderatæ vero cæteris liceant, etiam clericis: dum illi iuxta status decentiam à seculari, bellicaq; venatione, & ab infamibus huius Rei muneribus abstineãt. In diebus vero festiuis solemnioribus, vt Syluester supra verbo piscatio, & in alijs, nisi recreationis causa, paruoq; tempore, vel ex vrgente necessitate, ab his abstinendum est; præcipuè si labor nimius, vel turbulentia adsint.

In festis.

Syluester.

6 Principes, & optimates ab excessiuis sumptibus in venatione abstineant.

Sed quod magis cauendum est, illud Principes, & optimates animaduertant, in huiusmodi nemorum, & venationum delitijs nõ licere plus æquo insumere: quoniam in hoc & prodigalitatis vitium incurritur in superfluis, & magnis sumptibus, & largitionibus, vt docet D. Thom. secunda secundæ quæst. 119. & 178. art. 2. Et huiusmodi venationum sumptus excessiui sæpe charitati, & iustitiæ aduersantur: cum superfluè in ea re impenditur, quod in eleemosynas erogandum esset, vel in vsus publicos insumendum; aut eo ipso releuanda esset respublica, quæ Principes alit, nõ ad superfluos sumptus, sed ad Reipublicæ necessarios. quamobrem acriter reprehendit eos, qui in venationibus, histrionibus, similibusq; superfluis sua expendũt, B. Augustinus tomo octauo in enarratione psalmi. 102. post medium, & in psalm. 149. ad medium exhortationis.

D. Thomas.

D. Augustinus

7 Declaratur in quo iustitia, & iniustitia esse possit in vsu nemorum, venationis, & piscationis, cæsionis, partusq; syluarum, & camporum.

Sed veniamus iam ad potiorem quæstionis partem, qua inquirimus de iustitia, & iniustitia vsus nemorum, syluarum, pascuorum, venationis, & piscationis. de quibus nos acturos prædiximus: & quòd ad Principes, & quòd ad priuatos spectat. hoc est

est enim à nobis præcipuè intẽtum, cuius articuli si veritatem elucidaremus nos, suaderemusq; alijs, non parum rempublicam iuuasse censeremus.

De ea re, secunda propositio.

De quo articulo sit secunda propositio. iuste exequi potest, & conseruari Principum, ac priuatorum vsus rerum campestrium; si quisque suis tantum, possessisque vtatur sine iniuria alterius. Iniustus vero is vsus erit, & restitutioni obnoxius, si aliena vsurpet, vel permittat quis, aut committat alienarum rerum nocumenta, ad quæ ius non habet. Hoc autem quod in genere hac propositione complexi sumus, in probatione explicabo, amplificabo, probaboq; sigillatim. nunc vero ad memoriam reuocabo principia, quæ, ad cognoscendum & virtutem iustitiæ, qua redditur vnicuiquè quod suum est; & vitium iniustitiæ, quo è contra aufertur quod suum est, ab vnoquoq;, tradit D. Thomas ex sacra doctrina, communiq; consensu iurium, & doctorum in secunda secũdæ à quæst. 58. per multas, & mag. Sotus libris de iustitia & iure à lib. 3. per totum, & Doctor Medina, & Petrus à Nauarra tractatibus de restitutione, Couarrubias in regula peccatum. Nauarrus, & Sumistæ cum furta, & septimum decalogi præceptũ exponunt. Similiter cum de rerum diuisione, & dominio iura, & doctores ijsdem titulis disponunt, explicantq; authores prædicti præcipuè D. Thom. supra quæst. 66. & 62. & Sotus quarto de iustitia, & iure. de quo & nos superiori quęstione satis diximus. ijs ergo conclusio nostra manifesta redditur. neq; de ea in generali, doctus quisquam dubitabit. At in speciali elucidandum est, in quo possit is campestrium vsus licitus censeri, & in quo illicitus sit? quæ difficultas sequentibus probationibus, & explicationibus conclusionis istius explicabitur.

Probatio generalis.

D. Thomas.

Veniamus

Universidad de Deusto
Biblioteca

8 De ne moribus,& fœnis Principũ, & optimatum.

Veniamus ergo ad præcipuũ quæstionis punctũ, & præsupponamus vt mag. Sotus cõcedit loco infra citando, æquum esse vt Principibus,& potioribus Reipub.optimatibus designata sint nemora specialia,illisq; permitti feras,fluuiosq;,venandi, piscãdiq; causa custodiri,tum ad recreationem, leuamenq; iustum à curis,& laboribus bellorum,gubernationisq; Reipubl.tumq; etiam ad equestrem exercitationem; tum deniq; ad maiestatis significationem illorum statui decentem,ad subditorum reuerentiam. Adeò vt si ab antiquo tempore eæ recreationes non obtinerentur à Principibus, non esset iniustum eas de nouo constituere. dum tamen aliqua ratione caueretur ab aliorũ iniuria,vt dicemus inferius. Eo quod vtilitas publica præferenda sit priuatæ, quam aliquã do lædi posse licitè ad tuenda Reipublicæ commoda authoritate Principis,probaui ex catholica,&cõmuni doctrina quæstione præcedenti. Et ita non debemus scandalizari si reges in Regnis suis,& optimates in suis dictionibus nemora aliqua feris ornata, custoditaq; obtineant. id enim licitum est ratione prædicta,etiam si vicinis aliquod damnũ inferatur: dum tamen cautio, & moderatio infra constituẽda seruetur. In qua re quæritur an absolutè defendẽdi sint Principes,& optimates, qui prædicta nemora, feraſq; custodiunt,quando particularium vicinorum bonis nocent feræ illæ segetes conculcãdo, & pascẽdo fructus,& prædia depopulando, impediendoque cultores,ne in sibi aliàs cõcessis prædijs,& terminis serant,aut plantent,metu subsequendi damni; occupandoq;, & vexando vicinos in defensione molestissima bestiarum illarum. Quod si addideris acerbam punitionem subditorum, qui in hac re delinquũt,magis difficultatẽ augebimus.Quærimus ergo an hæc

Magist. Sotus

Conceduntur nemora, & feræ, custodiaq; earum.

Sup.q.3.nu.33

9 Non absolutè, sed cum cautione, & iustis titulis concedunt prædicta.

an hæc liceant terrarum dominis absolutè; & an satisfaciant omnes illi, illatis damnis, sola quadam satisfactione arbitrio suo designanda, vt fieri solet, experimurque multa huiusmodi in republica accidere.

Prima opinio.

Cui quæstioni respõdent doctores quidam latiùs, quàm conscientiæ securitati conueniret, inter quos fuit frater Antonius Cordoua quæstione centesima decima nona sumæ: qui non solùm dicit licere Principibus, & optimatibus prædicta omnia, sed defendit terrarum dños, qui in nemoribus suis,& communibus terminis feras nutriunt,& custodiũt,etiam si aliquot damna irrogent: dum non sint excessiua, illa verò moderata incommoda ait posse resarciri à domino per remissionem aliquorum iurium pertinentium ad ipsos dominos, vel per appretiationem damni,per feras illati, vel per concessionem venandi minora animalia, vbi in communibus terminis reperiantur; maiora verò si in proprijs hæreditatibus subditorum fuerint inuẽta. Additq; in fine, si hoc vltimum medium apponatur,ad nullam satisfactionem teneri dominos. Et nititur ille in vtilitate publica, quæ ex recreatione Principum oriri potest. Et in iure præscriptionis, qua ij domini terrarum sibi acquisierunt ius obtinendi, & vetandi prædicta:& in modo illo satisfactionis, qui sua quidem sententia sufficiens erat. Similiterq; alij recentiores dixerunt.

Frater Cord.

Secunda opinio.

Sed alij doctores maturiùs scripserunt, & si quæstionem hanc non omninò explicarunt, sed attigerunt solùm: vt Magister Sotus libro quarto de iustitia, quæstione sexta, articulo quarto à medio, & Couarruuias in regula peccatum, secunda part.§.octauo, numero primo; qui ex multis doctoribus concedunt licitam esse venandi vetationem per Principes,

Magist. Sotus. Episc. Couar.

Universidad de Deusto
Biblioteca

de quo puncto dicemus inferius: sed duas generales regulas aptè proponunt; alteram Sotus pagina penultima dicti articuli: scilicet prohibentes dominos teneri in integrum restituere omnia damna illata à feris custoditis; alteram regulam tradit Couarrubias *Couarr.* ad finem dicti numeri primi: scilicet cautè esse recipiendam præscriptionem, quam in hac re se habere contendunt optimates, nè à tyrannide initium habeat, & eo modo intelligit Caietanum in suma ver- *Caiet.* bo venatio ad finem. Et hoc quidem videbatur sentire Cordoua in septimo puncto quæstionis citatæ, *Cordoua.* nisi confusè loquens, & in fine latiorem viam sequens, sententiam obscurare videretur, præ seq; fert Principibus placere voluisse quibusdam, de quibus loquitur.

10 Impugnatio primæ opinionis.

Sed ego ex sententia Soti, & Couarrubias, atque ex theologicis principijs apertè proferam, & probabo quod censeo: priùs verò ad eorum impugnationem, quæ falsa videntur, duo principia proponam: alterum, de quo paulò ante scripsi, indubitatumque est: videlicet iniustè ablata in integrum esse *Supra.num.7.* restituenda: ex quo sequitur non rectè per vmbras restitutionis, satisfactionisquè cuiusdam multa alia damna paliari. Alterum est præscriptionem temporalem, cuius initium scitur, in foro conscientiæ non protegere potentes, aduersus priuatos, parumquè potentes, qui non possunt se defendere, ac resistere potentioribus, nisi magno incommodo, & metu. Quod primum expresse docet doctor Medina quæstione decima sexta de restitutione, & *Medina.* Couarrubias ad finem dicti numeri primi. §. octaui *Couarr.* secundæ partis regulæ peccatum: & probatur manifestè: quoniam præscriptio, vt valida, & legitima sit, debet & tempus à lege præscriptum, & bonam

Restitutio in integrum.

Præscriptio potentium non semper secura aduersus priuatos.

bonam fidem possidentis habere: quibus concurrentibus ius per illam acquiri licitè concedimus: In qua re non oportet modo immorari, sed lectorem remitto ad scripta de præscriptione doctissimè per episcopum Couarrubias in expositione re- *Couarrub.* gulæ possessor: præcipuè in secũda parte: & ita constat malæ fidei possessorem nullo tempore præscribere: quoniam ratio quare præscriptio possidentem defendit, ea est, quoniam res illa censetur neglecta ab alijs, & ita occupanti cedit, vt vacans per legitimum tempus. Qui autem scit rem alterius esse, & contra eius voluntatem, vel falsis excusationibus detinet, furatur; nec iustè possidet. At verò cum potens aliquis bonis impotentis vtitur, non potest allegare negligentium alterius videntis: quoniam & si videat, repugnare non potest. Præsertim cum metus adest verus, timereque potest impotens rationabiliter se damnum incursurum, si potenti resistat, & ab eo sua exigat. Tunc̃que non valere præscriptionem in foro conscientiæ docet Syluester verbo metus in fi- *Syluester.* ne, & Couarrubias ex alijs doctoribus secunda parte regulæ peccatum. §. tertio, numero septimo. Tunc enim moraliter resisti non potest vsurpanti, propter metum maioris damni, nisi metus esset leuissimus, & sine fundamento: vt ait doctor Medina *D. Medina.* vbi suprà: ex quibus manifestè deducitur non posse defendi Principes, & optimates in hac ferarum alijs hocentium̃ possessione, propter titulos contrarios, his principijs positis: vel quia nõ omnia teneantur restituere, quod est omninò falsum, vt dixi; vel quia allegent præscriptionẽ quidem temporalẽ, ea enim in foro exteriori, quod præsumptione niti solet, fortassis defendentur. Cæterũ in animæ foro aduersus impotentes, timentesquè potentium nocumenta alia,

Mala fides, & metus obstat præscriptioni.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ea præscriptio non defendit eos: quamuis illam in foro conscientiæ tueri bona fide possidentes non negemus cum Medina, & Couarrubias vbi suprà, & Soto in quarto de iustitia, quæstione quinta, articulo quarto. Et præcipuè si sit immemorialis, quæ titulum præsupponit. Id verò cauendum est inter dominos, & subditos, vt dicebat Couarrubias vbi suprà: quia nemo præsumitur velle dare sua, nisi apertè, & in casu grauissimo, & potens contradicere, vellet donare. *Medina. Couarrub. Soto.*

II
Practica impugnatio.

Alijs ergo titulis quærenda est Principum in hac parte defensio: nam ijs defendi non valent. Nam primum esto certum sit, Principes, & optimates posse obtinere hæc loca recreationi deputata; cæterum negari non potest, si ad restitutionem teneantur illati damni, esse proculdubio obligatos alio modo satisfacere, quàm consueuit, atq; eo quem prima opinio præscribit: quia illi modi restitutionis nō reddunt in integrū propria vnicuiq;, sed pro multo damno parum quid resarciri solet in illa remissione aliqualivectigalium, & in paruula quadā satisfactione pro multis, quæ ex prædijs, & segetibus depascere solent ferę, cerui, & alia id genus animalia. Insuper neq; satis fit labori, & occupationi ab agricola positis in defensione suorum à ferisillis. Sed neq; compensatur lucrū cessans illis propter intermissam culturam plurium prædiorum, quæ colerēt, nisi timore futuri nocumenti à vicinis feris à cultura deterrerētur. His adde, beneficiorū dñis, qui decimas cumulatiores, si hæ ferę abfuissent, acciperēt, nihil restitui certè iniustum est, cū iniustè hæ feræ cāpestribus nocēt. Vidi ego nō semel, neq; vno in loco, vbi huiusmodi nemorū, & ferarum nocumenta reperiuntur, quę arbitrio proborū, eiusq; negotij valdè intelligentiū, æstimantur pluris, quàm

Incompleta restitutio.

quàm trium millium ducatorum, resarciri velle à dominis, minus quàm triginta aureis: sicq; eo modo alibi compensari video dāna hæc: quæ compēsatio si loco veræ restitutionis præberetur, quàm esset ridicula, quis dubitabit? Omitto damna alia, quę ex acerbitate pœnarū, & conculcatione segetum venandi causa sequuntur, de quibus dicā inferius. Sed aduerte secūdo non posse defendi dominos horum nemorū præscriptionis colore: quoniam, vt iam dixi, hæc aduersus impotentes neminē tuetur in conscientię foro. Et ipsamet restitutio, & compensatio eorum damnorū consueta videtur præsupponere iniustitiam, si restitutio censendaillasit, quæ quidem de malè ablatis est semper. In quibus quotidie perseuerare, sine alio titulo, præter speratam restitutionem, illicitum, nefasq; est: non enim furari licet, vt restituamus: neq; enim facienda sunt mala propter lōganimitatem Dei, & vt veniant bona, quod damnat Apostolus ad Rom. 2: &. 3. c. Et ita cū præscriptionis titulo, nō benè conuenit consueta hæc restitutio, & compensatio: quoniā videtur præsupponere malam fidē res quotidie easdem restituētis, nisi titulus alius præter præscriptionem adesset. *D. Paulus.*

Acerbitas pœnæ. Conculcatio segetum.

Contra præscriptionem.

I 2
Impugnatio secūdæ opinionis.

Sed quoniam excogitari possunt modi alij, atq; tituli iusti, quibus moderatus vsus horum nemorū liceat dominis, vt videbimus: ideo nec omnino probo M. Soti opinionem secundā prædictam, qui vetantes venationem ferarū absolutè obligat ad restitutionem damnorum in integrū. In hac enim generali obligatione ego ab illo dissentio, & si eius intētionem omnino probauerim in impugnatione primę opinionis: vbi enim nō sit ratio alia defendēdi hos dños nemorum, & ferarū, nisi restitutio illa aliqualis, & præscriptio, quibus prima opinio nititur, affimarē non posse *M. Sotus.* *Supra. num. 9.* *Supra. nu. 10.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

iustè defendi hanc consuetudinem, neq; opinionem (vt dixi) illã probo in eius impugnatione. Cæterum vbi aliæ iustæ rationes adsint, non est cur iura sua dominis negemus, vt subditis ea tribuamus. Debet enim ad iustitiæ leges respicere, is qui iudicis, vel consiliarij locum tenet, ita vt neque pietas erga pauperes, neque rubor, aut reuerentia, vel fauor erga potentes, illum faciat à recto tramite discedere: ob idq; admonitos esse velim consiliarios, confessariosquè Principum, & optimatum, qui hæc nemora, ferasquè nociuas possident, vt in medio consistant pro veritate, & virtute; nec ita dominis arrideant, eorumquè relationi credant, vt quæuis probent, quæ illis placent, incidantquè in incommoda primæ opinionis, ob inconsiderationem veritatis, minoremquè rerum experientiam, quàm oporteret; vel ita rigidi sint, vt nullis eorũ veris titulis, iustisq; rationibus velint attendere, quibus hæc eorum iura defendi possunt aliquando, vt dicemus: in vtroq; enim extremo vitium inesset, periculumq; consilianti; si vel largus sit, alienas delectationes suo periculo probans; vel etiam si strictior ius Principum auferat, quorum facta si potest fieri defendantur oportet: quia & difficile est illorum voluntati obstare, & ad quietem publicam Principum reputationi consulendum est. Itaque medio modo incedere conuenit, in quo virtus, & iustitia consistit medium tenens inter extrema, modumq; prudentiæ seruans. Sicque in hac limitatione sententiæ secundæ, non contradicimus scriptis à nobis in impugnatione primæ opinionis, sed nos media tenemus, extrema fugientes, vt resolutione sequenti constabit.

Admonitio eorũ, qui à consilio, & confessionibus dominorum nemorum sunt.

13 Resolutio vera.

Duo ergo dicimus in hac re, quæ omnino vera censeri debent, propter ea, quæ hucusque diximus in hac

hac secunda propositione, eiusque probationibus, & propter opinionum prædictarum authoritatem, quarum authores nostram sententiam confirmant partim, alijs in vnum articulum, alijs in alterum conuenientibus; si excipias ea, quæ ex opinionibus prædictis reieci, & impugnaui. Hęc dixerim, nè quis opinetur aliorum sententias in hac re me reiecisse omnino, aut sine fundamento loquuturum, sed doctorum placita, quæ ratione magis consonant, me fuisse sequutum constabit legenti prædicta, & quæ nunc subijciam. *Supra à nu. 7.*

Varij, variq; tituli ad nemora cũ feris possidenda iusti.

Quo supposito primùm in hac re censeo distinguendum: Varios esse posse iustos, veros que titulos possidendi prædicta nemora cum feris vetitis, venationique aptis, vt ceruis, apris, alijsque huiuscemodi bestiis, simulque cũ leporibus, cuniculis, fluminibus, & piscibus. Hæc enim omnia his modis obtineri possunt à dñis terrarũ. Primò, vel si in suis prædijs habeãt, terminisq; proprijs, & cũ omnimoda cautione, nè illic cõseruata noceãt aliquibus, vt si nemora hæc sepibus circumdentur, aut muris. Vel secundò, huiusmodi venationes prohiberi possunt ab ipsis terrarum dominis in terminis populorum suorum, subditis communibus: & tunc potest id esse tripliciter. Vel septis nemoribus; vel apertis illis, vagantibusq; animalibus; & tunc termini illi communes possunt esse ita subiecti voluntati dominorum, vt terra propria sit illorum, vsui solùm data subditis: quod genus subditorum populorum feudale, aut nos solariegum vocamus. Sicut tandem terra ipsa libera, & propria populorum esse potest, gubernatione sola cum suis tributis reseruata dominis. Hæc igitur omnia consideranda sunt ad plenam, veramq; resolutionem huius difficultatis: nam his modis omnibus potest

Primus modus.

Secundus.

Tertius.

Quartus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

repериri, & modificari dominium Principum, & populorum ex consensu, & consuetudine gentium: siquidem rerum diuisionem, & dominia ex ea radice processisse suprà in prima huius propositionis probatione visum est.

14 Nemora septa, & feræ in locis proprijs dominorum scrupulo carent.

Primum ergo, nemora in proprijs prædijs, & finibus septa, scrupulo carent. sicq; primo affero: Principes, & optimates, qui nemora cum bestijs, & alijs huius generis ad venationem, & piscationem aptis rebus obtinent septa, vel murata, in nullo reprehendi possunt. Quoniam suis vtuntur, sine alterius iniuria, aut periculo nocendi cuipiam vicinorum. Et præcipuè cùm suprà probauerimus Principũ statum decere huiusmodi recreationibus vti. Ex quibus etiam, atq; ex doctorum sententia, quam ibi adduximus, secundum aliud assertum, verisimumq; deducitur: scilicet etiam in communibus populorũ syluis licere Principibus septa quædam, separataq; nemora obtinere cum feris, & alijs recreationi appositis. Idq; omnes præcitati doctores censent æquum esse: quoniam ad Principum sanitatem, & recreationem honestam, & ad maiestatem eorum spectat, vt respublica prouideat illis de huiusmodi adiumentis: præcipuè cum nemini iniuria fiat, si murata, vel septa hæc fuerint, ita vt conseruata animalia non noceant. Et ita quidem vt satis syluarum, & camporum relinquatur reipublicæ. Et vtinam Principes, & optimates his moderatis recreationis terminis essent cõtenti, nec subditos vellent grauare, seq; ipsos scrupulis replere: satiùs enim foret ea, quæ sibi, suæque recreationi sumunt nemora, muris, aut sepibus circuire, quòd libenter etiam subditi præstarent, vt continuam vexationem redimerent; idq; dubio, & scrupulo vacaret, delectarenturq; absq; insidijs, & remorsu conscientiæ;

Etiam licent Principi nemora in terminis cõmunibus septa.

Supra. num. 4.

Ibidem.

Exhortatio Principum.

tiæ; sed immensa hominum desideria non semper sinunt temperatis satisfieri: hoc verò solùm ab illis obnixè postulo, vt saltem securam viam, ex consilio peritorum, expertorumq;, & nõ quorumcunq; sequi velint; ab illicitisq; caueant; nè id quod modò paruam delectationem affert, immensam amaritudinem pariat posteà. Quid autem sit licitum in huiusmodi nemorum apertorum possessione, quidvè illicitũ nunc dicemus.

15 Apertanemora cũ feris licẽt, in proprijs terris, & ad vsum cum ea conditione datis.

Iam ergo tertio loco ad difficiliora venientes dicimus: nemora cum feris, quæ nocere solent vicinis, licita sunt, si in sua sint dictione, proprijsvè terris suis; si etiam vicinis, vel subditis sint in principio terræ illæ cum ea conditione datæ, vt nullis feris nocere possint: tunc enim nõ est cur scrupulum Principibus, & optimatibus imponamus in huiusmodi nemorũ possessione: & hoc locum habebit in his terris, quas feudales, & Hispanè solariegas, & foreras vocamus; si tamẽ conditio illa verè apposita intelligatur, & vsu non sit legitimè interrupta: nam tunc locum nõ habebunt prædicta, sed vbi illa cõditio verè vigeat; mihi autem fide digna relatione constat, hoc in aliquibus locis inueniri: sed quidquid de hoc sit, facto supposito, ius, & veritatẽ affirmauimus. Hoc verò assertum censeo communi doctorum sententia fulciri his locis, vbi de rerum dominio scripsisse cõmemoraui superius: quoniam omnes fatentur in re sua quemquam posse disponere pro sua voluntate, & in donatione suorum posse apponere eas cõditiones, quas libuerit afferre, dum virtuti non sint contrariæ; sicq; principium illud ab omnibus probatur: In re sua vnusquisq; est moderator, & arbiter: deinde si piè exponẽdi sint authores primæ opinionis, qui nemora hæc probauerunt, iuxta hanc conclusionem intelligẽdi sunt. Quæ

Probatio.

Doctores:

Universidad de Deusto
Biblioteca

theologica, & naturali ratione ea sit probatione manifesta: Quoniam dominium rerum concedit facultatem domino disponendi pro sua voluntate de suis, & sub hac, vel illa forma, & conditione donandi, & hæc, vel illa sibi reseruandi. Hò q iure gentiũ, & communi omnium cõsensione hoc intelligitur esse dominium, vt libera insit disponendi facultas suorũ, secundum id quod in re quisq; obtinebat à principio: & ideo si priùs dñs poterat totam terrã secum cõseruare, & nemini donare, eodẽ iure potuit introducere incolas in illam, & ab illis tale commodum exigere, vt onus, & damnum suarum ferarum tolerarent, suaq; defendant sine nocumẽto animalium: idq; damnum subditorũ non erit iniustum, nec damnũ propriè vocatur: quia est limitatio commodi, quæ à primo dño libere potuit adhiberi, cùm in suas terras incolas aduocauit; qui non habent ius ad fruendum terris illis plenè, & liberè; sed cum ea conditione, quã absolutus, & prior dominus apposuit.

16 Respõsio ad obiectionem.

Ex quibus infertur manifestè non esse iustam illam causam, cur incolæ prædicti generis terrarum conquerantur de dominis, qui nemora aperta cum feris nocentibus campestribus suis, obtinent: quia id iure suo illi domini habent, qui sub ea conditione sua donarunt: incolæ verò, contenti sint sibi donatis: quòd si alias inueniunt liberiores habitationes, discedere liberum erit: similiter respondebitur cæteris omnibus, qui ius habebant in illa incolarum bona, vt sub ea conditione, & non absolutè ius se habere intelligant. Secundo etiam infertur non esse existimandam eam conditionem à dominis terrarum positam (vt subditi damna illa ferarum tolerent) iniustam, & si videatur aduersari bono incolarum: quoniam re vera non aduersatur vero iuri illorum,

illorum, in quo esset iniustitia, sed solùm ea conditio obstat desiderio amplius habendi, suisq; fruendi quietius, ad quod ius non habent, sed potius ille, qui sua initio dedit sub ea conditione, & limitatione: sicut si ego pratum meum donarem cum ea conditione, vt equum ibi liberè pascerem; donator enim, qui beneficium præstat, non tenetur satisfacere desiderio donatarij: & ideò si dominorum feræ pascũtur in prædictis terris, non in alienis, sed in proprijs ad illum vsum, quem non abdicarunt domini, iustè pascuntur. Incolæ verò qui in tali terra seminant, eo periculo se volunt exponere; vel non seminẽt. (Quamuis melius esset ditiores vassallos, quàm ceruos habere.) Tertiò infertur dominos huiusmodi ad nullã restitutionem teneri, propter prædicta damna in terris præfati generis: quoniam, vt dixi, nihil vsurpant alienum, ad quod ius non habeant. Cæterum pro sua voluntate æquum est, vt potentes, & diuites, qui his nemoribus vtuntur, plebibus aliqua ex parte damna illa illata à feris nemorum suorũ recompensent, prout consueuerunt. Quæ consuetudo si esset legitimo tempore, vt obligatoria, præscripta à subditis, iure præscriptionis obligaret dominos, vt eam aliqualem satisfactionem non omitterent. Quòd si esset, vt voluntaria vsitata, & intellecta, non haberet vim obligatoriam, nisi pro voluntate dominorum. Tandem infertur huiusmodi nemorum dominos in terris prædictæ conditionis, circa vicinos non subditos, quibus non donauerunt terras, quas possident, sicut subditis; nõ etiam teneri, nisi ad conditiones legitimæ præscriptionis, de quibus paulò ante dicebam: etenim si nemorũ dominus ab antiquo tempore feras illas vicinis nocentes absq; vi, & dolo in nemoribus habuerit, iam cẽsetur acquisijsse ius ad earum sustentationem vbicunq; illæ processerint;

Nota. Circa restitutionem.

Circa vicinos.

Supra.nu. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cesserint: & vicini cum eo onere legitime præscripto seminant: cui, quia non repugnarunt à principio, cum possent sine metu, qui nõ subditi sunt, ideo ij amiserunt ius liberè fruendi suis, & solum superest illis remedium defendẽdi sua, ferasq; venandi in suis terminis. Currit namq; præscriptio contra vicinos, quia hi regulariter possunt resistere potentibus vicinis, à quibus nihil mali timent, cum Rex superior sit, vel illi per se etiam potentes existant. Secus esset si vi, & tyrannide vicini opprimerentur, nam tũc mala fides obstaret præscriptioni, vt supra dixi.

17 Nota. Vltimo ego infero authores secundæ opinionis, vt Magister Sotus quarto de iustit. quæst. 6. art. 4. & alij. *Magist. Sot.* qui repugnant huiusmodi nemoribus, & ad integrã restitutionem damnorum istarum ferarum obligant, non esse intelligendos de terris sub prædicta conditione datis, sed iuxta sequẽs assertum, verisimumq; dogma de terris alijs, quarum possessio, & dominia nõ sic data sunt incolis, in quibus si nemora illa sint, hanc doctrinam seruandam esse censeo. Esto ergo assertio quarta, in terris communibus, (quarum possessio, & dominia absoluta, & sine conditione sunt penes incolas, & vicinos) non licet Principibus, & optimatibus in illis habere amplissima nemora cũ feris multis nocentibus incolarum, & vicinorum cãpis, cum prohibitione nõ limitata ad certos, breuesq; terminos nemorum, sed vbiq; extensa prohibitione venandi feras illas: hæc inquam nõ licent Principibus, & optimatibus, sed iustitiæ aduersa erunt, & ad restitutionem in integrum illi obligabuntur, grauiterq; peccabunt: nisi hæc nemora aliqua ratione limitentur, neq; præscriptio eos defendet.

In terris cõmunibus non licent nemora non limitata.

Probatio.

Hoc ergo est quod sensit Magister Sotus loco citato, quarto de iustitia quæst. 6. art. 4. & Couarrubias *Couarr.* in. 2. part.

in. 2. parte regulæ peccatum. §. 8. num. 1. ad finem, vt suprà dixi. Estq; per se manifestissimum: tum ex notatis suprà in impugnatione primæ opinionis, tum etiam eo quòd hoc genus nemorum, & ferarum nociuum est valde alienarum rerum, & segetum, quas depascunt contra voluntatem dominorum, & ita liberari hoc non potest ab vsurpationis iniustę nota, & ita peccatum erit contra iustitiam, & charitatem, & ad restitutionem obligans. *Supra nu. 10. & 11.*

18 Responsio. Tum deniq; quoniam nullus est titulus, quo possit excusari factum hoc: nam dominium terræ, quod Princeps habet communiter, non tollit specialia dominia subditorũ, circa res suas, & Princeps tenetur seruare iustitiam erga subditos, nec potest ordinariè auferre bona subditorum, vt quæstione præcedenti diffusè probaui: solum autem datur Principibus ius gubernandi politicum, non seruile, sed in liberos homines, & suarum rerum dominia obtinentes. Exceptis his terris feudalibus, & sub conditione datis, de quibus aliam esse rationem habendam, paulò antè dixi: quæ tamen ratio non militat in omnibus, sed generaliter potius distinguitur dominium verum subditorũ, à gubernatione Principis, & a dominio speciali rerũ suarũ, vt suprà probaui. Deinde nec iuuat Principes, & optimates antiqua præscriptio contra subditos impotentes, neque etiam iuuabit illos contra vicinos, quorum fata feræ depopulantur: eo quod & si præscriptio contra illos, qui se defendere possunt, & tacent, vim habeat: tamen mala fides, quam ij Domini habere possunt, cum contra iustitiam, & voluntatẽ subditorum has feras nutriunt ex alienis, præscriptionem facit inualidam, quæ alias valida esset, vt supra dixi. Sed neq; restitutio valebit excusare à peccato prius vsurpantes, aut perseuerantes in eadem vsurpatione; *Suprà quæst. 3. num. 13.* *Sup. 10. et. 16. hac quæst.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

patione, sicq; si hi Domini restituunt, pœniteant etiã necesse est; præcipuè cum supradictum sit pro multis defraudatis pauca solere reddi.

119 Maiestas Principum quid petat in hac nemosum ratione.

Tandem neq; hoc factũ excusabitur ex maiestate Principum: nam etsi concedamus decere, vt respublica prouideat locum aliquem specialem venationi, & recreationi Principum aptum ad leuandas curas eorum, vt concedit Magister Sotus, & Cordoua vbi supra, & nos etiam paulò antè probabamus: sed id nos non negamus, sed moderationẽ rationabilem, quã diuina lex præscribit apponimus. Et satis sit Principibus, modis recreationũ istarũ licitis vti, ita vt Reges, & magni Principes propter magnas reipub. curas, his recreationibus paulò latiùs fruantur, cæteri vero optimates, pro suo statu, similia strictius obtineant, eaq; nemora vel clausa habeant, vel in proprijs, aut feudalibus, solaq; regisq; vt dixi, si illis dictiones huiscemodi sint. Quod si non sint loca ad huiusmodi nemora, nisi communia populorum, tunc fateor debere respublicam prouidere Principibus, & optimatibus de loco aliquo ad huiusmodi nemora apto, sed cum sequenti limitatione: sub qua etiam solum hæc licebunt. *Magister Sot. Cordoua. Sup. num. 4. & 14.*

20 Etiam aperta nemora cũ feris, etiã in terminis communibus licita sunt, si finib⁹ coarctẽtur, extra quos venari cõcedatur plebi.

Vltimo ergò loco addam cautionem quandam, exceptionemq; affertionis præcedentis, qua dico: in terminis etiam populorum communibus, licere Principibus, & optimatibus terrarum dominis habere nemora cum feris quibuscunq; venationi aptis, etiam aperta sine muris, dum tamen nemora illa breui aliquo termino limitentur, & ea conditione, vt quibus uis impunè concedatur extra limites illos, feras cædere, & capere. Hoc censeo securum, aptumq; mediũ ad scrupulum auferendum in huiusmodi nemorum vsu, idq; probo ex fundamẽtis liciti vsus istius hucusq; propositis. Nam primùm iam dixi: hæc leuãdi animi adiumenta

Probatio.

adiumenta danda esse Principibus, si ratione aliqua ab iniustitia caueatur. Deinde in hac nemorum concessione, cum limitatione prædicta, nulla adest iniuria Principum erga subditos, eo quòd in eo vsu vtuntur iure suo principali obtinendi nemora illa venationi apta, defendendiq; ad suam recreationem feras illas, intra moderatos limites, quas Deus ibi gignit, eaq; vetatio venationis licita est, ob causas iustas, vt sequenti propositione dicam. Tandemq; per eam limitationem finiũt nemorum istorum vitatur iniustitia, & tyrannis à Dominis obtinentibus ea nemora cum limitatione prædicta: & hoc in fine quæstionis sensit Cordoua vbi suprà. Quod si etiam difficultatem inferat nocumentum, quod feræ illæ ingerãt, & in camporum fructibus, & circa occupationem, & laborem incolarum, dum defendunt se, & venantur feras illas, suaq; ab illis tuentur, & dum vicini similibus incommodis obstant, ijs ego dicam: nemini iniuriam facere, qui iure suo vtitur: & ita Principes in hoc casu nec peccant, nec tenentur ad restitutionem damnorum, nisi sua voluntate aliquid donare velint, vt rectè in hoc articulo docuit Cordoua ad finem dictæ quæst. 119. quoniam ea damna in hoc casu vel parua erunt, propter curam, & custodiã vniuscuiusq; in bonis suis; &, si quæ succedant damna feris ipsis, & negligentiæ populorum imputabuntur, sicut si ab auibus cœli seminum, & segetum grana vorarentur; Principes vero suo iure vtuntur, vt dixi. Quo etiam licitum est illis ob vtilitatem publicam permittere damna aliqua particularium, vt quæstione præcedenti probaui. In huiusmodi autem recreatione Principum, vtilitatem adesse publicam iam probaui, & ea limitatione satis probatur, & ad moderationem reducitur licentia ista Principũ. Hoc solum autẽ aduerte cum

Responsio obiectionis cuiusdam circa damna. *Cordoua.*

Supra quæst. 3. num. 33.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cũ Cordoua vbi sup. dãna illata à feris intra limites ne morũ debere resarciri, quia supponitur ibi non esse facultatem capiendi, & occidendi feras. *Cordoua.*

21 Hispaniæ consuetudo defenditur, & moderatio adhibetur.

Huncigitur modum iustũ limitãdi nemora in cõmunibus terminis populorum video, post maturam considerationem, sequutũ fuisse catholicum Regẽ nostrum Philippum secundũ, qui nemoribus suis termi nos signauit, vltra quos occidere feras quibusq; impunè licet: quẽ vtinã optimates omnes in hoc imitarentur, qui tũc licitè, & sine scandalo recreationibus vterentur hac moderatione adhibita. Aduerto tamen iustitiæ modum ne excedãt, in his limitibus constituendis; vt Principi plusculũ, quam alijs optimatibus extensionis nemorũ concedatur, pro maiestate; cæteris autẽ dimidiũ leucæ satis est. Nam si fines vniuersos complectaris, fraudem committes. Insuper, vt verè extra limites venãdi licentia concedatur, nam aliter, nisi metu, & experientia persecutionis, laboriosum est arcere feras à segetibus. Et nisi liberè per totũ annũ impunè permittatur in proprijs terris occisio, ficta esset licentia defensionis segetũ: in qua re cõscientias dominorũ oneramus, vt tempore quo segetes custodia egent, non vetetur licentia occisionis: dum tamẽ ex terminiũ, & strages, & procreationis impedimenta ad bonum reipublicæ caueantur. Item caueatur ne excedant Principes limites rationis, & non oportet tantam esse custodiã ferarum, vt destruant cõuicinia.

Respõsio alia ad plebis murmurationem.

Hæc autem si obseruentur, nullum scrupulum video supereſſe, quod verũ habeat fundamentũ, cæterorum vero apparentiũ, plebisq; murmurationũ, ratio non est habenda: quia passiua scandala nõ sunt vitãda, sed actiua solum, vt ait D. Tho. 2. 2. quæst. 43. Hoc dixerim vt prudẽs lector in præscriptis attẽdat cuiusq; assertionis circunstantias, vt iudicet rectè. *D. Thom.*

Hucusq;

22 De priuatorũ vsu licito, vel illicito, & vetito circa cãpestria.

Hucusq; de Principum, & optimatum scrupulis, & de conscientiæ ipsorum securitate actum est. Nũc de ijs, quæ ad priuatos potius spectant, pauca dicamus, quãtum ad istum vsum campestrium pertinet, in qua re tertiam assertionem sic cõstituimus. Vetari potest lege Principum, vel reipublicæ, ob iustas causas, vsus campestrium, quæ singulis propria nõ sunt: tum vsus venationis, tum piscationis, tum cęsionis syluarum, tum pratorum pastus. Insuper addi potest pœna leges illas violantibus, quæ tamen non potest magna esse. Peccant autem pro subiecta materia has leges in his rebus violantes, vel venantes, piscantes, aut cædentes in alienis terminis non communibus. Ad pœnamq; tenentur post iudicis condemnationem. deinde ad satisfactionem damni tenebuntur in duobus casibus; cum aliquid sumant ex alienis particularium, vel communitatum, aut Principum clausis campis; & cum plantata, vel seminata, aut culta, quæ habent proprios dominos, assumunt, vel illis nocẽt notabiliter. Extra hos casus etiam si venentur, piscentur, cædant ligna, pascantq; animalia in alienis quibuscunque & vetitis, etiam apertis, vel in quibus ingressus, & egressus animalibus, & hominibus patet; in his ergo quicunque prædictos vsus habeant in his, quæ sponte nascũtur, & gignũtur, & in animalibus liberis, nõ tenẽtur ad restitutionẽ dãni, neq; peccant grauiter, excepta trãsgressione legis, quę semper culpa aliqualis est.

Tertia propositio.

Probatio.

Hæc assertio cõtinet resolutionẽ huius materię vniuersam, doctrinamq; cõmunẽ doctorũ, qui de hac re scripserũt, qui in eandẽ hanc sententiã conueniunt: præcipue Magister Sot. in dict. ar. 4. quæst. 6. lib. 4. de iust. & D. Medina de resti. q. 12. Fr. Antonius Cordoua in sum. dict. q. 119. & 120. & Caiet. & alij sumistæ verb. venatio, & piscatio, & Episcop. Couar. in regula peccatum *Magist. Sot. Medina. Cordoua. Caietan. Sumistæ. Couar.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

peccatum. 2. parte. §. 8. qui omnes ex Theologicis, & iuris principijs, & alijs doctoribus ita censent, vt nos hac assertione scripsimus. Quæ facilè suadetur ex theologicis, iurisq; principijs: nam primùm certũ est, vt sæpè hac, & præcedenti quæst. probaui, rerũ dominia distributa esse, & applicata occupãtibus, siue principibus, & communitatibus, siue priuatis. Ita tamẽ vt legislatores vim habeãt ad applicanda, moderandaq; dominia: eo quod rempub. gubernandam susceperint in omnibus, quæ ad bonum illius conueniunt.

In prædijs propriis concluſis nemini vetatur cuius vſus.

23 Ex quibus primo deducitur: in re propria neminẽ prohiberi suis vti, vt voluerit. At secũdo deducitur: in communibus populorũ terminis, & dominorũ propriis, ob iustas causas bonæ gubernationis, vt res cãpestres vsui hominum, & recreationi abundent, licitè posse lege vetari venationem, piscationem, cæsionem, & pastum in aliquibus locis, vel pro aliquo tempore. Tertio deducitur in his vetitis nemini licere aliena vsurpare, cũ alicui appropriata sunt: Cęterum quãdo cõmunia, & vaga relinquuntur, inuenientis erunt: quãuis ad bonam reipub. gubernationẽ oporte bit quandoq; pœnis mulctare vetitis vtentes.

Hæc sunt huius quæstionis, & assertionis generalia fundamenta: sed ad conscientiæ securitatem opor tebit specialius hæc ipsa explicare. Et primum illud statuendum est: quemlibet posse in concluſis prędijs proprijs quoscunq; habere vsus suorũ, nulla vetatione obstante, quia hæc omnis vetatio intelligenda est de campestribus proprijs dominorum, & communibus populorum, atque in campis vagis: nam in re sua vnusquisq; est moderator, & arbiter; & vbi nõ ad est tertij nocumentũ, nemo prohibetur res suas destruere, illisũe vti, cum eorum sit dominus.

24 Deinde certũ est ex sententia omniũ prædictorũ Doctorum

In communibus, & Principũ syluis expedit vetatio quandoq;.

Doctorum, posse Principes, & respub. lege sua cauere vt in proprijs Principum, & populorũ, vagantibusq; syluis, & fluminibus, nemo cædat ligna, pascat herbis animalia, venetur, piscetur q; in certis locis ad cõmunes vsus, vel ad Principũ recreationem deputatis, vel in certis temporibus, in quibus nutriuntur, gignũtur, & crescũt animalia, idq; vetari potest in dictis cõmunibus terminis, etiam vbi inueniuntur particularium prædia aperta. Cuius ratio est manifesta, quia legislatores, & gubernatores reipub. ius habent imperandi omnia, quæ necessaria sunt ad bonam reipub. gubernationem omnibus, sibi subditis: nam in his omnem animam subditam esse sublimioribus potestatibus dicit Paulus ad Romanos. 13. At vero huiusmodi prohibitiones rationabiles conducũt maximè ad bonam gubernationem reipub. eò quod si id relinqueretur arbitrio, & cupiditati plebis, certè destruerentur omnia, nec ad recreationem, neque ad vsus necessarios opportuna permanerent. Ob idque iustè constituuntur pœnæ has leges vetatorias infringentibus: nam absq; illis nemo ab strage cessabit, propter particulares suas vtilitates: sed aduertendum est cum prædictis omnibus doctoribus, præcipuè Caietano, & Magistro Soto, vbi suprà, non licere legislatoribus acerbissimas pœnas statuere, & exequi aduersus has leges prohibitorias de rebus campestribus frangentes, quoniam, vt lege diuina quondam cauebatur: secundum mensuram delicti, erit plagarum modus, & ideò æquitatem, & humanitatem excedit, pro istis rebus pœnas corporales, aut alias ingentes imponere: nã proculdubio res hæc nõ magni momenti est, si vnus, aut alter campestribus vetitis vtatur, & reuera inspiciendum est hæc, quæ vetantur de se esse communia, & solum necesse esse per vetationem istã

Doctores suprà citati.

D. Paulus.

Pœna moderata.

Sot.
Caietanus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

immoderatum vsum auferri, non vero subditorum perditionem velle.

25 Pœnales leges dictæ obligant in cõscientia pro intentione legumlatorum.

Non tamen omittendum est animaduertere: leges istas prohibitorias rerũ exteriorũ,& pœnales obligare quidem in conscientia,iuxta Paulum ad Rom. 13. & cõmunẽ doctrinã traditã à Fr. Alfonso de Castro lib.de lege pœnali,& à Magistro Soto lib. 1.de iust.& alijs:quãuis Doctor Nauarrus nõ vsquequaq; benè in hac re,sicut in alijs optimè scripserit, qui tamen cap. 17.Manualis nobiscũ in hac re tandẽ videtur sentire à nu. 120.sed melius Sotus,& Medina vbi sup.quorũ hæc est sententia:vt leges istæ pœnales de campestribus,& similiter de prohibitione trãsuectionũ,& de similibus obligent quidem,iuxta intentionem legũlatorum,& iuxta qualitatem materiæ,& secundũ communem acceptionem obligationis illarũ;siue ad mortale,siue ad veniale, & ad pœnam solũ post condemnationem.Et ita verũ est,legesq; istę in cõmunibus casibus obligant ad venialepeccatum, & ad pœnam: In alijs vero cõmunissimis,& minutissimis trãsgressionibus,& pręcipuè vbi iusta causa ad vsum earũ rerum permouit transgressorẽ, certè ad solam pœnam obligatio insurgit,ex lege hac,& intentione legislatoris,qui videtur cõueniisse hoc modo cũ subditis. In rebus autem grauissimis,vt in strage magna,& in illato incõmodo reipub.ex multarũ rerũ,& nummorũ transuectione maxima,grauiter delinquunt contra obedientiã legum transgressores,propter grauitatem materiæ.Et hæc omnia concordant cum pietate, & voluntate legumlatorum , & cum ratione ponderis materiæ præceptę,& cum cõmuni vsu,& acceptione reipub. quæ sic has leges cõuentionales, & pœnales, ac vetatorias accepit,quæ sunt principia obligationis legum,& hæc de legum obedientia.

D.Paulus. Fr. Alfonsus de Castro. Magist.Sot. Nauar. Medina.

Nunc

26 Campestrũ apertorum,& communiũ assumptio nõ obligat ad restitutionem, neque est mortale peccatũ.

Nunc autẽ de iustitia in illis inclusa,& in quibus actibus legum istarum violatione iniustitia cõmittatur à particularibus,videndũ est. Et primo constituamus, quod cõmuni omniũ Doctorũ quos in probatione huius tertiæ propositionis adduxi,cõsensu expresso probaui,videlicet:assumptio cãpestrium quorũlibet,quæ non sint conclusa muris,nec plantata,aut exculta peculiari diligentia dominorũ,sed spõte procreata, etiã si super hoc sit prohibitoria lex, tamen de se non est peccatũ mortale, neq; obligat ad restitutionẽ damni illati,siue peruenationẽ,piscationẽ, cæsionẽ lignorũ, sicut docẽt omnes prædicti Doctores,siue per pastũ, vt addũt Sot.& Medina vbi sup.& ratio est, quia hæc cõmunia sunt,& nemini ita applicata,vt ea quæ seorsum quisq; habet pro suis custodita,& cõclusa : sed ea cõditione Principibus,& cõmunitatibꝰ cõcedũtur,vt fruantur his,quę reseruare,& custodire valet vetatio. Quæ ad pœnã obligat trãsgressores,vt suprà dixi, nõ autem tollit dominiũ eorum,quæ occupãtis fiunt. Et hoc modo huiusmodi vetatio intelligitur à republica, quæ nec principibus dedit locũ contra iustũ iubendi.

Idẽ Doctores suprà citati.

27 Strages prohibetur.

Excipiunt tamen dicti Doctores, & præcipuè Sotus vbi suprà , stragem magnam factam in quibusuis campestribus : quoniam hæc mortalis est, & ad restitutionem obligans , eò quod per eam infertur notabile detrimentum dominis syluarum,& fluuiorum, pascuorumq;, & reipublicæ etiam , quæ his destructis, egeret multis necessarijs , & ita in hoc casu grauis est materia transgressionis , & non procedit in illa epicheia , quæ procedebat in præcedenti casu. Conculcatio vetatur. Similiter, vt ait Cordoua quæstione. 120. excipienda est conculcatio segetum notabilis;non quęuis, quæ videtur pro nihilo reputari,& esse consequẽs necessarium ad deambulationem per campos,quæ licet

Sotus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnibus: seminantesq; cũ hoc cẽsu seminãt: sed tamẽ grauis cõculcatio benè vitari potest, & ideo cõtra iustitiã est, & vijs publicis procedendũ erit. Nisi cũ id vitari non poterit, vt cũ transeundũ est ad res necessarias; aut cũ Principes causa necessaria recreationis necesse habẽt procedere per sata ad consequẽdas feras, sicut si priuatus in sequatur equũ, aut vaccã fugientem: quia tũc licet conculcare sata, propter rẽ maioris momenti, soluto dãno Dño segetis: eo quod hæc campestria vsus humanos nõ tollũt, sed cũ hac cõditione vidẽtur applicata Dñis, & ita obtinuit cõmunis vsus, à quo potest limitari dominium, & ita intelligẽdus est Cordoua suprà, qui satis confusè in hac re scripsit. Et hęc de patentibus, nũc de domesticis dicamus, & conclusis campestribus.

28 Conclusa campestria, & plantata, aut exculta, domesticaq; animalia non licet assumere.

Dicimus itaq;, vt omnes prædicti Doctores in probatione tertię cõclusionis docẽt, non licere omnino venari, piscari, cædere ligna, aut pascere animalia in locis conseruatis à Dñis, aut cõmunitatibus, & muro cõclusis; itẽ neq; licet nocere cãpestribus plãtatis, aut humana diligẽtia specialiter excultis, quin si contra quis faciat, peccabit, & tenebitur ad restitutionẽ pro grauitate materiæ. Similiter dicẽdũ est de animalibus domesticis atq; ijs, qui cõtinẽtur intra septa prædij cuiusquã, tamẽ vt domestica exeunt, & redeunt semper, vt pecora, galinæ, iumẽta, & alia animalia mansuefacta vsu. In his ergo omnibus si cõtra volũtatẽ dñi aliquid assumatur, furtũ cõmittitur, & ita docẽt prędicti omnes Doctores Sot. Couar. Nauar. Cordoua, & Medina vbi supra, & ratio est, quia hæc omnia integre, & specialiter pertinent ad dominium alicuius domini determinati, & ita qui cõtrectat rem alienam inuito domino, furtũ cõmittit cõtra iustitiã. Et certũ est secundum humanã consuetudinem, non solũ habere dominum

Sotus. *Couar.* *Nauarrus.* *Cordoua.* *Medina.*

dñm ea, quæ in arca custodiuntur, sed etiã ea quæ foris sunt, sed peculiariter habentur pro suis, & coluntur, & curantur, nec derelinquuntur ab vnoquoq;.

29 Columbaria licita sunt, & intacta esse debent.

Sed esse videtur specialis difficultas in colũbarijs: tum domesticis, tũ campestribus, eo quod nõ vidẽtur reputãda esse domestica, quia aues illæ volatiles sunt: item videntur esse nociua, cũ columbarũ multitudo segetũ grana soleat deuorare: sed nihilominus dicendum est colũbaria esse licita: & debent cẽseri colũbæ vt propriæ dñorũ; sicq; nemini licebit eas occidere, nisi secundũ leges, vel cõsuetudines patriæ, & secundum eas colũbaria illa haberi possunt. Ita expressè docent Sot. dict. art. 4. Cordoua dicta. q. 119. in. 6. pũto, & quæst. 121. Medina quæst. 12. de restit. Palud. in quartũ dist. 15. q. 2. art. 2. ad fi. Nauarrus. cap. 17. Manua. nu. 120. & sequẽti. D. Antonin. 2. p. tit. 1. c. 12. Syluest. restitutio tertio, nu. 4. & Angel. restitutio primo, nu. 17. Astẽsis lib. 5. sumæ tit. 29. & Caiet. & Armilla verbo columbarium, quorum plures adhibent conditiones de legum municipalium obseruatione, & de pastu, & cautione ne noceant columbę. Sed melius Armilla, Sot. Caietan. & Astensis sup. hæc omnia reducunt ad cõmunem vsum, & leges prouinciæ, quæ cõsulendę sunt vbiq; & in Hispania lex. 22. tit. 28. Partit. 2. & in Recopil. l. 7. tit. 8. lib. 7. & ratio est: quia rerum dominia, & eorum limitatio iure gentium constituta sunt, vt institutа de rerum diuisione constat; & ideò secundum cõsuetudines, & acceptiones, & leges gẽtium debet sumi resolutio de hac re, & præcipuè in decernẽdis his, quæ cõmunia vidẽtur ex vna parte, & applicata Dñis ex altera: vt sunt huiusmodi columbaria, & similia, quæ partim volatilia, partim domestica, & per diligentiam humanam procurata sunt. Et ex altera parte fatemur habere incõmo-

Sotus. *Cordoua.* *Medina.* *Paludanus.* *Nauarrus.* *D. Antoninus* *Syluester.* *Angelus.* *Astensis.* *Caietanus.* *Armilla.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

da,quæ compẽsantur commodis allatis ab ipsis, tum ad humanum victum,tum ad terræ culturam aptissimis.At vero quod rẽ istam resolutè probat,& ab incommodis conscientiæ liberat,est communis cõsensus populorum,qui renuntiare iuri suo in hac parte censentur.Secundum quem vbiq; gentium sunt columbaria,& de his sunt leges peculiares prouinciarũ, quæ si obseruẽtur, nullus manet scrupulus in hac re; neque in his,qui obtinent aues istas, neque in his,qui venantur, vel aucupantur illas intra terminum leucæ,vel quinquaginta, aut sexaginta passuum,vt apud nos consueuit,vel secũdum regionis consuetudinem cuiusuis, quibus in hac re standũ est,neq; etiam adeò nocẽt illæ aues: quę de relictis,vel subtilibus arenullis pasci etiã solent;quæ etiã aliunde alerẽtur,cũ Deus,vt inquit Psalmista,implet omne animal benedictione.

30 Custodes camporum,ad quid obligentur in cõscientia.

Sed hoc loco visum est breui doctrina instruere camporum custodes,qui solent à republica deputari ad custodiam eorum,quæ in campis continentur.Hi ergo si securè,& studiosè velint officio suo satisfacere,hæc meo iudicio præstabũt, quæ etiam probauit Medina ad finem præcitatæ quæstionis.Primo ij scire debent se munus suscepisse,cuius administratio ad statũ conscientiæ pertinebit, & ideò si negligentes fuerint,,incurrent legũ pœnas,sed & offendẽt, & ad restitutionẽ damnorũ tenebũtur, quia ijs fidit respublica suarũ rerũ custodiam,ad quam ipsi se obligãt in officij susceptione,sicq; ijs stipendia deputãtur.Sed se cũdò maximè aduertendũ est,q; & notat Medina vbi sup.nõ teneri istos custodes ad strictissimã, sed ad cõsuetã custodiã,& satisfactionẽ,& ita cõsulendæ sunt leges,& cõsuetudines patriæ.Et bono modo,suauiq; hæc humana custodia intelligenda est, vt nec omnia videre,neq; omnia denuntiare teneantur,sed aliqua, & gra- *Medina.*

& grauiora,atq; cõmuniter,& vt in plurimum:etiam si iuramento astringãtur custodes: Quod iuramentũ intelligitur secundum communem vsum,& suauem, vt in cæteris reipublicæ officialibus, de quorum stipendijs postea dicam quæstione sexta.

31 Vltima propositio, ne Principes alienis campestribus se immisceãt.

Vltimo loco, breui dicã oratione, q; serio, ac constanter animis Principũ euolui considerari,inhærereq; velim, vt saluentur:videlicet nõ posse propria populorum, aut priuatorũ campestria vsurpare, aut proprios dños ab vsu eorũ arcere:nisi in casu extremę publicæ inopiæ;aut quãdo ad tẽpus,ob bonum publicũ, vetari vsum camporũ conueniat. Et hoc quidẽ noua probatione non indiget,sed solũ ad memoriam reuocare oportet supradicta in quæst. 3. propositione. 2. vbi probaui Principẽ non posse subditorum propria vsurpare:similiter hac quæst.iam dixi, ppositione. 3. aliquando ob iustas causas in proprijs,& cõmunibus terminis iustè vetari cãporum vsum ad tẽpus. Cæterũ in aliena inuadere iniustũ est; & prescriptio dños, & potẽtes,aduersus impares,nõ semper iuuat,vt dixi; neq; vllũ titulum iustũ inuenio, nisi extremã reipub. indigentiã,qua supra quæst. 3. probaui posse priuatorum bona assumi. Quæ necessitas cũ rarò eueniat, vi deant Principes,vt sibi cõsulant,& animę suæ, cuius reddẽt supremo iudici rationẽ.Et intelligant propria priuatorũ,ac populorũ,& legitimè præscripta in dominiũ illorũ trãsijsse, nec vsurpari posse à Principe. Quòd si vaga sint, & nemini appropriata, neq; vsui applicata, non est negandũ ad Principum, & reipub. distributionẽ pertinere.Et fortè eius modi sunt multa,quæ illi assumunt,vel fortè propria.Sed hæc dixerim propter innumeras querelas, quæ subditi aduersus Principes disseminant:sed iudex est Dñs de his omnibus.

Supra.q.3.à nu.7.12.13. Hac. q. n.24.

Supra.nu.10.

Supra.q.3.nu. 33.& 34.& 48.49.

Aliud est à vagis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CONTENTA IN

Quæstione quinta, de spectaculis.

1 RAtio dicendorum exhibetur.
2 De eutrapelia virtute ludorum.
3 Ratione nititur hæc virtus.
4 Ludi, & spectacula varij generis.
5 Ludi liciti, & illiciti.
6 Ludi specialiùs prohibiti.
7 Taurorum agitatio quando liceat, & quando non.
8 Qua ratione nõ sit illicitus hominũ cum beluis cõgressus.
9 Quomodo licitè agẽt gubernatores in taurorũ ꝓmissione.
10 Spectantes ludum istum qua ratione non peccent.
11 Argumentorum propositio, & solutio.
12 Quid iure positiuo, & motibus ꝓprijs in hac re statutũ sit.
13 Pontificalium decretorum obligatio.
14 Nõ est vetita agitatio taurorũ: exceptis diebus festiuis.
15 De clericis, & regularib⁹ circa spectationẽ taurorũ, quid?
16 Cur illis prohibeatur ludorum spectatio.
17 Cur in diebus festiuis etiam prohibeatur ludus ille.
18 Quibus clericis, & regularibus prohibeatur.
19 Gubernatorum animaduersio.
20 Reprehenduntur cruenta spectacula, duella, & similia.
21 Huius asserti probatio.
22 Opiniones circa duella.
23 Defensiua duella licita.
24 Illicita duella quæ?
25 Horum explicatio.
26 Aduersus ludos in modum pugnæ inuectio.
27 Aduersus vindictam.
28 Horum fundamenta.
29 De ludis manualibus, & alearum, & cartarum.

QV AE-

QVÆSTIO V.

De vsu spectaculorum, ludorum, & taurorum.

1 Dicendorũ ratio.

QVM præcipuè ad Principes, & rerũ publicarum gubernatores res ista pertineat, quorũ iura confirmare, & moderari in hac Apologia constituimus; ideò nec omittendum fuit, quod quæstio præsens continet: in qua & gubernatores reipub. officij sui, & priuatos periculi proprij admonebimus: docentes, ex catholicæ doctrinæ fundamentis, quid liceat, & quid non liceat in spectaculorũ, ludorumq; publicorum, & priuatorum vsu, si à Principibus quidem permittatur, à priuatis verò exerceatur. Quod non parum è republica esse constabit consideranti & incommoda multa, quæ prouenire possunt, si in eo vsu excedatur à diuinæ legis limitibus; aut si necessaria ad reipublicæ lætitiam oblectamenta, ob inconsideratos scrupulos, & indiscreta murmura relinquantur. In vtroq; enim extremo vitium in esset, cùm moralis virtus in medio consistat: de quibus nunc agendum est, quàntum ad spectacula, & ludos spectat, atq; ad agitationem taurorum.

2 Prima propositio de Eutrapelia virture ludorum.

Nunc autem primo loco statuendũ est, quòd quæstione præcedẽti partim tetigimus, Eutrapeliam virtutem esse veram, inter morales connumerandã, qua homo inclinatur ad tenendũ medium in ludis, inter nimiam iocositatẽ, & nimiam tristitiam, & insociabilitatem, quæ duo vitiosa sunt, illud autem medium Eutrapeliæ verè studiosum est, vt docuit Aristoteles *Aristot.* lib. 2. c. 6. & lib. 4. Ethic. c. 8. & B. Th. 1. 2. q. 60. art. 5. & 2. 2. quæst. 168. art. 2. quã virtutem idem D. Tho- *D. Thom.* mas sub virtute modestiæ cõstituit in artic. 2. q. 160.

quem

Universidad de Deusto
Biblioteca

quem theologi ſequũtur: & ratio eſt manifeſta; quoniam ſtudioſum per ſe eſt operari ſecundum exigentiam rationis, & naturæ, prout dirigitur ad finẽ virtutis, diuini obſequij, & beatitudinis. Nam ſi in operationibus noſtris nos cũ natura conformemur, nõ poſſumus iniquè agere, cum à Deo illa ſit: ſi tamẽ attendamus ad præcipuam partẽ, & ſuperiorẽ noſtræ animæ, & ad totã naturã à Deo ordinatam, non autẽ ad deordinationẽ appetitus, quam cõpeſcere virtutis eſt; quia pars ſuperior omnis dignior eſt inferiore. At verò operari iuxta exigentiam naturæ ordinatæ, etiã in inferiori parte, laudabile eſt; vt ſi tueamur corp°, eiuſq; ſanitatẽ, & vires ad bonum finẽ; quia id habet obiectũ laudabile: nempè cõſeruare Dei creaturã ad bonos fines: licet eſſet meliùs attẽdere ad bonũ ſuperioris partis: ſcilicet animę, & ad diuina, quia hoc obiectũ perfectius eſt. Cęterũ cum in his adeſt finis ſtudioſus directus ad virtutis vſum, vel ad Dei obſequiũ; vt ſi quis intendat vires corporis cõſeruare ad vſum virtutis, & diuini obſequij; act° erit laudabilior: quoniã ad digniſſima opera prẹparatur inſtrumentũ neceſſariũ corporis incolumis: quãuis non negemus ſtudioſum etiam eſſe moderari appetitum, & vires corporis extenuare paulatim, propter vſum, & finem virtutis temperantiæ, & pœnitẽtiæ: quia hoc eſt attendere ad bonũ ſuperioris partis animæ, & ad moderationẽ appetitus: etiam ſi in parte inferiori aliquod damnum recipiamus, quod non eſt vitioſum, eò q; corporis conſeruationem nè pereat, ſed nõ vt obruat animã, aut eius bonũ impediat, præceperit Deus. Sed nihilomin° vt corpus cõſerũemus iniũctũ eſt nobis per prẹceptũ de nõ occidẽdo, & ſtudioſum eſt: quia attẽditur bono naturali corporis, cuius cõſeruatio ad animę in virtutibus exercitationẽ, & ad Dei obſequiũ p nos exhibendum, neceſ-

neceſſaria eſt: atq; id pfectius eſſet in pſona vtiliſsima.

3 Cõcluſio rationis, & probatio virtutis eutrapeliæ.

His ergo ſuppoſitis planè deducitur virtutis eutrapeliæ in ludis probatio: quia hæc obiectum licitũ, & laudabile includit: nempè recreationem neceſſariam animi, & corporis in obiectis non vetitis ad bonũ finem, & neceſſarium, ad præſtanda maiora; idq; omne ad virtutẽ pertinet: primò quia materia, circa quã verſatur hæc virtus non eſt vetita aliqua lege, ſed potiùs obſtat vitioſis extremis: aut ſcurrilitatis, & vetiti ioci, aut etiam inſociabilitatis, quæ pugnat cũ ſociabili natura hominũ; aut etiam deſtructionis ſanitatis per nimiam triſtitiam, & continuã intenſionem animi ad altiora: ſecundò quia id neceſſarium eſſe, vt ſcilicet animus intermittat quandoq; ſeria, & ad ludos aliquos adducatur, conſtabit cõſideranti humani corporis imbecillitatem, & propenſionẽ ad inferiora; propter quod experimur, ſi multũ in ſerijs demoremur, obtundi mẽtis aciem, infringi capitis, & corporis vires, & poſteà ad altiora conſideranda, & ad agẽda negotia ineptos reddi: quia anima in hac vita à corpore dependet, & à ſenſibus, & organis illius; & ideò conſuetum fuit ſemper, non ſolùm apud prudẽtes viros, ſed & apud ſanctos quãdoq, ſeria intermittere, & quibuſdam ludis intẽdere: tertiò quoniã & ſi per ſe quidem perfectiùs ſit altiora exercere, vtpotè potiora obiecta; ſed tamen cum id præſtari nõ poſsit integrè in hac vita, in qua à corpore depẽdet animus, certè perfectum eſt pro huius vitæ ſtatu, moderari ſeria exercitia, per ea quæ leuent animũ, licita tamẽ ſint: quia nõ ſolùm ſumus animam habentes, ſed & corpore conſtantes, & huius ſeculi incolæ, & ſic debemus vtrũq; moderari prudenter: vltrimò neceſſarium eſt hãc virtutem eutrapeliam concedere: quia ad res, fineſq; difficiles habitus ſtudioſos eſſe fatemur, vt mediũ inter

extrema

Universidad de Deusto
Biblioteca

extrema teneamus: est autẽ valdè difficilè scurrilitatẽ, & lasciuiam fugere, & simul cauere nè contraria tristitia nimia, aut in nos crudelitate absorbeamur, sed medium teneamus in hiscè: quòd eutrapelia præstat. Ita vt & scãdalum vitemus, & nostro statui indecentia, primumq; illicita caueamus, & seriis magis intendamus: at aliquando animum leuemus exterioribus iocis, nihil mali præ se ferẽtibus: quæ tamen pro singulorum statuum decentia moderanda sunt.

4 Ludi, & spectacula varij generis.

Primum verò fugiat Christianus lasciua, & scurrilia, nociuaq; : hęc enim, ratio, & Paulus ad Ephes. 5. vetat. Insuper nec semper ocio dediti esse debemus, sed vt dicebat Apostolus redimentes tẽpus: quoniam dies mali sunt. Cæterũ debemus omnibus aliqua concedere recreationis genera pro singulorum statuum ratione. Et communis vitæ hominibus, quæ non habent turpitudinẽ, danda sunt: nè si licita auferas, coarctesq; illos plus æquo; vel facias eos cum erronea conscientia, illa, quæ licent vt illicita appetere, vel licitis priuati ad illicita fortè defluẽt. Ideoq; ijs non negantur ludi, & spectacula equestria, pedestriaq;, quæ ad delectationem, & vsum militarem conferunt: neq; etiã ludi alij inferiores, manualesq;, quibus tamẽ non insit turpitudo, aut iniuria. Similiter theatrales, tragici, & laruales ludi non sunt reprehendendi per se loquẽdo, nisi iniuria, aut lasciuia misceatur. Similiterq; alij: nisi tamen personę prohibitæ, ob status decentiã: vt clerici, & religiosi, aut Principes vilia peragant. Idemque dicendum est de cartarum ludis, de quibus pauca dicemus: alij autẽ ludi manuales ad exercitium corporis pertinentes, magis congruunt grauibus personis, qui & omni scandalo vacãt. Ludi itaq; omnes per se quidem pertinent ad dictam virtutem eutrapeliã, nec reprehẽdendi sunt: nisi misceatur circũstãtia mali

D. Paul.

5 Secunda propositio, & de ratione liciti, & illiciti ludi generalis doctrina.

mali obiecti admixti, prohibitiq; quòd secum habeat iniuriam tertij, vel lasciuiam, aut nimiam superfluitatem; vel etiam insit circunstantia temporis, aut loci prohibiti, aut indecẽtia personæ: tunc enim defectus leuis erit veniale peccatum, grauis verò cõtra aliquod Dei, aut Ecclesiæ præceptũ, erit mortale, pro ratione materiæ. At verò scandalum secundum personæ decentiam violatam, & ipsius materiæ varietatem erit veniale, vel mortale, si adsit vera inordinatio: aliàs nullum erit scãdalum, vt docet D. Thom. 2. 2. quæst. 168. Sotus. 4. de iustitia, quæst. 5. Doctor Medina de restitutione, quæst. 21. Frater Medina in suma confessorum, folio. 131. Caietanus, & Syluester, & alij sumistæ in suma verbo ludus, chorea, laruæ, & Couarruuias in regula peccatum. 2. parte. §. 4. quorum omnium eadem doctrina est, quam prædixi: fundaturque hoc generale documentum, quo ludi per se probantur: ex circunstantia verò mala damnantur, in his, quæ supra dixi de virtute eutrapeliæ, & eius contrarijs. Adduntq; diuus Thomas vbi supra artic. vltimo, & cæteri præcipuè Doctor Medina, non solùm moderatum ludum esse studiosum, sed & omnimodam illius vitationem esse inhumanam duritiam: quod & notauit Aristoteles vbi suprà. Rectè etiam beatus Thomas artic. 3. vbi suprà, & vterq; Medina locis citatis docent: superfluitatem in ludo: vt est consuetudo, & nimiæ expensæ, esse reprehendendam, propterea, quòd per eam superfluitatem non fit locus actionibus maioris momenti: quamuis prodigalitas per se non sit mortalis: vt constat. 2. 2. q. 119. & ita Tullius primo officiorũ, medium in his rebus his verbis cõstituit: ludo, & ioco vti quidem licet, sed sicut somno, & quietibus cæteris; tunc cum grauibus, seriosisq; rebus satisfecerimus. hæc ille.

D. Thom. M. Sotus. D. Medina. Frat. Medina. Caietan. Syluester. Episc. Couar.

Sup. n. 2. & 3.

Consuetudo ludẽdi reprehẽditur.

Aristot.

Cicero.

Simi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Spectantes.

Similiter ex his optimè colligit Doctor Medina vbi suprà, astantes prædictis ludis per se nihil peccare, nisi mala probẽt, aut in his delectentur, scandalumvè præbeant, qui aliàs turpi, aut malo obiecto nõ consentiunt, nisi cum dictæ adsint malæ circunstantiæ: in quo sensu accipiendæ sunt sententiæ sacræ, sanctorumq;, quibus ludis astantes notari videntur; vt Tobiæ. 3. Hieremiæ. 15. & apud Chrysostomum tom. 1. sermone de spectaculis, & Augustinũ libris de pœnitentia, distinct. 3. cap. pœnitentia. & lib. 2. de ciuitate Dei, maximè cap. 13. quos tamẽ constat solùm reprehendisse obscœnos, & iniustos, excessiuosq; ludos, & eorum approbationem, & delectationem; non moderatos, neq; de talibus sermo ibi apparet. Quod certè expresit Conc. Cart. 3. c. 11. prohibens Christianos ab spectaculis videdis: sed vbi blasphemia adsit. Optimè etiam D. Medina. dict. quæst. Hystriones piè defendit: quia ad delectationẽ reipub. seruiunt, si tamen pudicè, & iustè agant, & viuant: aliàs rei non prohibitæ dant operam: neq, ob id à sacris arcendi sunt: & ita decernitur in conc. Cart. 3. c. 35. de cõsec. dist. 2. c. scœnicis: nè ijs pœnitentia denegetur. Deniq; vt D. Tho. vbi suprà artic. 3. & cæteri Doctores, præcipuè Sotus lib. 4. de iustitia, quæst. 5. art. 2. & Fr. Medina in suma à fol. 131. rectè expendunt, multæ possunt esse circunstantiæ, quæ ludos cuiusuis generis deturpent, vt sunt iniuria, obscęnitas, & superfluitas: quas priùs grauiter reprehenderat beatus Augustinus capit. 13. libri secundi, de ciuitate Dei, & diuus Chrysostomus dicto sermone de spectaculis, & homilia. 6. in Matthæum tom. 2. adeò vt eis astãtes ab ecclesia reijciendos iudicauerit, quod intelligitur, cum dicti excessus aderint: quia hos contra legem iustitiæ, charitatis, & honestatis esse constat.

Tobias. *Hieremias.* *D. Chrysost.* *D. August.*

Hystriones.

D. Medina.

Cart. Conc. *D. Thom.*

Excessus ludorũ, & vitia eorum.

Sotus. *Frat. Medina.*

D. August. *D. Chrysost.*

Vltimò

6 Ludi prohibiti specialius.

Vltimo aduertendum est ad corrigendos hos excessus ludorum, iustè iure communi, & specialibus prouinciarum legibus prohiberi quædam genera, & circunstantias ludorum, de quibus non est necesse specialem mentionem hoc loco facere, sed illud solũ theologicè adnotare: leges illas seruãdas esse in foro conscientiæ, & non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam, vt ait Paulus ad Romanos. 13. & sic hasce leges ad peccatum obligare docent magister Sotus, & frater Medina vbi supra; qui fol. 132. & 113. addit regulariter leges prohibitorias chartarũ, & alearum ad veniale solũ obligare, propter intẽtionẽm Principum, & disuetudinem legũ illarum. in cæteris autẽ prohibitis ludis, ob periculum, vel iniùriam, aut obscœnitatem, nõ est dubium quin peccatũ mortale insit, sicut infra declarabimus. De quibus autem præcipuè agere instituimus, illa sunt ludorum genera, quæ maius momentum afferre, si declaretur eorum probitas, vel iniquitas, visum est: vt de ludo taurorũ, de duellis, & torneamẽtis, & chartis, aleisq; secundum eorum speciales rationes. nam de generalibus ludorum conditionibus satis est dictum.

D. Paulus.

7 Tertia propositio, de taurorum agitatione, quomodo liceat.

Ad præcipuam ergo quæstionis istius partẽ accedamus, dicamusq; quo modo liceat, defendivè possit; aut quæ incõmoda secum afferre valeat vsus ille agitandi tauros in circo, quo nostri vti, delectariq; solẽt. de qua resit tertia propositio. Agitatio ista taurorum in circo, qua ab equestribus, vel pedestribus industrijs, & velocibus vrgentur, de se quidem licita est. Sed cauenda sunt à rectoribus populorũ, & à priuatis incõmoda quædã, quæ actum vitiare poterunt, si adsunt: vt periculum ex temeritate, & debilitate cõgredientium; & in decentia temporum, vel personarum, violatioq; legum iustarũ, quæ de ea re editæ

Y sunt;

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſunt; & ſpectantium vitia quædam intermixta per accidēs: quæ ſi abſint, ludus, & ſpectatio ipſius vitio, & ſcrupulo carebunt. Hoc ita probant, cenſentq; ſimiliter Hiſpaniæ doctores ferè omnes, præcipuiq;, qui theologiam, & iuriſprudentiam profitentur: in quorū oculis ſine reprehenſione ludus iſte exercetur in Hiſpania pręcipuè; qui & in alijs prouincijs in vſu eſſe dicitur; licet non eodem modo, quo in Hiſpania conſuetus eſt huiuſmodi taurorum ludus. quam Hiſpaniæ cōſuetudinem præſertim ſcriptis approbarūt Doctor Medina in codice de reſtitutione quæſt. 21. & Doctor Nauarrus in manuali. c. 15. nu. 18. & frater Bartholomæus Medina in ſua ſuma fol. 131. & Petrus à Nauarra lib. 2. de reſtit. c. 3. à nu. 300. Et huius dogmatis fundamētum illud eſt, q̄ ludus iſte per ſe ſumptus, ſine periculo, & legū violatione exerceri cū induſtria poteſt; & plurima ſecum affert cōmoda reipub. quāuis circunſtātijs vetitis aſſociari poſſe nō dubitemus. quæ omnia in ſpeciali explicabimus, ſimulq; oſtēdemus legibus nūc nō vetari generaliter.

Probatio.

D. Medina. *D. Nauarrus.* *F. Medina.* *P. Nauarra.*

8 Taurorum cū hominibus ludus quare liceat. Prima ratio.

Sed vt res iſta perſpicuè intelligatur, attendendū eſt, ſi principia naturalis, & diuinæ legis cōſulamus, non obſcurum huius rei fundamentum inueniri. nā primum certum eſt homines licite poſſe eutrapelia virtute, & ludis moderatis vti, vt in hac quæſt. diffuſe probaui. Deinde certum eſt licite etiā poſſe, imo & vtiliter vires corporis exercere, tum ad corporis ſanitatem, tum ad aptam præparationē ad bella iuſta, hoſteſq; reipubl. depellendos: nam aliter debiles, ignaui, parumq; induſtrij fierent. Quæ tamen virium exercitatio moderata eſſe debet, ita vt pericula caueā tur; & ne quis ea aggrediatur, quæ vires excedant; ſi tamen viribus ſuis labores metiatur, & circunſtātiæ extraneæ malæ abfuerint, ea virium exercitatio, & leuatio

& leuatio animi per ludos licent, vt dixi. Quia in his quiſq; exercet ſeipſum ſine iniuria alterius, & vtitur conceſsis à Deo. nam non ſuperflue corpus, & vires, & animi induſtriam Deus nobis conceſsit, vt ijs vtamur ad bonos fines, & in his quæ non ferant ſecum iniuriam, vel laſciuiam: nam hæc ſuperiori parti, & potiori animæ noſtræ aduerſantur. Illa autem quæ diximus naturali iure nobis licent, quia vſus naturalium naturali lege conceditur.

Secunda ratio, auferens difficultatem.

Præterea ſi periculi rationem mihi obijcias, dicaſq; quod Sapiens Eccleſiaſtici tertio dicebat: qui amat periculum, peribit in illo, aliamq; eiuſdem capitis ſententiam: altiora te ne quæſieris, &c. addaſquè, quinto præcepto decalogi Exodi vigeſimo, non ſolum homicidium erga alios, ſed potius erga ſeipſum homini vetitū eſſe, vt declarat beatus Thomas. 2. 2. quæſt. 64. & catholici cæteri. Hacq; de cauſa reprehendimus temeritatem illorum, qui ſe apertis mortis periculis obijciunt, vt de gladiatoribus, alijſq; ſimilibus dicemus poſtea; gētilitatiſq; reliquiæ ſunt, ſi quis cum feris aperto marte congrediatur. Hæc omnia ego non negabo. ſed reſpondebo ijs, meāq; aſſertionē comprobabo, dicēs: verum eſſe, debere reprehēdi illum, qui cum viribus à feris ſuperetur, velit apertè, immediateq; cum illis congredi; at ſi ſibi caueat, & induſtria, & celeritate, virium defectū ſuppleat, euitat periculum: quia per induſtriā cōpenſatis viribus, redditur æqualis, & ſuperior belluæ. & in hoc pūcto cō ſtat ſolutio difficultatis, quæ ſequentibus confirmationibus magis effugiet. Nā primū experimur in hac taurorum agitatione riguroſa, vt in Hiſpania exercetur, non ſemper nocumenta euenire, ſed aliquando. & rurſus communiter homines, qui pereunt, aut læduntur à tauris, ſunt vel temerarij, vel ebrij:

Sapiens. *Exodus.* *D. Thomas.*

Tertia ratio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui propius ad belluas accedunt absq; debita cautione:&,qui cũ viribus,velocitate, aut industria careãt, se immiscent periculis.Quod certè imputatur illorũ vitio,non actui,& exercitationi ipsi,neq; reipublicę permittenti id,quod de se non habet turpitudinem. Secundo si quandoq; etiam contingat industrios,fortes,& celeres in ludo isto lædi, aut occumbere fortè ex negligentia humana, vel casu fortuito, cui obstari non potuit;certè neq; id erit semper culpabile: quia sæpe præter intentionem eueniunt mala,&humana fragilitas nõ tenetur præcauere omnia damna,quæ si acciderint,non semper imputabuntur ad peccatũ, sicut cum quis casu ab alto cadit,rei licitæ dans operam: non enim peccat,quia in proprijs non semper inaduertentia delictum censetur; neq; cum immẽso rigore tenetur quis vitam curare. Sicut etiã natatio hominibus industrijs licita est;& nihilominus etiam illi aliquando pereunt, propter humanam inaduertentiam,& fortuitos casus. Sic ergo in his exercitationibus,&in agitatione taurorum satis est posse periculum vitari,& defectum viriũ suppleri per industriam. Ex hoc enim constat tales homines non peccare, quia non se ponunt periculo inuincibili,& superiori viribus suis,simul cum industria coniunctis: licet esset superius ad vires suas solitarie sumptas. & ita qui viribus, & industria pollent,non peccant,qui vero industria carent, malè agunt se obijcientes pe
Quarta ratio. riculo,q̃ non probamus. Deniq; animaduerti oportet cõplures vtilitates ex hac exercitatione procedere:vt gaudiũ,& lætitiã populi, qui his indiget ad depellẽdas molestias, & vitãdas infirmitates: Vt etiam viriũ,& cursus exercitationẽ,& equestrẽ vsũ,quę ad bella valdè necessaria sunt,& hi fines nõ obtinebuntur si occasiones auferas gratas populo,quas suauiter, lætan-

Vltima ratio. lætanterq; suscipit,ijsq; fines illos suauiter consequitur. Quibus adde vltimo, nationũ singularium affectiones consulẽdas esse,vt illis exercitamẽta,oblectationesq; designes,nã non omnibus eadem cõplexio, constellatio,& animorum affectio est,sed diuersa vt experimur,& ita q̃ mihi placet,tibi displicet, & quo tu oblectaris,in me tædiũ generatur. hæc ideò dixerim,vt nõ miremur si Hispani agitatione taurorum gaudeant, velintq; intermittere alia ludorum, & tragediarum genera,aliæ vero nationes his,alijsve sunt affectæ, quibus sibi satisfaciunt.

9 Gubernatores quo modo licitè agant in agitationis permissione.

Sed ne difficultas maneat circa permissionẽ huius agitationis taurorũ per Principes, & gubernatores, hoc quoq; animaduerte: illos rectè agere, si permittant illam, imò & præparent; si tamen generaliter cauerint pericula,faciẽtes vt apta refugia fugiẽtibus, & spectantibus fiant;& iubentes generaliter vt debiles,& non industrij discedãt à circo.his enim factis, nõ amplius tenẽtur. quia publico officio satisfaciunt per publicas, & generales cautiones. Neq; tenentur singulos exquirere,& examinare, nõ enim custodes angeli sunt,qui seorsum facienda inspirent, sed publici gubernatores in temporalibus,vel in spiritualibus præfecti reipublicæ, cui muneri publica diligentia satisfaciunt. Quod si aliquem temerarium viderint, corrigant si potuerint necesse est. quod si inepti se immiscuerint, sibi imputabitur periculũ, non gubernatoribus. Neq; ego certè talem permissionẽ cõdemno,neq; amplius quidquam, iniungerem gu-
Nona cautio. bernatoribus obligatoriè. Verum perfectius censerẽ illos suo muneri satisfacere, si alium modum cauẽdi pericula,in hac taurorum agitatione, excogitarẽt. Videlicet bonum hominum numerum velocium, & industrium eligere, pro singulorum populorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

mensura, qui per peritos aliquot viros in ea arte, instruerentur, seq; exercerent in modis, & industrijs currendi, & eludendi tauros; simulq; conuenientibus equitibus, decorum, & placidum spectaculum in circo præberetur, multitudine excluſa, quæ obstare, & causare pericula solet. Vel aliquando feras alias, & canes tauris obijcere absq; hominibus, non esset spectantibus ingratum. Sed hæc nec obligatoria cẽseo, & cum nouerim Hispanorum animos, hæc ipsa multis superflua, & grauia videnda esse scio.

10 Spectantes tauros quomodo nõ peccent?

Sed de spectantibus agitationem taurorum scrupulus nõ magnus insurgit. spectatio enim licet, quia ad iustam lætitiam capiẽdam fit. Et absq; incõmodo animæ fieri potest, si periculum proprium caueatur, & à delectatione ex læsione proximi, abstineat animus. Et deniq; si vetitæ personæ non adsint, de quibus infra dicemus.

11 Argumentorum solutio, & positio.

Ex dictis etiam paulò ante constat nihil esse, quod magnam vim habeat aduersus supradicta. Nam si primum argumenteris à periculo cõtra præceptũ quintum: de non occidendo: Iã respondi id esse peccatũ, si quis se obiecerit periculo superiori se. in hac autem agitatione per se sumpta periculum inferius est, per se loquendo: nã per industriam, & velocitatem vinci potest, vt contingit per industrios, & celeres homines, etiã pedites. nã equites nullum habẽt periculum. Quod si aliquod sit in vtrisq;, hominum est ardua aggredi propter laudabilẽ exercitationem, & optimos fines. Ineptorum autẽ hominum ludum ego nõ approbo in mea cõclusione, sed industrium, & qui prudenter possunt existimare se pericula superaturos esse. ꝙ si succũbãt casu aliquo, is humanus est, nec imputabilis ad peccatum, vt supra dixi.

Sup. nu. 8.

A periculo.

Ab scandalo.

Quod si secundo scandalosum hoc opus esse, & simile

simile gentilium temeritatibus dixeris, respondebo, cum D. Thoma. 2. 2. quæst. 43. passiuum & irrationabile scandalum curandum non esse, sed illud quod quis præberet mala aliqua operatione, qualis agitatio taurorum non est, vt probaui.

12 A iure positiuo.

Tandem si quis contendat: hoc iure positiuo esse prohibitum, per motum proprium Pij. V. Pontificis maximi anno Dñi. 1567. transmissum ad Hispaniã cõtra taurorum agitationem, cuius meminit doctor Nauarrus loco citato; typisq; mandatum id iam euulgatũ est, quod postea limitauit Gregorius. XIII. alio motu proprio super hac re edito anno. 1575. quorũ verba libuit hoc loco subiungere.

Motus proprius Pij. V.

Pius Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuã rei memoriam. De salute gregis dñici nostræ curæ, diuina dispensatione, crediti, prout ex debito pastoralis officij adstringimur, solicitè cogitantes, fideles cuncti gregis eiusdem ab iminentibus corporum periculis, etiã animarum pernicie perpetuo arcere studemus. sanè licet detestabilis duellorum vsus, à diabolo introductus, vt cruenta corporum morte, animarum etiam perniciem lucretur, ex decreto concilij Tridentini prohibitus fuerit; nihilominus adhuc in plerisq; ciuitatibus, & alijs locis quam plurimi, ad ostentationem virium suarum, & audaciæ, in publicis, priuatisq; spectaculis cũ tauris, & alijs feris bestijs congredi non cessant. Vnde etiam hominũ mortes, membrorum mutillationes, animarumq; pericula frequenter oriuntur, &c. Nos igitur considerantes hæc spectacula, vbi tauri, & feræ in circo, vel foro agitantur, à pietate, & charitate Christiana aliena esse; ac volentes hæc cruenta, turpiaq; dæmonum, & nõ hominum spectacula aboleri, & animarum saluti, quantum cum Deo possumus, prouidere; omni-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus, & ſingulis Principibus Chriſtianis, quacunq; tam eccleſiaſtica, quam mundana, etiam imperiali, regia, vel quauis alia dignitate fulgentibus, quouis nomine nuncupentur, vel quibuſuis communitatibus, & rebus publicis, hac perpetua noſtra cõſtitutione valitura, ſub excommunicationis, & anathematis pœnis, ipſo facto incurrendis, prohibemus, & interdicimus: ne in ſuis prouincijs, ciuitatibus, terris, oppidis, & locis huiuſmodi ſpectacula, vbi taurorum, ferarũq; agitationes exercentur, fieri permittant. Militibus quoq;, cæteriſq; alijs perſonis, ne cum tauris, & alijs beſtijs in præfatis ſpectaculis ipſi tam pedeſtres, quã equeſtres congredi audeant, interdicimus. quod ſi quis eorum ibi mortuus fuerit, eccleſiaſtica careat ſepultura. Clericis quoq; tam regularibus, quam ſecularibus, beneficia eccleſiaſtica obtinentibus, vel in ſacris ordinibus conſtitutis, ſub excommunicationis pœna, ne eiſdem ſpectaculis interſint, ſimiliter prohibemus. Omneſq; obligationes, iuramenta, & vota à quibuſuis perſonis, vniuerſitate, vel collegio de huiuſmodi taurorum agitatione, etiam vt ipſi falſo arbitrantur, in honorem ſanctorum, ſeu quarumuis eccleſiaſticarum ſolemnitatum, & feſtiuitatum, quæ diuinis laudibus, ſpiritualibus gaudijs, pijſq; operibus, nõ huiuſmodi ludis celebrari, & honorari debẽt, hactenus factas, & facta, ſeu in futurum facienda, quæ, & quas omninò prohibemus, caſſamus, & annullamus, & pro caſsis, nullis, & irritis haberi perpetuo decernimus, atq; declaramus. Mãdamus autẽ omnibus Principibus, Comitibus, & Baronibus S.R.E. feudatarijs, ſub pœna priuationis feudorum, quæ ab ipſa Romana Eccleſia obtinent; reliquos vero Principes Chriſtianos, & terrarum dominos prædictos hortamur in domino, & in virtute ſanctæ obedientiæ

dientiæ mandamus, vt pro diuini nominis reuerentia, & honore præmiſſa omnia in ſuis dominijs, ac terris huiuſmodi exactiſsimè ſeruari faciant: vberrimam ab ipſo mercedem tam boni operis recepturi. Sic vniuerſis venerabilibus fratribus Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, alijſq; locorum ordinarijs in virtute ſanctæ obedientiæ, ſub obteſtatione diuini iudicij, & in terminatione maledictionis æternæ, quatenus in ciuitatibus, & diœceſibus proprijs, præſentes noſtras litteras ſufficienter publicari faciant; & præmiſſa omnia ſub pœnis, & cenſuris eccleſiaſticis obſeruari procurent. Non obſtantibus conſtitutionibus, &c. Datum Romæ apud ſanctũ Petrũ anno incarnationis dñicę. 1567. Kalẽd. Nouẽbris, Pontificatus noſtri, anno ſecundo, &c.

Motus proprius Gregorij. XIII.

Gregorius Papa. XIII. ad futuram rei memoriã. Exponi nobis nuper fecit chariſsimus in Chriſto filius noſter Philippus Hiſpaniarum Rex catholicus; quod felicis recordationis Pius Papa. V. prædeceſſor noſter, periculis fidelium occurrere volens; per ſuam conſtitutionem omnibus Principibus chriſtianis, cæteriſq; perſonis in ea expreſsis, ſub excommunicationis, & anathematis, & alijs cẽſuris, & pœnis prohibuerit; ne in eorum locis ſpectacula, vbi taurorum, aliarumq; ferarum agitationes exercentur, fieri permitterent, aut illis quomodolibet intereſſent, prout in eadem conſtitutione latius continetur. Nihilominus idem Philippus Rex, regnorum ſuorum Hiſpaniarum vtilitate motus, quæ ex agitatione taurorum huiuſmodi prouenire ſolita erat, nobis humiliter ſupplicare fecit, vt in præmiſsis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos ipſius Philippi Regis, nobis in hac parte humiliter porrectis ſupplicationibus inclinati, excommunicationis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

anathematis, & interdicti, aliarumq; ecclesiasticarũ sententiarum, & censurarum in ipsius Pij. V. prædecessoris litteris contentas pœnas, in eisdem Hispaniarum regnis, quoad laicos, ac fratres milites tantum quarumcunq; militiarum, etiam præceptorias, & beneficia ipsarum militiarum pro tempore obeũtes, dummodo dicti fratres milites sacris ordinibus initiati non fuerint, & agitationes taurorum festis diebus non fiant, authoritate Apostolica, tenore præsentium tollimus, & amouemus. Præmissis, alijsq; in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscunq; præmisso tamen per eos, ad quod spectabit, q̃ alicuius mors, quoad fieri poterit, sequi non possit. Datũ Romæ apud sanctũ Petrum sub annulo piscatoris, die. 25. Augusti. 1575. Pontificatus nostri anno quarto.

Motus Sixti. V.

Hæc decreta vtriusq; Põtificis in authenticis scriptis ego vidi. Postea vidi edictũ aliud SS. D. N. Sixti .V. ad D. Hieronimũ Mãricũ Episcopũ Salmãt. directum, prædictas decisiones confirmans. quod refert, & explicat doctor Ioannes Gutierrez lib. Canonicarum quæst. cap. 7. num. 36. cuius verba sic habẽt. *D. Gutierrez*

Venerabili fratri Episcopo Salmanticensi. Sixtus Papa. V. Venerabilis frater salutem, & Apostolicam benedictionem. Nuper siquidem ad nostram notitiam peruenit quod aliàs, postquam fœlicis recordationis Pius Papa. V. prædecessor noster sua perpetua valitura constitutione spectacula, & ludos taurorum prohibuerit, ac tam laicis, quàm clericis secularibus, & quorumuis ordinum regularibus, ne eisdem spectaculis, & ludis interessent, sub certis inibi contentis pœnis interdixerat. Et deinde piæ memoriæ Gregorius Papa. XIII. etiam prædecessor noster, per quasdam suas desuper confectas litteras, prædictam constitutionẽ, & pœnas in ea contentas, clericos tã seculares, quam regulares, non tamen laicos, & milites quaruncunq; militiarum sacris ordinibus non initiatos comprehendere declarauerat, prout in constitutione, ac litteris prædictis plenius continetur. Nõnulli vniuersitatis studij generalis Salmanticensis præceptores: tum sacræ theologiæ: tum iuris ciuilis professores non solum agitationibus taurorum, & spectaculis prædictis se ostentare non verẽtur; sed etiam clericos in sacris ordinibus constitutos, dum agitationibus, & spectaculis prædictis, contra prædictam constitutionem intersunt, nullum reatum cõmittere, sed licitè illis adesse posse asserũt, atq; publicè in suis lectionibus docẽt: vnde multi tuę diœcesis clerici, contra cõstitutionẽ, & litteras prædictas, licet à te super illarum obseruatione, etiam propositis edictis requisiti, atq; coacti fuerint, eisdem ludis interesse non desistunt. Nos, vt Romanorum Pontificum præcepta, prout decet inuiolabiliter obseruentur, prouidere volentes, fraternitati tuæ, etiam tanquam nostro, & sedis Apostolicæ delegato, liberam facultatem, atq; authoritatem tribuimus: vt tam prædicti præceptores, ne aliquid contra constitutionem, & litteras prædictas docere, seu asserere, quàm quoscunq; clericos in eiusdem Gregorij prædecessoris litteris comprẽhensos ludis, seu agitationibus, ac spectaculis prædictis aliquo modo interesse audeant, seu præsumant apostolica authoritate monendi, ac illis præcipiendi; atq; mandandi, nec non contra inobedientes cuiuscunq; qualitatis fuerint, ipsis prius, etiã per edictum publicum constito sumariè, & extraiudicialiter, de q̃ tuto accessu citatis, ac vt pareãt, sub sententijs, & censuris ecclesiasticis, etiam pecuniarijs pœnis moderandis, & applicandis requisitis

ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad incursus censurarum, & pœnarum huiusmodi declarationem,& executionem omnibus,& quibuscũque necessarijs,& opportunis tibi visis remedijs procedendi, & quicquid decreueris, & mandaueris exequendi,ac totali executione vsq; ad omnimodam paritionem demandandi, omni , & quacunq; appellatione, ac recursu, & reclamatione postpositis:inuocato etiam ad hoc si opus fuerit,auxilio brachij secularis.non obstantibus constitutionibus,& ordinationibus Apostolicis,ac dictæ vniuersitatis statutis, &c. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris,die. 14. Aprilis. 1586. Pontificatus nostri anno . 1. Die verò. 17. Iunij eiusdẽ anni:edictũ propo suit prædictus Salmanticen. Episc. in executione earundem litterarum . ne ecclesiastici prædicti ludis taurorum interessent, ac lectores , vel alij id probarent,sub prædictis pœnis sibi,& Pontifici reseruatis. Atq; ideò meritò prædictus Ioannes Gutierrez obseruari debere sub mortali prohibitionem dictorum motuum, nisi cum per transitum , aut obiter clericos inspicere contingat agitationẽ taurorũ, vel cum illi sine periculo agitãtur aligati,vel similiter,asserit.

13 Pontificalium decretorũ obligatio.

Horũ verò decretorum vim nos nõ negamus,sed fatemur catholicos omnes, & Principes, & priuatos obligari legibus pontificalibus. Et posse Pontificem efficaciter iubere,& disponere non solum de ijs, quæ spiritualia sunt; sed etiã de tẽporalibus,quę ad spiritualia sunt annexa,quæ scilicet ad animarũ salutẽ opportuna iudicauerit,q; catholicũ esse dogma supra quæ- *Sup. quæst. 2. nu. 10. & .11.*
stione. 2. probaui.

Responsio.

Verùm cum statuta pontificalia per Põtifices mutari possint; vt eadem quæst. dixi, iam constat motũ illum Pij. V. per subsequentem Pontificem fuisse limitatum, sicq; non obligat nunc , sicut eo tempore, *Ibidẽ. num. 35.*

quo

quo editus fuit.Sed obligabit,quo ad ea, quæ per subsequens decretum in suo vigore relicta sunt , quæ statim explicabo, si prius hoc animaduertero , quod supra quæst. 2. diffusius exposui. Scilicet quanuis fatea- *Quæst. 2. num.*
mur ad leges pontificales non requiri populi per se *39. & .40.*
loquendo acceptationem, requiritur tamen ex consensione Pontificum, videntium, & tacentiũ . vsq; iam id obtentum est in huiusmodi motuum proprio rum executione, ex voluntate interpretatiua Pontificum,& quia aliàs scrupulis repleremur in tãta multitudine motuum propriorum, nisi acceptionem eorum spectaremus, vt obligari per illos fideles intelligamus.& ita absq; scrupulo viri docti super hoc non vrgent. Quamuis Petrus à Nauarra loco citato scru- *Petrus Nauarra.*
pulosè nimis scripserit de re ista, tam circa acceptionem generalẽ motus proprij Pij. V. quã circa prohibitionem spectationis huius ludi per omnes clericos, & omnes regulares , vt ille opinatur. Nihilominus ex doctrina nunc proposita, & ex verbis prædictorũ decretorum , atq; ex principijs doctrinæ catholicæ, in particulari explicabo, quid iure positiuo sit iniunctum, & necessario obseruandum modo, in hac agitatione taurorum.

Moderatio vsus decreti.

14 Non est vetita agitatio taurorum.

Primo verò asserimus nunc, vetitam non esse agitationem taurorum. Quoniam decretum Pij,Gregorius abstulit,vt supra vidimus,exceptis eis,quæ ad clericos, & festos dies pertinebant.

Festis diebus prohibetur,& vota super ea re ablata sunt.

Deinde certum est motum propriũ Pij . V. in suo vigore mansisse. quantum ad prohibitionem in eo contentã: ne in diebus festiuis tauri agitentur. Neq; censentur obligatoria vota, & iuramẽta de agitatione taurorum prius facta, quæ annullat Pius. Quia de his nulla mentio, nec reuocatio fit à Gregorio. Et licet disputari possit, an vota ista , & iuramenta per se

obligẽt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

obligẽt, sintq; de re reducibili ad sanctum finem, vt Medina loco citato de restitutione arbitratus est, potestq; suaderi ex supradictis, quibus probaui non esse de se malam agitationem istam, neq; Pius ex præcipuo fine voluit definire contrarium, sed nihilominus prohibuit agitationem, & annullauit vota, & iuramenta super ea re facta. Illa autem prohibitio festiuorum dierum intelligitur in præceptis, non de obseruatis ex deuotione populi, aut voto illius, vt docet Petrus Nauarra vbi supra. Et sic obseruatur generaliter in Hispania motus proprius Pij.V. in hoc articulo; & doctor Gutierrez dicto cap.7. canonicarũ quæstionum num. 10. ita illum intellexit.

Doct. Medina.

Nota.

Nauarra.

D.Gutierrez.

15 De clericis, & regularib⁹ circa spectationem agitationis taurorum.

De clericis autem, & regularibus, an sint prohibiti à spectatione taurorum, ingens quæstio est in Hispania, quæ fortè magis oritur ex ingenti eorum ad istum ludum affectione, quam ex rei arduitate, dicam verò quod censeam, in quo & multi viri docti conueniunt. Primum absq; scrupulo ex supradictis, assero non constare vbiq; esse receptum motum proprium Pij. neq; ibidem obligare quoad istum articulum de prohibitione clericorum, quia & posse expectari acceptionem. Et id licere iam dixi. Et scimus in aliquibus locis, & diœcesibus super hac re dissimulari, & publicè istum ludum spectari à clericis. Quod vbi seruatur non video cur scrupulum mouea mus, quia & præceptum non vrgebit, & res de se licita est, vt probaui paulò ante.

Nota.

Secundo, assero in locis, & diœcesibus in quibus in vsu est motus proprius, non est dubium quin sit vera obligatio discessionis ab spectatione ista, quia leges ecclesiæ receptæ obseruãdæ absq; dubio sunt. At vbi motus iste Pij in hoc articulo clericorum obseruetur practicæ relinquo, solũ in genere animaduerto cum

cum Petro Nauarra vbi supra, ibi censeri esse in vsu, & obligare decretum istud, vbi vel nullus contradicit, aut facit: vel vbi prælati præceptis, & pœnis obseruationem illius curant; quod in pluribus Hispaniæ prouincijs in vsu est. Itaq, de his omnibus locis, dico tertio, sub mortali teneri ecclesiasticos, ibi contentos, abesse ab agitatione taurorum in circo. probatur, quia ita plures viri docti tenẽt, vt doctor Gutierrez cap.7. num. 16. & Nauarra supra, & recẽtiores. 2. quia verba præceptiua sunt in motu proprio; quæ significant præceptum graue, ex doctrina Clementis.V. in Clementina exiui.§. item ordo de verborum significatione, & doctoris Nauarri in manuali cap.23.num.50.&.52.& D.Antonini. 3.part. titulo. 16.cap. 1.§.9.in fine, Syluestri verbo præceptũ quæst. 2. Angeli verbo lex.§.2. Alfonsi de Castro de lege pœnali lib. 1.cap. 5. Tertio, quia additur in motu proprio signum aliud obligationis ad mortale, q̃ est sub pœna excommunicationis ferendæ. quod infallibile esse signum obligationis sub mortali, docẽt omnes doctores, vt D. Antoninus supra, &. 2. parte titulo. 4. cap. 2.§.3. Nauarrus supra; Syluester verbo præceptum quæst. 3. Angelus verbo lex numero. 3. suma Tabiena numero. 27. Couar. cap. alma, parte. 1.§. 9. Soto. 4. distinct. 22. quæst. 1. artic. 2. illatione prima. Et ratio est, quia secundùm catholicã doctrinam, excommunicatio non datur, nisi propter mortale, ex cap. 1. de sententia excommunicationis in sexto, cap. nullus, cap. nemo. 11. quæstione. 3. & secũdùm doctrinam communem theologorũ in quarto distinctione. 18. & sumistarum verbo excommunicatio. Neq; oportet in mandato explicari maiorẽ excommunicatio. quia ea, eius appellatione absoluta, in mandatis intelligitur, iuxta Gregorium. IX. cap.

Petrus Nauarra.

Doctores multi.

Clemẽs Papa.

Doctorum sententia.

si quem

Universidad de Deusto
Biblioteca

si quem de sententia excommunicationis: quia maior infertur, & anthonomaticè intelligitur, minor verò sola participatione cum excommunicatis incurritur. Nec ad inferendam hanc excommunicationẽ requiruntur monitiones expressæ, sed satis est si adsint æquiualenter per iuris publici decretum, vt ecclesiæ consuetudine, & doctorum sententia comprobatur. Insuper cum additur sub pœna excommunicationis latæ sentẽtiæ, vel ipso iure, vel facto, statim post inobedientiam incurritur; cum autem id non additur, inobedientia ad præceptum, habens annexam comminationem excommunicationis, inducit peccatum mortale. propter quod suppositâ illa monitione decreti, potest inferri, & declarari excommunicatio latæ sententię, ante quod illa non incurritur. Et hæc est doctrina communis iuris, & doctorum citatis locis.

Propter quam non est probabilis, sed reijcienda doctrina quorundam doctorum grauium quidèm, sed in hac re deceptorum sanè: Caietani in suma verbo præceptum, & Armillæ num. 6. & verbo lex numero. 4. Driedonis lib. 2. de libertate christiana, capite. 1. conclusione. 2. D. Antonini. 2. parte tit. 4. cap. 2. §. 3. qui dicunt decreta quædam ecclesiæ de rebus de se non grauibus, etiam si pœna excommunicationis ferendæ addatur, non obligare ad mortale. Quæ sententia intollerabilis est, & cõtra ecclesiastica dogmata, quibus scimus posse ecclesiam ponere præcepta positiua de rebus, aliàs non vetitis, & propter contumaciam inferre excommunicationem, vt dicti doctores docent, præcipuè Sotus vbi supra dicto libro. 1. de iustitia, & Castro de lege pœnali, præcipuè cum ecclesia semper moueatur grauibus rationibus ad hæc ferenda decreta, ad eius gubernationem necessaria, & ita illi totius ecclesiæ doctrinæ aduersantur.

Caietanus. *Armilla.* *Driedo.* *D. Antoninus.* *Sotus.* *Castro.*

16 Ratio prohibitionis clericorum circa spectacula taurorum.

Ita ergo ne clerici his spectaculis adsint, grauibus rationibus cautum est, tum propter status decentiã; qui nos ad sacra potius, quàm ad secularia euocat. Et ne frequẽter euenientia pericula probare videamur, ideo non solum à Pio. V. sed & ab antiquo iure clerici prohibentur ab spectatione laicorum ludorũ quam plurium, præcipuè vbi casus crudeles, & lasciua interueniunt, vt constat capite clerici. 2. de vita, & honestate clericorum, & in concilio generali Cõstantinopolitano. 6. canone. 51. & in Carthaginensi. 3. canone. 11. quod & docuit Tertullianus tomo. 2. tract. de spectaculis, & D. Chrisostomus tomo. 1. sermone de spectaculis, & tomo. 2. homilia. 38. in Matthæum circa finem, qui patres non solum clericos, sed & laicos christianos ab eis spectaculis abesse volebant; clericis verò etiam imperatoria lege vetabatur authentica interdicimus. C. de Episc. & clericis. quæ prohibitiones licet per omnia in vsu nõ sint, tamen antiquitatis venerationem inducunt, & relinquitur naturalis, & diuina præceptio, ne in illicitis delectemur, aut ea probemus assistẽtia nostra, vt sensit Nauarrus cap. 19. manual. nu. 14. & prohibitio illa Pij. V. erga clericos in suo vigore manet.

Constitutiones, & iura. *Tertullianus.* *D. Chrisost.* *Nauarrus.*

17 Ratio prohibitionis ne diebus festiuis spectacula taurorum fiant.

Similis fuit ratio vetandi, ne spectacula ista taurorũ festiuis diebus inter fideles fiant, quod prohibuit vterq; Pontifex Pius, & Gregorius in supra relatis decretis: videlicet ne cruenta spectacula talibus diebus, quibus sanctissimo Deo, mitissimo Christo, & sanctis eius honor defertur, fieri contingerent. Nam &si licita illa sint per se sumpta, tamen multa mala intermisceri solent, quorum ad Deum nulla est coniunctio, sicut nec luci ad tenebras, vt dicebat Paulus.

Pontifices. *D. Paulus.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et si nullum etiam adesset peccatum, satis esset ad prohibitionē, ne id ageretur in festis Dei, scire ipsum non solum dolosum, sed & virum sanguinum abominari, sicut aiebat Dauid, tanta est ergo Dei, & festorum suorum sanctitas, & puritas, vt in illis spectacula, quæ secum cruorem afferre possunt, exercenda non sint. Similiter id prohibitum est ne existimaretur Deo, & sanctis eius cultū exhiberi per huiusmodi spectacula, quæ humana sunt, & propter humanos fines exercentur. & has rationes habuerunt sancti illi Pontifices in huius decreti editione, vt verbis relatorum motuum constat. Sed & aliam addidit causam idē Pius videlicet, ne deuotio, & cultus, quæ Deo debentur, festiuis diebus, his secularibus spectaculis intermittatur; qua etiam ratione similis prohibitio antiquitus fuit edita in concilio Carthaginensi. 7. canone. 28. vbi omnia etiam spectacula, ludiq; omnes diebus festiuis prohibentur. sed in vsu est solum hæc vltima taurorū his diebus agitationis prohibitio, quæ in tota Hispania obseruatur, vt dixi in diebus festiuis præcepto ecclesiæ, non deuotione, & voto populorum obseruandis, vt Petrus quoq; Nauarra supra dixit. *Psalmista.* *Conc. Cartha.*

18 Qui clerici, & regulares prohibeantur spectare taurorum agitationem.

Cæterùm, vt iam dixi ille scrupulosus fuit in generaliori, quam oportebat inclusione omnium ecclesiasticorum, in hac prohibitione spectationis ludi taurorum, qui tamen nulla valida ratione nititur, nisi cuiusdam imaginatæ decentiæ, & punctuationis illorum decretorum. Sed hæc omittens, resolutè dico primo: non vetari eam spectationem clericis minorum ordinum, & primæ tonsuræ, non habentibus beneficia: & laicis regularibus religiosis. probatur primo: quia sic tenent communiter doctores moderni, & Gutierrez dicto cap. 7. canonic. quæstionū numero

num. 16. vsusq; ita fert. Secundo quia non inuenitur talis prohibitio in decretis prædictis. Et hæc est regula generalis iuris, & doctorum: pœnas esse restringendas, fauores autem ampliandos, vt habetur in regulis iuris lib. 6. cap. odia, & cap. in pœnis. Dico secundò obtinentes beneficia ecclesiastica (etiam si primam solùm tonsuram habeant) vel in sacris ordinibus constituti; vel regulares clerici, etiam si primam solum habeant tonsurā, prohibentur sub mortali, & excommunicatione ferenda, non lata, assistere ludo taurorum in circo. Probatur ex verbis expressis motuum propriorum Pij, & Gregorij iam relatis. deinde ex generali ecclesiæ doctrina de obedientia obligante sub mortali in graui præcepto, vt istud est, sicut dixi. de quo lege D. Thomam. 2. 2. quęst. 104. & 105. Dico tertio id non intelligi; neq; de spectatione vaccarum aligatarum, in apertis vijs, aut similibus, vel in transitu. sed solum de rigurosa agitatione taurorum in circo, aut foro concluso, vt in Hispania exercetur: quia hoc solum exprimitur dictis decretis, & ex eo solum potest quandoq; periculum euenire, iuxta Gutierrez dicto num. 13. &. 41. Dico quarto non comprehendi in dicta prohibitione clericos in minoribus habentes sola præstimonia, vel capellanias nō collatiuas, sed iuris patronatus solū, vel pēsiones. Neq; cōmēdatarios equites laicos, etiā professos. Probatur, quia hoc vltimum de commendatarijs expressum est, per motum Gregorij; quod etiam si nō exprimeretur, censeretur verum, quia reditus ecclesiastici illorum non sunt beneficia in rigore, sed prę stimonia quædam. Deinde tota assertio patet, quia nomine beneficij non debet intelligi nisi episcopatus, præbenda ecclesiæ, beneficium curatum, & simplex ministeriale, aut capellania collatiua. quia in vsu *Regulæ iuris.*

Quę sint beneficia & quæ ad horas obligent?

Universidad de Deusto
Biblioteca

hæc solum censentur beneficia simpliciter, & meritò quia huiusmodi tituli sunt eorum, qui actualiter inseruiunt ecclesiæ per prælati institutionem, & collationem, & eis solum incumbit obligatio orandi ex consuetudine. Cæteri verò tituli; aliæq; sequestrationes bonorum, & redituum ecclesiæ, licet aliquando requirant primam tonsuram, vt præstimonium, & pensio; aliquando tamen non, vt decimæ secularium, & hæ omnes, portiones ecclesiasticæ sunt ferè seculares iam reditus sequestrati ab ecclesia, pro scholarium sustentatione, vel remuneratione eorum, qui benemeriti sunt, de ecclesia: & ita inquam iam consuetudine ecclesiæ obtentum esse censeo. licet iure antiquo in cap. quoniam de concessione præbendæ in sexto maiori rigore hæc sumerentur. & licet nõ desint contrarij doctores, sed ita securum esse censet frater Cordoua. 1. lib. quæstionarij quæst. 21. & in suma quæst. 186. Capellania verò patronatus nõ collatiua, cum non conferatur à prælatis, censetur solũ exterius, & seculare stipendium missarum, non beneficium. *Fr. Cordoua.*

19 Gubernatorũ animaduersio.

Tandem animaduertere oportet, quod Gregorius in fine præcitati motus sapienter, & religiosè cauit: Vt gubernatores præuideant; vt alicuius mors, aut læsio, quoad fieri poterit, ex agitatione taurorum nõ sequatur. Est enim Principum, & gubernantium munus hoc, vt rempublicam protegant, damna vitent, animæ pericula caueant subditorũ; & curare ne peccata publica committantur, vt docet B. Thomas. 2. 2. quæst. 67. Sotus lib. 5. de iustitia quæst. 4. & lib. 1. quæst. 2. articulo. 1. Ita ergo intelligant Principes à summo iudice omnium interroganda esse eorum opera, & cogitationes, vt Sapientiæ sexto admonentur. Ob idq; diligenter curare debent, ne subditi recreationis *Gregorius.* *D. Thomas.* *Sotus.* *Sapiens.*

creationis colore, animos grauent, siq; apta media ad vitanda pericula in hoc ludo excogitanda sunt. Episcopi verò, & prælati videant se pro animabus subdirorum rationẽ reddituros esse, vt dicebat Paulus ad Hebræos. 13. Ob idq, non omittant mala reprehendere, clericos punire, & cogere vt prædictas ecclesiasticas constitutiones in hac re obseruẽt: quæ grauissimis de causis ab antiquitate institutæ, & seruatæ sunt, cũ feruebat charitas: nec debẽt frigescente charitate violari ab his, qui suis ducuntur affectibus. *D. Paulus.*

20 Quarta propositio de reprehensione cruentorum spectaculorum.

Postquam taurorum spectacula examinauimus, disputatio ipsa nos inuitat ad reprehendenda alia spectacula, quæ potius cruenta crudelitatis monimenta dicemus, abominabiliaq; à christiana familia, cuius Deus virum sanguinũ, & dolosum abominatur semper, vt sacer Dauid Psalmo. 5. testatus est, à quo etiã nos omnes ad mansuetudinem, & fraternam charitatem, ita euocati sumus, vt amorẽ fraternum symbolum, quo à cæteris gentibus dignosceremur, esse voluit christianis hominibus dicens Ioannis. 13. in hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem. Si ergo hæc mansuetudo, & dilectio symbolũ christianitatis est: quam alienum erit à nobis cruentum quicquam, & crudele, iracundum, & vindicatiuum spectaculum. Cuius fœditatem, vt aperiam, sit quarta propositio: impiũ, iniustum, & crudele est spectaculum, & opus duellorum (exceptis ijs, quæ ad defensionem vitæ, bonorũ, & reipublicæ necessaria sunt, vt quis inuitus subeat, vel ad resolutionẽ belli iusti, ne multi pereant, quis prouocat, quæ tantum licent.) Insuper & spectaculorum, ludorumvè cruentorum, & quæ secum per se afferunt aperta vitæ pericula, vt digladiationes, torneamenta immoderata, & rigurosa, vt bellica, & *Dauid.* *D. Ioannes.*

Propositio contra duella.

Torneamenta, digladiationes, pugna cum bestijs.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pugnæ cũ beſtijs, quæ illicita ſunt (exceptis his, quæ neceſsitate defenſionis non prouocantur, ſed ſubeũtur, & quæ moderatione adhibita, periculo carent, quæ licent) inſuper opus illud iracundum, & crudele vindicationis, priuata authoritate deſumptæ, alienũ à chriſtiana charitate eſt. nec fas eſt chriſtianos viros id honoris, aut ludi cauſa probare.

Vindicatio.

21 Probatio.

Hanc concluſionem appoſui, ne materiã hanc prę terijſſe, quaſi probans viderer, ſimilia tractans, & tacens de his, quæ diuina lege, naturali, & humana vetantur aduerſus quæ oblatrare diuinæ legis canes certè debent, ſi fortè tandem mundus reſipiſcat. Probatio autem cõcluſionis huius generalis per ſe manifeſta eſt, omniq; lege confirmata. Cũ ex diuina, & naturali lege. 5. decalogi præcepto Exod. 20. Matthæi .22. & humanis legibus, & doctorũ omnium ſentẽtijs: homicidium, odium, & ira, & priuata vindicta vetita omnibus in communi ſint (ſi Dei miniſtros, Principes, & iudices excipias) quia Deo, & publicis miniſtris, non priuatis diſpoſitio de humana vita cõuenit. de quibus lege B. Thomã. 2. 2. à quæſt. 34. ad .42. & quæſt. 64. Mag. Sotum lib. 5. de iuſtitia quæſtione. 1. Scholaſticos doctores, in. 4. ſententiarum, diſtinct. 37. Sumiſtas verbo homicidiũ. Iura, & iuris vtriuſq; doctores, titulis de homicidio. & Couar. in Clement. ſi furioſus. Quibus adde, præceptis charitatis erga proximos potius omnes teneri, vt à B. Thoma docemur. 2. 2. quæſt. 44. Inſuper & vitare periculum omnes obligari, ne in diſcrimen adducatur bonũ noſtrum, aut proximi, ijdem doctores docent, ex illa Sapientis ſententia Eccleſiaſtici .3. cor durum malè habebit in nouiſsimo: & qui amat periculum, peribit in illo. His ergo ſuppoſitis, apertè conſtat probatio totius propoſitæ aſſertionis huius, quam tamen in ſpeciali

Exodus. Matthæus.

D. Thomas. Sotus.

Sumiſtæ Iura. Couarruuias.

Ratio.

Sapiens.

ſpeciali examinare, & comprobare oportebit. & ſi tota ipſa fundetur ſuper præcepto: de non occidendo, nec lædendo proximo priuata authoritate. quod omni lege eſſe conſtitutum probaui. Excipiendi verò ſunt caſus iuſtæ defenſionis in quibus (conſentientibus iure, & doctoribus locis citatis) vim vi repellere licet, omnes leges, omniaq; iura proclamant. tunc enim quiſq; habet ius aduerſus nocentẽ, etiam cum illius damno, ex ſua culpa per accidens, conſequuto: illiq; imputatur, nõ, ſe defendẽti iuſtè. Id eoq; ſua merito præponit alienis: quia charitas incipit à ſe ipſo. Et hoc quidẽ fundamentũ eſt ſecundæ partis aſſertionis, de licitis, & exceptis, quæ in ea continentur.

22 De Duellis.

Hæc ſunt generalia fundamenta aſſertionis iſtius. ſed oportet eã in ſpeciali explicare, probareq;. Duella ergo primũ eſſe illa dicimus, quæ duorũ, aliquorũvè paris numeri concertatione bella imitantur, dicunturq; Duella quaſi duorum bella. de quibus theologicè ſcripſere cum D. Thoma. 2. 2. quæſtione. 95. art. 8. ad. 3. Caietanus ibidẽ, & in ſuma, verbo Duellum, quo verbo Sylueſter, Armilla, Angelus, & alij ſumiſtæ ſcripſerunt, & Sotus de iuſtitia lib. 5. quæſt. 1. articulo. 8. ad finem, Nauarrus in manuali cap. 15. numero. 9. & cap. 11. num. 39. Henricus quodlibeto. 5. quæſt. 32. D. Antoninus. 3. par. tit. 4. cap. 3. & vltimo, & eruditè Petrus à Nauarra lib. 2. de reſtitutione cap. 3. ànum. 281. Quam quæſtionem, & alij tractarunt, vt Lyranus. 1. Regum. 17. alijq; doctores. Sed ij omnes varij fuerunt in hac reſolutione. Nam Sylueſter relatis aliorum ſententijs, tandem numero. 4. in nullo caſu licita eſſe duella concedit. Idemq; videtur ſenſiſſe Hẽricus, & Antoninus. Quorũ fundamẽtum eſt, quia ſemper in duello aggreditur quis periculum, quod vitare poteſt. Atverò Caietanus,

Doctores theo.

Sylueſter.

Henricus. Antoninus. Caietanus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Armilla, Lyranus, & Sotus vbi supra censent, primo nunquam licere prouocationem duelli, nisi in casu, quo Princeps iustum habens bellum, & inferiores vires, vult resoluere bellum, in duellum, causa vitandi maioris mali. probant, quia per se generaliter loquendo prouocare pericula propria, & aliena malum est. At propter publicam vtilitatem, particulare potest postponi communi bono. Dicunt secundo acceptare duellum nunquam licere, nisi in altero casu, cum vita, & res hominis non possunt defendi, nisi hoc medio. Et Caietanus ponit exemplum: cum instat super hoc iussio iniusta iudicis, qui aliàs me damnauit. sed exprimunt omnes illi ad depellendam infamiam, cum aliquis prouocatur, & ad terminandum dubium non licere, sicut neq; ad ostentationem, & vindictam, & fundamentum illorum est: quia & per se est illicitum exponere se periculo irrationabiliter, & non est medium ordinatum duellum ad dubia decernenda, & quia non est eadem ratio de bello, in quo debet esse spes victoriæ, & in duello in quo semper est dubium. Et quia fictitium est, fundatumque in sola imprudentum imaginatione existimare: per non acceptatum duellum, honoris aliquid deperdi. Et vltimo quia casus ille defensionis vitæ, & rerum est naturalis defensio licita. Similiter senserunt Angelus, Nauarrus, & Nauarra vbi supra, eo excepto quod præter exemplum Caietani, addunt similiter licere duellum acceptare pro defensione vitæ, & rerum.

Armilla. *Lyranus.* *Sotus.* *Caietanus.* *Angelus.* *Nauarrus.* *Nauarra.*

23 Resolutio.

Licita duella defensiua.

Cæterùm clarius, & plenius, ex positis fundamentis in generali probatione propositionis huius, facilè rem istam resoluemus, & partim hos, partim illos authores prædictarũ opinionũ sequemur. Dico ergo primo duella licita sunt, in his casibus. Primo cum

Sup. num. 21.

cum bellum iustum, quodcunq; illud sit, ex ea parte, quæ iustitiam habet, resoluitur in duellũ; prouocãdo, vel acceptando. probatur quia vtilitas publica potest præferri priuatis malis, vt diximus, & tunc non cõmittuntur mala, vt veniant bona; sed bonum est ponere vitam particularem periculo propter conseruationẽ multorũ, & reipub. in quo dissentio à Caietano, & alijs: quia parũ refert si aggrediens duellũ, inferior sit potentia, vel superior: quia vtroq; modo procedit licentia illa postponẽdi priuata publicis. Et licet in bellis prudẽtibus semper debeat adesse spes victoriæ, sed dubius est euẽtus belli, & sic procedit in duello eadẽ ratio, quia semper præsupponitur cõsideratio spei victoriæ, & timoris etiam. eadem enim est ratio pluriũ ad plures, & vnius ad vnũ. Et idẽ dico de duello duorum, & cõcertatione plurium paris numeri. Dico secũdo licitũ est duellum siue prouocatũ, siue acceptatum, cum illud necessariũ est ad defensionẽ honoris, bonorũ, & vitæ meæ, vel aliorum: Ita tamẽ vt in actu ipso flagranti ista ratio defensionis exerceatur, vt cum quis vult facto iniurioso me vel alium lacessere; possum vitare actum illum minis, digladiatione, & morte etiam aduersarij in duello repẽtino tunc. Et cum quis vult subripere bona, aut vitam, vel cum rapta defendit, & monitus non vult discedere ab incæpto, potest quis illum prouocare, vel ad prouocantem respondere: illumq; interimere sine peccato. Probatur quia vim vi repellere licet in actu flagranti (non post actum, insequendo) cum moderamine inculpatæ tutelæ, secũdum omnes doctores. Et hoc non est præter rationẽ duelli, quia interuenit priuatũ bellũ, vel prouocatum, vel acceptatum. Et in his casibus refertur ad defensionẽ iustã, & nõ habet rationem mali. Similiter si occurreret casus de

Universidad de Deusto
Biblioteca

fendendi diuini honoris, maior esset obligatio ad defensionem, & ita factum Dauidis primo Regum. 17. ex his duobus capitibus constat fuisse sanctum, quia & authoritate Regis bellum in duellum fuit resolutum: & ad defendendum honorem Dei ad duellum accessit, ne exprobraret aduersarius Deo agminum Israël, & licet spiritu diuino fuit inspiratus Dauid, idē tamen & alius facere poterat in simili casu, propter similes rationes. Imò cum quis vult quemlibet facto, vel verbis impetere iniurioſe, licet repellere iniuriam antequam fiat, etiam vi: non vero post, factā iniuriā vindicare priuata authoritate, sed publica solū. Et hoc dictum secundum ab authoribus secūdæ opinionis probatur, primum verò ab omnibus ferè. *Dauid.*

24 Illicita duella.

Tertio dico extra hos casus nunquam licet duellum, neq; si prouocetur quis, & videatur deperdere honorem apud aliquos imprudentes; neq; ad ostentationem virium, neq; ad ludum, neq; ad vindictam, neq; ad simile aliquid. Probatur primo ex consensu omnium doctorum præcitatorum. secundo ex catholicis Principijs supradictis: de vetito homicidio, & periculo, nisi ad iustam defensionem, & de vetito odio, & vindicta prohibita, nisi publica authoritate; quia in istis omnibus casibus duellum talis generis per se est illicitum, eo quod non habet rationē veræ defensionis, sed aggressionis, temeritatis, & concursus cum peccato alieno, & liuoris, & vindictæ priuatæ. eo quod neq; honor deperditur verè, neq; res aliqua ex iuste possessis, si non egrediatur quis ad duellum. Nam licet mundani aliquot contrariū putent, est irrationabilis eorum cogitatio, & secūdum leges mundi, quæ non acceptātur à Deo, vt dicemus de vindicta. Dico quarto neq; licet duellum ad verificationem alicuius dubij; sed est impium, & crudele genus *Doctores ydem.*

genus sortilegij ex vetitis. Probatur multis decretis secunda quæst. 4. & titulo de purgatione vulgari. & ex doctoribus omnibus supradictis. & quia est medium inordinatum ad dictam verificationem, & de se malum, & cruentum, & sine causa sufficienti est tunc admissum: quamuis barbara antiquitas eo genere purgationis impositorum criminum, & manifestationis iustitiæ aliquando vsa sit. *Pont. & conc.*

Dico quinto clerici præcipuè ab hoc genere duellorum, ob decentiam status, & rei turpitudinē abstinere iubētur titulo de clericis pugnātibus in duello.

Dico sexto nullis Principibus licet admittere huiusmodi spectacula duellorum, quæ illicita esse diximus, quin ipso facto sint excommunicati, & multas pœnas incurrant. Ipsi etiam duella agentes, & patrini ipso facto sunt excommunicati, & bonis, & fama priuati. & ibi occumbentes ecclesiastica carebunt sepultura; fauentes etiam, & spectantes, & consulentes etiam excōmunicati sunt. Per dicta iura, & per Tridentinum concilium sess. 25. cap. 19.

25 Illatio & animaduersio.

Ex dictis patet duellum non esse absolutè sumendum; sed cum quibusdam conditionibus est licitum, cum alijs transit ad offensionem illicitam, & non est sola defensio. Tuncq; quam sit turpe, crudele, & inhumanum huiusmodi duellorum genus, quis non videat? & quam indignum sit Principibus Christianis huiusmodi illicita duella in suis terris, & dominijs admittere. quod vt melius intelligāt, fugiant, atq; abominentur & Principes, & priuati, libuit referre verba sacrosancti Tridentini cōcilij in citato decreto contra duellorū nequam vsum. Cuius verba hæc sunt: detestabilis duellorum vsus, fabricante diabolo, introductus, vt cruenta corporum morte, animarum etiam perniciem lucretur, ex Christiano orbe *Tridentinum concilium.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

no orbe penitus exterminetur. Imperator, Reges, Duces, Principes, Marchiones, Comites, & quocunquè alio nomine, domini temporales, qui locum ad monomachiam in terris suis inter Christianos concesserint, eo ipso sint excommunicati, ac iurisdictione, & dominio ciuitatis, castri, aut loci, in quo, vel apud quem duellum fieri permiserint, quod ab ecclesia obtinent, priuati intelligantur, &, si feudalia sint, directis dominis statim acquirantur. Qui vero pugnam commiserint, & qui eorum patrini vocantur, excommunicationis, ac omnium bonorum suorum proscriptionis, ac perpetuæ infamiæ pœnã incurrãt, & vt homicidæ, iuxta sacros canones puniri debeãt, &, si in ipso conflictu decesserint, perpetuo careant ecclesiastica sepultura. Illi etiam, qui consilium in causa duelli, tam in iure, quã facto dederint, aut alia quacunq; ratione ad id quenquam suaserint, nec nõ spectatores, excommunicationis, ac perpetuæ maledictionis vinculo teneantur: non obstante quocũquè priuilegio, seu praua consuetudine, etiam immemorabili. Hæc ibi Spiritus sanctus docet, quæ vellẽ mentibus Principum inesse, inhærereq; serio & cõstanter, ne turpia, & barbara illa consuetudine ducãtur, qua in aliquibus prouincijs cruẽta hæc duella, & immanes prouocationes solent permitti. & miror certè priscos nostræ nationis proceres, qui non tantum permittere immania illa solebãt, sed & probare: adeò vt ad duellũ processuris ex illicitis dictis causis, sanctissimã præbere Eucharistiam non erubescerẽt, hæc autẽ non sunt probanda, sed tribuenda veteris gẽtilitatis superstitioni, & impietati, atq; ignorãtiæ, qua nostri priscis tẽporibus tenebãtur. Nũc autẽ Hispanię reges, & vetãt, & puniũt hęc impia spectacula. Miror autem magis quarũdam prouinciarum Principes,

Turpe est, & barbarum duella permittere.

cipes, qui hæc in suis dictionibus admittunt, & fouẽt nostris temporibus, quibus abundanter doctrinæ lux effulsit. sed si illi nunc diuinas leges, & ecclesiasticas pœnas non timent, quòd dicant se in terris superiore carere, non tamen verè carent, qui Deum habent omnium vltorem.

26

De periculosis alijs humanis congressibus ludorum in modum pugnæ.

Quinta propositio

Sed vt nihil omittamus eorum, quæ ad reprehensionem cruentorum spectaculorum pertinent, iam de alijs periculosis ludorum congressibus sit quinta propositio: ludi, & spectacula congressusve cruenti, & omninò periculosi ex genere suo, illiciti sunt, graueriq; Dei offensiui; si aperta vitæ pericula, aut læsionis notabilis habeant: vt congressus volũtarij hominum cum bestijs feris; vt digladiationes illæ ferisimæ, quibus aperta, expectataq; infligunt sibi vulnera digladiantes; vt torneamenta, cũ in rigore bellico, cum aperto discrimine homines confligunt, & similia.

Non autem illicita censebuntur hæc spectacula, si adhibita moderatione, & cautione, ne pericula eueniant communiter, nisi ex humana negligentia, nõ culpabili fiant. Vel cum damnati ad mortem Principis, & iudicis liberalitate, remissionem accipiunt, si damnatos alios vincant, vel à feris liberati incolumes euadant. vtrumq; enim genus spectaculi licitum est. sed hoc secundum quandam habet suspicionem, ob quam in vsu non est. At primum scrupulo caret, & in vsu recipitur, & ad armorum, & belli facilitatem conducens cẽsetur, vt in hastiludijs moderatis, cum telarum diuisione, & alijs equestribus exercitationibus, & pedestribus torneamentis fieri cõsueuit.

Probatio & authoritas.

Hoc vero omne colligitur ex communi doctorũ sententia, cum de homicidio agunt locis citatis circa propositionẽ præcedentem. & in sumis verbo ludus,

& tor-

Universidad de Deusto
Biblioteca

& torneamentum,præcipueq; Sylueſter,Caietanus, & Armilla de hac re egerunt:reprobantes, quæ nos reprobauimus,probanteſq; generaliter ea,quæ defendimus in propoſitione iſta. Inſuper & in iure canonico titulo de torneamentis.c. 1.& in decretis præcedenti propoſitione citatis, hoc ipſum reprobatur, q̃ reprobauimus cruentorum ſpectaculorum genus. & in torneamentis decedentes, etiam ſi pœnituerint, ecclesiaſtica ſepultura priuãtur. idq; merito quia certum eſt id omne, quod ſecum affert apertum diſcrimen vitæ,vel incolumitatis, apertè malũ eſſe, ſi fiat priuata authoritate,& non cauſa defenſionis;quibus duobus caſibus tantum id licet: quia Deus ſolus dominus eſt, & reipublicæ gubernatores adminiſtratores ſunt reipublicæ,& vitæ,& mortis priuatorum. Priuatis vero ſolum datur licentia defendendi ſe,nõ offendendi ſe,neq; alios,vt cõſtat dictis ſupra in probatione præcedentis propoſitionis. Ex quibus deducitur ſpecialis probatio huius aſſertionis.nam primũ illa quæ habent apertũ diſcrimen vitæ, vel læſionis, reducuntur ad homicidium indebitum directè: At huiuſmodi eſſe illa omnia, quæ enumeraui, non eſt dubium;cum rigorem bellicum , & ſemper offenſiuum habeant,& ſine cauſa publicæ , vel priuatæ defenſionis exerceantur.Inſuper deducitur illa,quæ licere diximus,carere turpitudine : quia defenduntur iuſtis titulis,exceptionibuſq; prohibitionis occidẽdi. nam quædam illorum vacant periculo cõmuniter, & excuſantur : ſicut ludus taurorum, de quo ſupra actum eſt, etiam ſi quandoq; malum ex negligentia accidat:vt ſunt moderati ludi equeſtriũ, & pedeſtriũ, & iaculãtium fortium virorum,& induſtrium, quæ verè moderari poſſunt,ne periculum accidat;& maximè vtiles ſunt ad bellicum vſum neceſſariũ, & ad

Ratio prima.

Ratio ſecunda.

Sup. nu. 21.

Ratio tertia.

De licitis exceptionibus cruentorum ſpectaculorum.

lætitiam

lætitiam populi quandoq; excitãdam. Inſuper aliud genus ſpectaculi à nobis probatum,non inuenio cur impugnetur, ſi illis conditionibus fiat : nam ſi iuſte iudex poteſt ad mortem damnare nocentem,& manu carnificis occidere;quare non poterit vel alterius nocentis,aut feræ manu id efficere? præcipuè cũ in ea re,etiam miſericordia miſceatur, dum victori incolumitas conceditur. Sed quia genus quoddam videtur eſſe crudelitatis , ideò non ſolet frequenter apud fideles conſueſci.

27

De vindictæ priuatæq; prohibitione.

Vltimo loco breui ſermone reprehendam priuatã vindictam;quam & ſi mundani non ſolũ vſurpent, ſed & ſuis legibus probare videantur, quam ob cauſam innumeros falſa pœnitentia,& debili propoſito benè agendi,in æternum perire non dubito, in quo genere hominum,& ſi nobiles præcipuè numerantur,ſed & popularibus quoq; non pepercit hoc malũ, omnibuſq; nationibus vbiq; inſidiatur; & licet confeſſarios nolim modo accuſare,quos multi viri docti in hac re à periculo excuſant,quòd ſincera intentione poſsint credere pœnitenti:verã pœnitentiã intus ſe habere dicenti; & ijſdem doctoribus viſum eſt nõ oportere confeſſarios in particulari requirere propoſitum nõ vindicandi,ne in diſcrimen eorum imbecillitatem adducant. Sed licet pia illa cogitatio confeſſorum excuſetur, attamen neq; ex hoc cõmittenda eſt vindicatio , neq; illa defendenda, ſed illi ſibi conſulant;nos verò quod verum eſt aſſeramus.

28

Sexta propoſitio aduerſus vindicationem.

Dicimus ergò primùm aduerſum eſſe rationi etiã naturali,iniuſtum,& omni lege vetitum priuatã authoritate velle quempiam iniurias vindicare. Et tales conſuetudines,vindicandiq; leges, ſicut duellorũ ſpectacula, diabolicum inuentum eſſe , ſentire omnes debemus.ſed publica authoritate mala vindicare,

& optare

Universidad de Deusto
Biblioteca

Notatio ad mundanorum fallaciã contrà vindictam.

& optare vindicationem, ad bonum reipublicæ, æquum est. Primo vero loco breui oratione cũ mundanis ratione philosophica agam: Non esse rationi cõformem vindicationem priuata authoritate, neq; honorem deperdi, ob illius omissionem, contendã. Nam licet fatear vulgus imperitum aliter sentire, sed irrationabile est stultorum, & plurium sequi sententiam, cum sapientes contra iudicent: quia nõ passiones à nobis, sicut à belluis, sed ratio sequenda est, quia rationales sumus. quod laudabile esse, vti actũ virtutis, & modestiæ, fortitudinisque contra vitia, Prouerb. 16. ipse Spiritus sanctus confirmat dicens: melior est patiẽs viro forti, & qui dominatur animo suo, expugnatore vrbium. cum ergo simus homines Christiani, vel clerici, si expleamus status nostri leges, non in honorificum, sed laudabile censetur. Vindicationemq; reipublicæ remittamus, & vires in res licitas expendamus, & sanctorum imitemur exẽpla. Hoc autem dogma diuina lege, & naturali charitatis obligatione probari non est dubium. siquidem Dñs Matthæi. 5. sua euangelica lege cauit: non solum remittendas esse iniurias, sed & ferendas esse patiẽter (quod perfectionis quidem est) sed nunquàm vindicandas, quod est obligationis. Neq; contrarium antiqua lege erat cautum, nisi pro publica potestate, vt Exod. 21. patet. & ita sancti Patres interpretati sunt, præcipuè D. Chrisostomus homilia. 16. vsque ad 18. & D. Augustinus libro primo de sermone Dñi in monte cap. 20. & 21. tomo. 4. D. Hieronimus, & alij Matthæi. 5. & Exodi. 21. priuatamq; vindicationem omnes damnant, & reprehendunt. præcipuè D. Chrisostomus vbi supra, & tomo quinto sermone de spectaculis, & à Dauide, & Saule; & D. Augustinus vbi supra, & tomo. 10. sermone de sanctis. 2. & 11.

Sapiens.

Dominus apud Matthæum.

Exodus.

D. Chrisost.

D. August.

D. Hieronim.

qui

qui modò in noua impressione sunt in apendice, sermone. 673. qui, multis sacris exemplis, & testimoniis id confirmant: sed præcipuè elucet illud Pauli ad Romanos. 12. Non vos metipsos defendentes charissimi, sed date locum iræ: scriptum est enim: mihi vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus: sed & si esuriret inimicus tuus ciba illum; si sitit, potum da illi: hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius: noli vinci à malo, sed vince in bono malum. alludit autem ibi Paulus ad illum locum Prouerbiorum. 20. cap. quo non idem verbum, sed sententia continetur, & dicitur: nè dicas reddam malum; expecta Dominum, & liberabit te. Similiter idem lege veteri cauebatur Leuitici. 19. Non stabis contra sanguinem proximi tui; ego Dominus: non oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publicè argue eum, nè habeas super illo peccatum: non quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ, &c. quod Paulus dicto loco dicebat: Non vos defendentes, &c. pro quo Græci legunt: non vos vindicantes, vt Chrysostomus dicta homilia. 16. in Matthæum. Similiter idem Apostolus. 1. Corinthiorum. 6. Christianos reprehendebat, dicens: Quare non magis iniuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini?

D. Paul.

Sapiens.

Leuiticus.

D. Chrysost.

Sed & si his reprehendebatur priuata vindicta, tamen eodem Deo authore, diuina, & publica ad malorum punitionẽ commendatur: vt in lege antiqua cum Exodi vigesimo primo, lege à Deo data dicebatur: oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede, adustionem pro adustione, vulnus pro vulnere, liuorem pro liuore (& paulò ante) animam pro anima reddat qui percusserit, &c. & hac de causa, vt dicit Diuus Augustinus dicto sermone vndecimo, iuxta illud Psalmi. 149.

Exod.

D. August.

Psalmista.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Exultabunt sancti in gloria, &c. ad faciendam vindictam in nationibus. & Apocalyp.6. Vsq;quo Domine sanctus, & verus non vindicas sanguinem nostrum, &c. Hac inquam de causa licet optare vindictam de malefactoribus per Deum, & iudices, eius ministros: quia iustum desiderium ideſt. Et licere potestatibus interficere,& punire malefactores docet Paulus ad Roman. 13.dicens:Si malum feceris time, non enim sine causa gladium portat; Dei enim minister est,vindex in iram, ei qui malè agit. & ad reipublicæ quietem id expedit. *Apocalypsis.* *D.Paul.*

29
Ratio ex theologia, & philosophia.

Ex his ergo diuinis fundamentis,theologi doctores, & beatus Thomas.2.2. quæstione.108.40. 60. & 67. & cæteri theologi Caietanus, Sylvester, Armilla, & alij verbo vindicatio, docuerunt particularem quidem vindictam illicitam esse: quia est contra charitatem,& iustitiam: quæ proximis omnibus debentur,& amicis,& inimicis, vt idem diuus Thomas probat quæstione. 24. &. 25. neque &si alter malè agat contra me, ego malus quoque ero, malè etiam agendo contra illum. Cæterū hi omnes etiam docent vindictam publicam esse necessariam ad cohibitionem malorum, & ad punitionem; & ex eo, quòd Deus sit omnium Dominus, & Principes eius ministri; &, quia in illos respublica suum ius transtulerit:inde infertur licentiam habere Dei ministros ad dictam punitionem malorū, & Deum suo iure id agere per se,& per ministros suę potestatis.Imò inde sequitur, primùm: esse diuersam rationē in vindicta priuata, & publica: nam priuata sine authoritate fit: nō enim priuatus potest administrare rempublicam, sed eius munus est diligere, & benefacere. At publica punitio,& vindicatio honestatur potestate publica gubernatiua, & munere,quo Deo,& gubernatoribus incumbit *D.Thom.* *Caietanus.* *Sylvester.* *Armilla.*

Obiectionis solutio.

incumbit punire delicta: quia ij debent prouidere generaliter publico bono,etiam si mala infligere necesse sit,ad Dei honorem,& bonam gubernationem:& hæc vindicatio publica actus virtutis est, vt ait B.Augustinus in tomo.4. lib.83. quæstionum, cap.31. & D.Thomas.2.2.quæst.67.art.4. & quæst.dicta.108. artic.2.& idem sensit Cicero lib.1. officiorum, cap. de iustitia,& iudicialibus officijs.Vbi certè non aliud dicit, quàm sancti prædicti, & illè circa officia iudicialia,& bonū reipublicæ sermonem habebat.Ideoq; & si vlciscendi, & puniendi modum virtutem esse dixerit,non est cur priuata vindicta probata ab illo videatur. Neq; legibus seculi se velint mundani defenderè,aut putare honorē ex diuinæ legis obseruatione deperdi: id enim apud imprudentes reperitur: prudentes verò digniores sunt, quibus honorabilius,laudabiliusq; videtur in omnibus cum ratione conformari: quæ ad charitatem, & non ad ferarum liuores inducit: & vt aduersus mala irascamur, sed non peccemus, vt Psalmista dicebat psalmo.4. Irascimini, & nolite peccare. Et hæc sint satis de spectaculis,ludis, & cruentis vniuersis. *D.August.* *D.Thom.* *Tullius.* *Psalmista.*

30
De ludo manuali.

Quoniam autē proposui hac quæstione explicare conscientiæ pericula, nostris temporibus communia circa ludos vniuersos, non est omittenda aliqualis tractatio de ludis non cruentis quidem, sed manualibus: de quibus aliqua notabo, & si latam iniustitiæ tractationem,ad restitutionis materiam remittam: in hoc autē proposito hoc sumatim dicā. Ludos istiusmodi omnes manuales moderatè, & iustè sumptos licitos,& virtuosos esse: quod si excedatur circa iniustitiam,prodigalitatē,& auaritiā in obiecto,aut in circunstantijs circa tēpus,locum,& personas indecētes, vitiosos esse dicimus. Hæc assertio constat ex dictis

Septima propositio.

Probatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in principio huius quæstionis, cùm de ludis generaliter, & de virtute eutrapelia ageremus. *Sup. n. 2. & 5.*

De ludis cartarũ, & alearum.

Sed, quod magis ad rem pertinet, illud est breui aduertendum circa ludos omnes (in quibus communiùs excedi potest per superfluitatem, & iniustitiam, & per alia adiuncta ex vitio, & ira ludentium: præcipuè in ludis lucrabilioribus cartarum, alearum, & similibus) vt si hæc mala addantur omninò sint detestandi: his verò omissis, reprehendendi non sunt. de quibus egerunt D. Thom. 2. 2. quæst. 32. artic. 7. ad secundum, & quæst. 168. Caietanus ibi, & in suma verbo ludus, & similiter Armilla, Syluester, & reliqui sumistæ, Frater Medina à fol. 131. Magister Sotus in. 4. de iustitia, quæst. 5. art. 2. Couar. in regulam peccatum, part. 2. §. 4. Medina de restitutione, quæst. 21. & 22. Nauarrus in manuali circa septimum præceptum, Frater Alcocer de ludo. qui doctores alios antiquiores, legesq; de ludo tractantes adducunt. Sed ex illorum sententia paucis libuit veritatem huius disputationis comprehendere, & theologica ratione confirmare. Dico ergo primò, quòd ad iustitiam ludorũ spectat: lucrum per ludos licitè acquiri, si ludatur ex libera conuentione, sine vi, neq; fraude in ludendo; sed cum conditionibus communibus, vel quæ fortuito euentu nituntur; vel quæ certũ afferant lucrum, dum tamen sint consuetę, & communes vtriq; parti: item dum persona ludens sit dominus, vel liber administrator, pro tunc rerum, quæ ludo subijciuntur: cuiuscunq; sit conditionis, siue exemptus, siue subditus, vel religiosus, aut pupillus: qui egent licentia interpretatiua, vel expressa prælatorum, & parentum. Cum his omnibus conditionibus per se loquendo licitum est ludi lucrum; sed aliqua deficiente, fit illicitum, & restitutioni obnoxium. Quia & de suis, aut *D. Thom.* *Caietan.* *Armilla.* *Syluester.* *Frat. Medina.* *Sotus.* *Couar.* *Medina.* *Nauarrus.* *Fr. Alcocer.*

aut concessis licitè quisq; disponit; non verò de alienis: quin iniustitiam committat, & contractus, & consensio partium sine vi, & fraude iustè trãsfert dominia, ex gentium consensione, & iure; non autem si vis, aut fraus adsit: quia tunc ab inuito sua auferuntur. Et fortuitus euentus, siue æqua partium conditio, & cõsensus in ludo, & modo eius, æqualitatem præstat, & querelæ rationem aufert. Et in hac assertione conueniunt omnes prædicti doctores.

Dico secundo: & si aliqui ludi sint prohibiti legibus, non tamẽ per illas aufertur dominium rei lucratæ, nisi post condemnationem: quia aliud est pœna mulctare, quod significant verba legum: aliud est impedire dominia, quod non insinuatur, sed solùm datur ius repetitionis. Et in hoc cõueniunt omnes doctores citati, & præcipuè Couarruuias legum prædictarum meminit, Sotus verò scrupulũ mouet solùm in ludo militum; sed consuetudo mihi videtur illum abstuliſſe. Et dico tertio, qui perdunt in ludo credita pecunia, non tenentur in conscientia illam reddere, cùm luditur præter mensurã ludi, & lucri à lege concessi: quia lex illa iusta ius hoc dat perdenti: repetendi, & retinendi, non suffurandi postquam dedit, & transtulit dominium rei perditæ: ita docent omnes doctores dicti, præter Medinam, cuius impugnationem, & aliorum, qui aduersantur prædictis, apud illos inuenies. *Couarruuias.* *Sotus.* *Medina.*

Contra superfluitatem in ludis.

Vltimò dico (quòd censent omnes prędicti doctores, & D. Thomas dicta quæst. 168. artic. 3. delinqui posse in ludis, si id quod ad recreationem est ordinatum, excedat in circunstantijs iurandi, blasphemandi, iræ, auaritiæ, & prodigalitatis. Præcipuè vbi adsunt necessitates graues necessario leuandæ; tunc namq; graue peccatum est in ludis excedere, vt cum de elee- *D. Thom.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

mosyna scripsero, Deo aspirante, dicam. Hæc diximus, vt in ludis superfluis, Dei leges non violentur, nec à ratione excedatur: quod luculenter Virgilius epigramate de ludo sic breui declarauit compẽdiosis his versibus.

Virgilius.

Sperne lucrum: vexat mentes vesana libido.
Fraude carete graues: ignari credite doctis.
Lusuri nummos, animos quoq; ponere debent.
Pone malas, quoties ludendo vinceris, iras.
Ludite securi, quibus est æs semper in arca.
Si quis habet nummos veniens, exibit inanis.
Lusori cupido semper grauis exitus instat.
Sancta probis pax est: irasci desine victus.
Nullus vbiq; potest fœlici ludere dextra.
Principio furijs ira est tribus addita quarta.
Plecte truces animos, vt verè ludere possis.
Ponite maturè bellum, precor, iraq; cesset.

Hæc Virgilius.

CON-

CONTENTA IN

Quæstione sexta, de stipendijs.

1 *Enumerantur disputanda.*
2 *Conuenientia stipendiorum ministrorum reipublicæ.*
3 *Quibus fundamentis nitatur.*
4 *Istorum ratio.*
5 *Ex quibus stipendia publica desumantur.*
6 *Obiectiones notantur, & soluuntur.*
7 *Titulo locationis operarum seculares, & etiam exteriores fori ecclesiastici ministri, possunt ferre stipendia.*
8 *Venditio actus iustitiæ semper est vetita.*
9 *Ecclesiasticorum ministeriorum operæ vendi nequeunt.*
10 *Reijciuntur quidam authores contrarij.*
11 *Operæ salariatorum, & actus debiti ex officio publico locari nequeunt.*
12 *Moderata stipendia solummodo licent.*
13 *Hæc moderatio in foro conscientiæ est omninò necessaria.*
14 *Moderata stipendia, non solùm secularibus, sed & ecclesiasticis licent.*
15 *Quàm iusta sint stipendia militum.*
16 *In militum honoribus, & comendis habenda ratio.*
17 *Militum moderatio necessaria.*
18 *Auaritia fugienda à ministris publicis.*
19 *Huius asserti fundamenta sacra.*
20 *Fundamenta ex sapientibus gentilium.*
21 *Venditionis iustitiæ turpitudo.*
22 *Excipitur iustum stipendium.*
23 *Venditio iustitiæ, & sumptio donorum damnantur in gubernatore.*
24 *Horum fundamenta.*
25 *Quid in hoc senserit beatus Gregorius.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

26 *Damna reipublicæ ex auaritia gubernantium.*
27 *Quæ licent, & quæ vetantur ſtipendia miniſtris publicis.*
28 *Quid iura diſponant circa ſtipendia, & commoda miniſtrorum reipublicæ.*
29 *Eccleſiaſtici fori miniſtrorũ taxatio iuriũ, & ſtipendiorũ.*
30 *Secularium miniſtrorum taxatio.*
31 *Per Hiſpaniæ leges aranzel ſtatutũ eſt pro omnibus miniſtris reipublicæ: iudicibus, officialibus, aduocatis, & procuratoribus, & quid eis liceat, vel vetetur?*
32 *Quid teſtibus liceat?*
33 *De cauſis pauperum gratis agendis.*
34 *De iuramento officialiũ publicorũ, circa munditiã officij.*
35 *De iniuſtitia receptorũ vltra taxationẽ, quouis prætextu.*
36 *Horum fundamenta.*
37 *Obiectionum ſolutio.*
38 *Quæ vetentur ſpecialiter.*
39 *De acceptis pro malo opere.*
40 *De datis pro diſſimulatione.*
41 *Quid caueant publici miniſtri.*
42 *Ad redimendam vexationem, quæ datio liceat?*
43 *Ponuntur, & dilluuntur obiectiones, & limitatur generalis aſſertio.*
44 *De caſibus, quibus miniſtri publici, vltra taxatum ſtipendium licitè, vel ſine obligatione ad reſtituendum, aliquid ſumunt.*
45 *Moderata, vel taxata licita ſunt ſtipendia.*
46 *Etiam verè donata, lege non contradicente.*
47 *Quid leges velint?*
48 *Pro operibus non debitis ex officio, licet ſumere vltra taxationem.*
49 *De alijs, quæ licent, ex diſſimulatione Pontificum, & Principum.*
50 *De venditione officiorum reipublicæ.*

QVAE-

QVÆSTIO. VI.

De ſtipendijs, iuribus, & donis miniſtrorum, & defenſorum Reipublicæ.

1 Numerantur diſputanda.

SVpererat grauiſsimæ difficultatis vtiliſsima explicatio (vt principalia, quæ exponere cœpi, iura perfectè proponerem) iſta inquam, quæ hac quæſtione comprehenditur, quæ ad miniſtrorum gubernãtium rempublicam, & defenſorum militum & ducum bello, & armis eam defendentium, remunerationẽ, & vtilitatẽ; & ad eorũ moderationẽ ſpectat. Dicemus ergo in hac quæſtione, quid miniſtri reipublicæ, & bella agentes poſsint ſtipendij, & remunerationis cauſa expetere, & accipere licitè. Et quid iniuſtum in hac re exiſtimetur. Et quid iure omni naturali, diuino atque humano ſtatutum ſit, circa ea ſtipendia, & dona. Et quid tandem cõmodi maiores reipublicæ Principes, optimates, & priuati ex his publicis miniſterijs, & muneribus concedendis deſumere iuſtè valeant. Poſtremò ex parte dantium quid iuſtitiæ, aut turpitudinis ſit, cũ his publicis miniſtris aliquid vltra ſtipẽdia donarint. Dicam autem de commodis huiuſmodi miniſtrorũ reipublicæ ſecularis, & Eccleſiaſticæ: nã ad vtriuſq; generis homines hæc doctrina neceſſaria eſt. Et ideo hanc diſputationem præſenti loco ſubieci, quòd multa ſint in republica, quæ animaduerſione certè indigent ad rerum iſtarum moderationem.

2 Prima propoſitio, de conueniẽtia ſtipendiorum miniſtrorum omnium reipublicę.

Prima ergo ſit aſſertio (quaſi cæterarũ fundamentum) æquum eſt ſtipendia, & remunerationes temporales conſtituere miniſtris omnibus reipublicæ: tum ijs, qui in pace eius ſunt gubernatores, & ipſorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

coadiutores, & officiales: tum iis,qui belli negotia agunt:militibus,& ducibus.Hæc autem remuneratio iusta,& sufficiens esse debet ad sustentationem,& sta tum ministrorum reipublicæ secularis, vel ecclesiasticæ;& ex bonis reipublicæ,aut iis,quæ Principi, & prælato data sunt,aut nouis alijs,si illa non sufficiant ad vtrorumq; sustentationem.

3 Probatio circa ministrorum gubernationis publicæ stipendium.

Hæc autē veritas dubitatione caret: nam primum satis est dominū sua id autoritate firmasse,apud Matthæum,& Lucam dicentē cap. 10.de ministris Euangelicis sustētandis,dignus est operarius mercede sua. *Dominꝰ apud Matth.& Lucam.* Quæ ratio cum procedat,etiam in alijs secularis reipublicæ officialibus,sequitur de illis etiam eam domini sententiam esse intelligendam: comparationeq; exteriorum operariorum nititur.Sed id clarius, & de temporalibus,& spiritualibus publicis ministris docet Paulus in prioris epistolæ ad Corinth.cap.9. his verbis:Quis militat suis stipendijs vnquàm?quis plantat vineam,& de fructu eius non edit?quis pascit gregē, & de lactè gregis non manducat? nunquid secundū hominem hæc dico?an & lex hæc non dicit? scriptū est enim in lege Moysi(Deuterono. 25.)non alligabis os boui trituranti,nūquid de bobus cura est Deo? an propter nos vtique dicit? nam propter nos scripta sunt,quoniam debet in spe,qui arat,arare, & qui triturat,in spe fructus percipiendi, si nos spiritualia seminauimus vobis,non magnum est,si carnalia vestra metamus,&c.Propter quę,aliaq; testimonia sacra Catholici Doctores semper existimarunt hoc dogma certum,& indubitatum esse: vt ministri omnes reipublicæ iustè stipendia accipere possint, dummodo ab illicita cupiditate abstineant, quod docuit beatus Basilius exponens illum Isaiæ locum cap. 1. quo ad moderationem reduci iubentur prædicti publici ministri, *D.Paulus.* *D.Basilius.*

nistri,his verbis:quanam alia causa Principes coarguuntur,diligentes munera?sanè quoniam dictū est exactè diligentes munera,siue dona:sic enim calumnijs traducerentur,quibus per hanc vitæ societatem, pro exhibito officio,decēter conferūtur munera. Sed dictum est diligentes munera,hoc est: qui immodica cupiditate accipiendi tabescunt:hæc Basilius,& beatus Hieronymus in eundem Isaiæ locum ait: diligentes munera dixit,non dixit,qui accipiunt; hoc enim sæpe necessitate fit. & in prædictum Pauli locum, hanc sententiam nostro accommodatam proposito scripsit:debet vnusquisq;fructum laboris sui percipere,hæc ille,& beatus Augustinus tomo. 2. epistol. 54. circa finem de iustitia stipendij gubernantium rempublicam multa scripsit:sunt personæ quæ ab vtraq; parte non insolenter accipiunt: sicut officialis, & à quo amouet, & cui admouetur officiū, ab his extorta per immoderatam improbitatem repeti solent, data per tolerabilem consuetudinem non solent, magisq; reprehendimus,qui talia inusitate repetiuerunt, quā qui ea de more sumpserunt:quoniam multæ necessariæ personæ rebus humanis, vel inuitantur huiusmodi commodis,vel tenentur, hæc Augustinus, quem D. Thomas sequutus hoc idem docuit. 2. 2. quæst. 71.artic.4.vbi ad vltimum ait. iudicibus de publico sunt stipendia statuta laboris,& testes accipiunt, non quasi pretium testimonij,sed quasi stipendium laboris,expensas:vel ab vtraq, parte,vel ab ea, à qua inducuntur,quia nemo militat stipēdijs suis vnquā, vt dicitur. 1.ad Corinth.9.sed aduocatus alterā partē tantum defendit,& ideò licitè potest pretium accipere à parte,quam adiuuat.Hæc D.Thomas, quem Caietanus ibi,& Thomistæ eius discipuli sequuti sunt; & similiter D. Antoninus. 3.parte titulo.6. capit. 2.§.4. &.2. *D.Hierony.* *D.Auguſt.* *D.Thom.* *Caietanus.* *D.Antoninus*

Universidad de Deusto
Biblioteca

&. 2. parte titulo. 1. cap. 19. §. 8. Syluester, & Angelus, & alij Sumistæ verbo Aduocatus, & iudex, & Doctor Medina de restitutione, quæst. 25. colũ. 10. &. 11. Nauarrus de datis numero. 37. 46. & 47. qui tamen Doctores, alijque ea limitatione hanc sententiam docent, vt primum publica salaria, si fieri potest, deputari iustitiæ, & gubernationis publicæ ministris oporteat. Secundo si ea non sufficerent ad eorum sustentationem aptam, vel si ea non posset respublica præbere, tunc licere quidem à iustitiam petentibus, hanc rationem subsidij ministros publicos accipere. Quod rationabile quidem est, ne vel desit sustentatio ministrorũ reipub. vel occasio detur superfluitati, & venditioni iustitiæ, vt infrà dicemus.

Syluester. *Angelus.* *Medina.* *Nauarrus.*

Limitatio.

4 Ratio.

Huius autem veritatis, & communis vsus aptam conuenientiam, ex gratitudine, à philosophia, & lumine naturali petitam affert Aristot. qui ab antiquis ea ratione iudicib°, & alijs ministris publicis assignata esse salaria, dicit secũdo libro Polyticorum cap. 10. iudicibus (inquit) salaria Pericles instituit. Ille autem lib. 5. Ethic. cap. 6. sic scripsit: Magistratus autẽ custos est iusti, quod si iusti, & æqui. Atq; sibi ipsi nihil plus tribuendũ esse censet, si iustus est, ex simpliciter enim bono plus sibi nõ tribuit, nisi cõparatione rationũ sit ad ipsum accõmodatũ, ideò alijs, nõ sibi ipsi laborat, atq; ob id ipsum alienum bonum inquiunt iustitiam esse, sicut & antẽ diximus. Merces ergo quædam tribuenda est ipsi, honos inquam, & præmium, sed quibus hæc non sufficiunt, ij fiũt tyranni: hæc ibi Arist. cui similis Græcus etiã, sed sanctus Doctor Chrysost. tomo quarto eandem sententiam posteà prædicauit, homilia vigesimatertia in epistolã ad Roman. vbi paulò antè mediũ, exponens illa verba Apostoli, qui subditis persuadebat gubernatoribus obtẽperare, non solum

Pericles. *Aristoteles.* *D. Chrysost.*

solúm propter iram, sed etiam propter cõscientiam, addit Chrysostomus id significare: non tantùm debere inobedientes subdi gubernatoribus suis, quòd supplicia per illos, & Deũ essent inferẽda; sed ad grati animi significationem debitam, oportere subditos asserit non tantùm obedire, sed etiam temporalibus præmijs remunerari gubernatorũ beneficia, his verbis: non solùm propter iram, verumetiam propter conscientiam: quid est non solùm propter iram? non solùm, inquit, quòd Deo, non subditus aduersaris, neq; quòd maximatibi ipsi mala à Deo, & ab hominibus concitas: sed quòd & in maximis tibi benefacit magistratus: dum & pacem, & administrationẽ polyticam procurat. Nam innumera bona ciuitatibus per magistratus proueniũt, quę si sustuleris, omnia simul pessumibũt: ita vt neq; vrbes, neq; agri, neq; domus, neq; forum, aut aliquid aliud cõsistere queat: sed omnia simul subuertantur: potẽtioribus imbeciliores impune deuorantibus. Itaq; si in obedientem nulla ira cõsequeretur, sic tamẽ subijci te oportebat, nè conscientia carere videreris, atq; erga beneficium ingratus. Propter hoc enim & vectigalia soluitis, siquidem ministri Dei sunt in hoc ipsum incumbẽtes; omissis, quæ singulatim recensere poterat beneficijs per magistratum vrbibus exhibitis, vtpotè ordinata disciplina, pacifico conuictu: reliquisq; ministris, vt sunt militum, eorumq; qui communia, quæ ad rempublicam pertinent, administrant, ex hoc vno probat vniuersum, quasi dicat: quòd benè tibi magistratus faciat, tu ipse testaris mercedem illis persoluens. Vide sapientiam, ac prudentiam beati Pauli, quòd in vectigalium repetitionibus graue videbatur, & onerosum, signũ istud facit prouidentiæ ipsorum. Cur enim, inquit, vectigalia Regi damus? nunquid tanquam prospicienti?

Universidad de Deusto
Biblioteca

cienti? nunquid tanquam præsidenti, curæ, tuitionisq; mercedem soluentes? atqui nihil illi soluissemus, nisi ab initio vtilem nobis talem fuisse prefectu ram cognouissemus. Verum propterea ab antiquis temporibus, cõmuni omnium sententia, Principes à nobis sustentari debere, visum est, ob id quòd sua ipso rum negligentes, communes res curãt, vniuersumq; suum otium ad ea impendunt, quibus non solum is, sed & quæ nostra sunt saluãtur, hæc Chrysostomus.

Ratio prima. Ex quibus huius rei ratio, æquitasq; stipendij ministrorum reipublicæ colligitur. Nam primum quod tetigit Aristoteles illud est præcipuè aduertendum, quod ad publicum spectat commodũ, oportet namq; ministris reipublicæ stipendia præsignari, vt sustentationi illorum subseruiant, ne necessarijs priuati ad illicita defluant. Est enim facilè gubernatoribus, à quibus priuati multum dependent, illicitè aliena sumere, iustitiamq; diuendere, si egeant, quod esset maximum reipublicæ detrimentum.

Ratio secunda. Secundo loco maximi momenti est, quod idem Aristoteles, omnesq; prę citati Doctores notarunt: necesse esse hisce stipendijs remunerari Principum, ac gubernatorum curas, & labores ingentes, quos gubernatio ipsa secũ affert: ex qua etiam cum multa bona proueniant ciuibus: videlicet pax, iustitia, defensioq, singulorum, quæ proculdubio, grati animi significatione recipienda à ciuibus sunt, & his salarijs, atque muneribus, illis beneficijs aliqua ex parte satisfacere oportet.

Ratio tertia. Postremò hæc ipsa remuneratio aliam reipublicę affert vtilitatem: nempe ex eius consideratione complures allici, & exercitari ad hæc munera publica subeũda: si enim à rebus humanis auferas commoda, præmiaq;, non erit ferè qui ardua aggrediatur: est enim ea nobis natura, vt vnusquisq; proprijs studeat commoditatibus, & vt

& vt Paulus dicebat, nemo carnem suã odio habuit, sed omnes quæ sua sunt, quærunt. Quamuis finis præcipuus optimi ministri reipublicæ is esse debeat, vt quæ publica sunt cõmoda, & quæ Iesu Christi sunt, quærat, & optet, sinistro verò oculo temporalia aspicere non est vetitum.

5 Quarta ratio, de ijs, ex quibus educi debeant stipendia publica.

Salaria. Sed vt facilitatem prouidendi, educendiq; hæc publica gubernatorum stipendia apperiamus, aduertendum est, quod prædicti Doctores adnotarunt: duo esse genera remunerationis istius publicorum officialium, aliud stipendiorum, quæ salaria vocamus, quæ sunt certæ assignationes, determinatiq; reditus publicorum officialium, quos respublica, vel Princeps assignat, & concedit ad sui ministri sustentationem. Et hæc quidem expediret esse satis ampla, vt statui gubernantis sufficerent, ne occasio daretur cupiditati, aut venditioni iustitiæ. Sed cum multa sint Principum, & reipublicæ onera: tum communia, & ordinaria, tum inopinata, & bellica, sumptusq; quamplurimi adeò passim se offerunt, ideo non miremur si hoc modo Principes subuenire omnibus nequeant: sed necesse sit vt aliquo alio modo à republica ea ministrorum publicorum sustentatio requiratur. Hoc enim certum est huic necessitati per rempublicam esse prouidendum: nam & ita omnes præcitati sapientes, & Doctores existimarũt, & rationi est consonũ: quia cum negotia publica ij agant, æquũ est vt omniũ contributione sustentationi eorum prouideatur. Ob idque siue per reditus, quos Princeps obtinet, siue per aliam publicam contributionem prouidendum quidem est gubernantium necessitati, vtrumq; tamen à republica processit, siue quod Princeps ab antiquo obtinet, vel respublica, quæ cõmunia bona habet, vel quod de nouo pro imminenti necessitate cõtributio ciuium

Suprà nu. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ciuium elargitur. Attamen vt dicti Doctores aduertunt si Principum vel publici reditus satis essent, nõ deceret ciues amplius onerari, quia quod Principibus dederunt respublicæ, vel quod ad communes necessitates deputarunt gentes in prima rerum diuisione, & in electione suorum capitum, hoc certè non ad luxuriam, & ambitionem gubernantium, sed ad publica commoda datum esse intelligitur rationabiliter. & ita si satis illud esset, eo sustentandi Principes, gubernatores, ministriq; alij, ac milites certè essent, quod si non sufficeret, alia ratione prouidendum est. Ob idque in vsu est in omnibus ferè gẽtibus receptũ officialibus administrationis publicæ designari, dariq; quædam ſipẽdiola, quæ iura vocamus (& Hispanè derechos) correspõdentia singulis actibus gubernationis, quæ dantur in subsidium gubernantium; tum pro defectu salariorum, stipendiorumq; certorum, tum pro excitatione animorum, vt conuenientibus commodis animati gubernatores, diligentius iustitiam petentibus administrent, dum tamen à cupiditate, & iniuria officij abstineant.

Iura officialiũ administratorum rei publicæ derechos Hispan.

6 Tituli stipendiorum, & iurium.

Et quoniam spectabilis est, venerabilisq; dignitas magistratus, & gubernatoris, animaduertere oportet quibus vijs, sine vllo incommodo, aut vitio, temporalia stipendia, & iura à gubernatoribus in vnaquaq; republica sumi possint: sunt enim considerabiles varij tituli, variæq; causæ accipiendi, exigendiq; huiusmodi stipendia, & iura, quę aliquem scrupulum mouere possent, nisi ei speciali explicatione obstaretur. Primumq; titulos, & causas lucri, & stipendij officialium publicorũ generaliter exponã, deinde qua taxatione limitetur, subijciã, vt qua certa mẽsura, & quo titulo vti debeant publici ministri, & quo non possint licitè frui apperiamus.

Primum

Titulus stipendij, & præmij licitus est, absq; simonia, & iniustitia.

Primum autẽ considerare oportet titulũ stipendij, & præmij licitũ esse in hac exactione, & receptione salarij, & iuriũ, seu commodorũ concessorũ officialibus publicę administrationis. Neq; in hoc vlla interuenit simonia, aut iniustitia ex natura rei. Si tamẽ auferas intentionẽ malã, & excessum, quæ possunt per accidens coniungi actui humano. ꝙ primũ suadetur theologica ratione: quoniã alia est ratio, diuersiq; generis est actus recipiendi stipendiũ: quod habet pro obiecto, & ꝙ fine res licitas: scilicet temperatũ cõmodum ministrorũ reipub. & sustentationẽ eorũ ad rectè gerendã gubernationẽ ipsius: in quibus omnib⁹ cõstat interuenire æquitatẽ. Alia verò ratio est vitij, & excessus, quę obijcitur, & quę per accidẽs fortè interueniet: videlicet simonię, iniustitiæq; labes. quarũ prima cõmittitur in venditione virtutis, iustitiæ, vel alterius, vel rei sacrę, actusvè administrationis sacrorum, quãdo dantur illa, vel agũtur pro cõmutatione rei tẽporalis. secunda verò labes iniustitiæ cõmitteretur, si excedat per tyrãnidẽ gubernator, in nimia iurium exactione contra leges sui officij, vel illicita assumeret munera, venderetq; iustitiam. At verò rectè ista separari possunt, non tantũ mẽte, & cogitatione, sed & operatione ipsa revera. Nam cum diuersa sint obiecta; liberaq; voluntas sit gubernantis: rectè potest per actus licitos appetere concessa, & repudiare illicita; & potest dirigi intentio ad bonũ, auertiq; à malo. Quam ob causam cõmunis est sententia doctorũ asserentium: licitè, & sine scrupulo exigi, & recipi posse iusta salaria, & iura, designataq; cõmoda gubernatoribus, & eorum officialibus: in quacunq; republica, siue temporali, siue spirituali: sine simoniæ, & iniustitię scrupulo: dum moderatio adsit, absitque excessus. Ita vt recta intentione sub ratione

Bb stipen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

stipendij,& sustentationis hæc cõmoda quærat ipse officialis publicus,ita docent,& scrupulo liberãt hãc rem D.Tho.2.2.q.71.art.3.ad tertiũ argumentum, & quodlibeto.8.q.6.& Caiet.dicto prius,ar.3. &.4. Medina de restit.q.25.fol.80.Armilla verb. aduocatus,iudex,& simonia.n.22.34.&.44.Angel. verbo iudex,aduocatus,& simonia secũdo,nu.17.19.& tertio verbo eod.nu.22.& verb.visitator nu.3. Sylvest. verb.iudex,aduocat°,& simonia nu.9.§.1.5.9. & nu. 14.§.3.4.&.5.& verb.visitatio nu.5.Palud.4.sentẽt. dist.25.q.5. ar.2.conclus.2.Durand.q.3.nu.14. D. Antoninus.2.par.tit.1.c.5.§.16.&.17.& Adrianus quodlibeto.10.ar.1.litera.G. Sotus lib.9.de iust.q.6. art.1.dubio. 1.& ad.3.argumentũ articuli,& ad quartum,& art.2.dubio. 1.& ad.3.argumentũ. Nauarrus c.23.manualis,nu.101.§.2.&.6.& libro de datis, & promissis à nu.28.ad.32.& à nu.48.vsq; ad fi. libri, & omnes Doctores supra citati, & id decretũ est per Pontifices,& Principes probãtes iusta stipẽdia ministrorum reipub. secularis, & ecclesiasticæ: eorumq; iura à scrupulo liberãtes,vt cõstabit paulò inferius,cũ iuris decisiones circa iura, & stipẽdia ministrorum reipub.in speciali adduxerimus,sed adnotãda sunt in hanc rem verba Innocentij III.in cap.cum secundũ Apostolum de præbendis,& in cap. Apostolicam. §. vlt.de simonia:vbi cum de huiusmodi stipẽdijs,& iuribus sermo esset,dicitur:super his prauas exactiones fieri prohibemus,& pias cõsuetudines præcipimus obseruari. Vbi Doctores intelligũt ad mediũ rẽ istã esse redactã:& scrupulũ simoniæ ablatũ esse.Et ita ad difficultatẽ propositã: qua videbãtur subolere simoniã, vel iniustitiã huiusmodi stipendia,& iura ministrorum iustitiæ ecclesiasticæ,vel secularis: respondetur id procedere,si tanquã pretiũ actus illa stipendia, & iura

Doctores.
D.Thom.
Caietanus.
Medina.
Armilla.
Angelus.
Sylvest.
Palud.
Durand.
Antoninus.
Adrianus.
Sotus.
Nauarrus.
Pontifices & leges.
Innocent. III.

Responsio ad obiectionem.

iura redderentur,ea namq; forent iniqua impię vẽditionis obiecta,quæ nos non probamus, cæterum cũ alio fine,& lógè diuersa intẽtione assumitur tẽporale, nõ pro actu,sed pro sustẽtatione debita ministris, ex vi legis,& cõsuetudinis iustæ, id temporale dandum est eo tẽpore,quo gubernatio à ministro exercetur,& correspõdẽter ad actũ,non tamẽ pro illis,quasi pro venditis accipitur,sed propter legẽ,& cõsuetudinẽ prædictam;nõ vero antequàm agat,vt dicemus.

7 Titulus locationis operarum ministrorum secularis iustitiæ,& ministrorũ exterioris fori ecclesiastici,& aduocatorũ.

Sed & alius esse potest iustus titulus ad hęc iura,& stipendia petenda à iustitię ministris:nempè operarũ locatio,qui titulus licitus est ministris secularis iustitiæ omnibus,& rursus exterioribus ministris iustitię ecclesiasticæ:vt notarijs,procuratoribus, satellitibus, & huiusmodi:& rursus aduocatis omnibus.Probatur primo,quia actus istorum non sunt spirituales,sed exteriores functiones,& operæ laboriosæ, quæ per se merentur stipendium.Et nõ cõsistit in illis simonia aliqua,quia nõ vẽditur res spiritualis,neq; virtus, sed labor exterior:qui naturalis est,& pretio æstimabilis. Secundo ita docẽt Doctores omnes prædicti,& præcipuè D.August.epist.54.& D.Tho.2.2.q.71.ar.4. qui docẽt hos inferiores ministros, vt aduocati,& exteriores,posse locare,& vendere operas suas laboriosas licitè,quod & docẽt expresius Angel.verb. simonia nu.3.& Armilla nu.32. Nauarrus libro de datis, & promissis num.46.

D.August.
D.Thom.
Angelus.
Armilla.
Nauarrus.

8 Limitatio prima ne vendatur actus iustitiæ.

Sed hi omnes Doctores hãc cõclusionẽ primo limitãt,vt caueatur ne ex hac locatione operarũ, vẽdat actus iustitię,& virtutis,vel spirituale aliquid:quia id esset simonia ex doctrina D.Th.loco citato,&.q.100. &doctorũ scholasticorũ in quartũ sent.dist.25.& ita hãc limitationẽ notãt pro officialibus iustitiæ secularis,& ecclesiasticę,Nauarr. dicto lib.de datis.nu.44. & Ange-

D.Thomas.
Nauarrus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& Angelus simonia tertio num. 29. ex Richardo in quartum dist. 25. art. 3. quæst. 2. & Alexand. de Hales & alijs. Et ita concedunt posse locari operas seculares ratione laboris, non ratione virtutis, aut spiritualis inclusi: etiam si officiales illi seculares gerãt negotia spiritualia, & ecclesiastica, vt procuratores, & aduocati, notarij, & similes: nam illę operę iustè locari possunt, eo quod per se seculares sunt, & obiectum immediatum actuum illorum est opus exterius temporale: licet finis secundarius sit euentus causæ spiritualis: tamen ab ea rectè præscinditur diligentia illa temporalis, quam exterius exhibent ministri illi, vt scriptio, ambulatio, & solicitatio negotiorum exterior, pro quibus licitè sumũt temporalia, vt dixi. Sed adnotare debes nõ excludi iudices seculares, & testes ab hac licentia locandi operas per se loquendo: quia sunt seculares, & exteriores, & ita pretio æstimabiles, & ita quamuis D. Augustinus dicta epistola. 54. & D. Thom. 2. 2. dicta quæst. 71. & Caietan. art. 4. scrupulũ videantur in gerere in hac locatione operarum, circa iudices, & testes, & non circa aduocatum, & similes: tamen ea sententia intelligitur, ex contextu verborum illorũ, hoc modo, vt aduocatus, & exteriores ministri sine scrupulo simonię, possint locare operas indistinctè, tanquam merè exteriores: sed iudex, & testis nõ possunt vendere iustitiam, & cum distinctione mentali procedere debent, vt temporale non recipiant vt pretiũ iustitiæ, cuius sunt ministri immediatiores, quàm cæteri, ac se tenentes ex parte vtriusq; partis: sed bene possunt ferre stipendiũ laboris, & expensarum, tanquam iustum pretium, nõ iustitiæ, sed laborum, & diligentiæ in rebus externis. Et ita id concedit idem D. Thom. dicto art. 4. ad tertium argumentum.

Angelus. Richard. Halens.

Responsio ad obiectiones quasdã.

August. D. Thom. Caietanus.

Id

9 Limitatio secũda de ecclesiasticis.

Id autẽ, quod secularibus licet in hac ratione, non licebit ecclesiasticis prælatis, & iudicibus, & ministris sacrorum, qui non possunt præter consueta, aliquid assumere: neque ipsa consueta, titulo locationis operarũ, aut cuiusuis laboris, molestiæ, aut industriæ, etiam magnæ. quod primo probatur, quia hi actus, & operæ illæ sunt verè spirituales, & de obiecto immediatè spirituali, & ita esset simonia venditio, & locatio operarum. Nec potest seiungi labor, & diligentia istarũ operarum circa spiritualẽ, & sacram materiã, à ratione actus sacri, & spiritualis: quia eadẽ ipsa actio est circa obiectum spirituale immediatè, vt est iudicare, & præcipere spiritualia, administrare sacra, & similia. Nec est eadem ratio de locatione operarũ temporalium, & obligationum ad actus quosdã spirituales, vt est obligatio ad capellaniam seruiendã, & quarundam operationum, quæ per accidens coniungun tur cum spiritualibus, sunt tamen per se tẽporalia: vt cantus, & doctrina: quæ licet sub locatione operarũ, & pretio subijcere, vt citati Doctores docent, & præcipuè, quos statim citabo: nam ratio discriminis est inter hæc, & spirituales operas, quæ locari non possunt: eo quod istæ omnem rationem actus humani habent directam ad obiectum immediatum spirituale: at illæ temporales operæ per se, & immediatè habent pro obiecto exteriorem diligentiam, & præparationem quandam ad opera sacra, vel ad virtutẽ, & iustitiam. Et similiter obligatio ad inseruiendũ operæ spirituali, vt ad capellaniam, temporalis censetur: quia est præuium ad spirituale, & ita in illis licet locare operas, & onus obligationis: non autem in spiri tualibus, atque ita expresè docẽt D. Thomas, & Caietan. in. 2. 2. q. 100. articulo. 3. dubio secundo, & in suma verbo simonia, cap. 1. à regula. 4. & Armilla

Responsio ad obiectionem.

Capellania.

Cantus & doctrina.

D. Thom. Caietan.

Universidad de Deusto
Biblioteca

numero. 2. ad finem. 3. 14. &. 31. Victoria in relectione secunda de Simonia ex numero. 17. ex D. Thoma in quarto, distinctione. 25. quæstione. 3. articulo. 2. regula secunda. Idem ait Sotus libro. 8. de iustitia quæstione. 6. dubio secundo articuli. 1. & Nauarrus in manuali capite. 23. numero. 101. §. 5. &. 6. & melius de datis & promissis ex nu. 44. *Victoria. D. Thom. Sotus. Nauarrus.*

10 Reijciuntur quidam authores cõtrarij.

Per hæc etiam constat quantum à veritate errauerint Doctores quidam vias extremas in hac re tenentes; quorum aliqui absolutè censuerunt posse locari pretio operas, & laborem cuiusuis ministerij Ecclesiastici: quia dicebant non rationem spiritualem, sed laborem compensari posse licitè, quod asseruerunt. D. Antoninus secunda parte titulo. 1. capite. 5. §. 16. in medio. Adrianus quodlibeto nono de simonia articulo. 3. litera. X. &. XX. & Maior in quarto distinctione. 25. quæstione. 6. Altisiodorensis tertia parte suæ summæ quæstione penultima, Richardus quarto distinctione. 25. quæstione. 2. Glossa, & Panormitanus capite significatũ de præbendis, ex doctrina Concilij Agathẽsis promittentis stipendia clericis, pro laboribus sanctis, capite clerici. 1. quæstione. 2. Verum doctrina huius Concilij intelligitur planè de correspondentia præmij temporalis pro sustentatione laborãtium in operibus sanctis, non de locatione operarum pro pretio: nam labor ille est necessario coniunctus in opere administrationis sacræ: quæ tamen habet pro obiecto immediato rem sacram: & ideo non potest pretio is labor redimi sine simonia; quia est per se annexus spirituali, neque pro opere spirituali, qui exerceri non potest sine conatu, & labore. At vero alia est ratio de temporalibus, in quibus non est ratio obiecti simoniæ, neque est eadem ratio de annexis *D. Antoninus Adrianus. Altisiodor. Richardus. Panormit. Concil. Agat.*

annexis per accidens, & mediatè ad spiritualia, vt est musica, & doctrina, quæ immediatè sunt obiecta sensus, & intellectus speculatiui instruendi, & delectandi, & eum habent finem immediatè, & si mediatè, & remotè sint excitatiua actuum bonorum spiritualiũ, & quodammodo sint spiritualia remotè, sed simpliciter temporalia, atque ideò non est illicitum ea vendere, sicut priora; simonia namq; committitur in venditione sola spiritualium, & per se annexorum illis, atque ideò alij Doctores scrupulosius existimarunt in nullis spiritualibus posse licitè locari operas, vt D. Bonauentura quarto distinct. 25. quæst. 3. articul. 1. Durandus quæst. 3. num. 10. &. 11. Paludanus quæst. 5. artic. 2. in. 2. conclusione. *Bonauent. Durand. Paludan.*

11 Limitatio tertia de salariatis, & actibus debitis ex officio.

Tertiò ijdem Doctores limitant dictam licẽtiam locandi operas, & labores ministrorum iustitiæ, & dictorum, si stipendia sufficientia ad suam sustentationem ij habeant: nam tunc cum habeant aliàs satisfactionem sufficientem laborum suorum, superflue, & iniustè plus petetur ab illis: si non sit nouus titulus aliàs sufficiens, ita docent Armilla verbo simonia num. 32. ex alijs Doctoribus, & colligitur ex D. Thoma, & Augustino locis nunc citandis. *Armilla.*

Sed oportet aduertere prius alia limitatione moderandam esse licentiam istam locationis operarum ministrorũ iustitię, & reipub. secularis, vel ecclesiasticæ: vt caueant ij ne pro actu debito ex officio, aliquid sumãt, præter stipẽdia, & iura ad eorũ sustẽtatione lege, vel cõsuetudine deputata: alioquin quouis titulo id facere prẽsumpserint iniustitiã committent; quia cũ opera ista debita sint reipublicæ, & aliàs habeant sufficientia salaria, nõ possunt vendi ipsi reipublicæ, cuius sunt, sine iniustitia, nec est titulus sufficiens ad hanc nouam exactionem, quia opera hæc,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& labor debita sunt iam,&,vt supponimus,minister habet alias sufficientem sustentationem à republica. Et licet ea non ita plena esset,tamen ille,qui se subiecit officio publico cum tali sustentatione, ex suo pacto implicito , vel explicito censetur obligatus ad agendos actus necessarios sine vllo commodo nouo: alias venderet iustitiam illicite, & in re spirituali simoniam committeret,circa debitos actus:ita expresse docent D.Thom.2.2.quæst.100.art. 3.ad quartum , Couarruuias in regula peccatum. 2.part.§.3. Adrianus in quarto de restitutione in medio, capite restat inquirere,Doctor Medina quæstione. 25.col. 10.de restitutione,Nauarrus lib. de datis & promissis,nu.45.idq; docetur.l.vlt.ff.de conditionib.ob turpem causam,& cap.cum ab omni.de vita & honestate clericorum.Sed tamen pro actibus indebitis,& extraordinarijs licitè possunt operæ locari,quia est nouus titulus sufficiens præter stipendia , quæ signata sunt ad opera debita ex officio,alia autē cū noua sint, & æstimabilia pretio,si sunt tēporalia , rectè possunt pretio locari,vt cōcedunt Ang. verbo simonia tertio nu.29.& Medina suprà fol.80.& Nauarrus vbi sup. nu.46.& D.Thom.vbi suprà.

D.Thom. *Couarru.* *Adrianus.* *Medina.* *Nauarrus.* *Iura.* *Medina.* *Angelus.* *Nauarrus.*

12 Moderata,consueta, & statuta commoda licent publicis ministris, non alia.

Tandem aduertendum est(ex doctrina Innocētij III. cap. ad Apostolicā.§.vlt.de simonia,D.August. dicta epist.54. D.Tho.2.2.q.71.art.4.)prædictos publicos officiales reipub.non posse,quin peccēt contra iustitiā,petere,vel sumere immoderata stipendia, vel iura:sed tantum mōderata,& ea quidē licita sunt pro ratione personarū,& rerū,ac laboris, & secundū taxationē legum,aut cōsuetudinis, quod generaliter probatur pro spiritualis,&secularis reipub.ministris: eo quod moderata,& cōsueta, aut statuta iusto titulo sumuntur,ob remunerationem, & sustentationem ministerij

Innocētius tertius Papa. *D.August.* *D.Thom.*

ministerij publici : at immoderata, & valdè superflua sunt contra æquitatem , & contra intentionem reipublicæ; & erunt tyrannicè ablata: quia nemo vult dare indebita, & quæ excedunt meritū ministrorum reipublicæ:quæ autem sint huiusmodi taxationes posteà dicam. Nunc autem aduerte cum Magistro Soto in libro.9.de iustitia, quæst.6.artic.1. & Nauarro in manuali,cap.23.num.101.& Syluestro verbo Simonia,num.8.etiam diuites posse licitè sumere stipendia quæuis consueta, & statuta pro ministerio publico, etiam spirituali: quia ratione statuti sumitur; & statutum,seu consuetudo iustè obtinuit,vt ea præmia dentur ministris publicis, ob fines conuenientis retributionis,& sustentationis eorum, si indigeant: quòd si non egeant, satis est prior finis retributionis: & datum in bona opera poterit insumere accipiens. Vnde meritò notatur Caietanus.2.2.quæst.100.artic.3.ad tertium , quòd diuitibus episcopis,& ministris publicis scrupulum iniecit,si iura ministerialia acceperint: fallitur enim putans solum finem sustentationis esse licitum.

Diuites etiā iustè stipendia, & iurā habent. *M.Sotus.* *Nauarrus.* *Sylueſter.* *Caiet.*

13 Moderatio stipendiorum,& iurium publicorum officialiū in foro cōscientiæ necessaria est.

Tandem aduertēdum est in hac parte,hoc ab omnibus ministris reipublicæ esse obseruandum necessariò in foro conscientiæ, vt omnes moderata stipendia,& iura pro suorum actuum remuneratione,& ad suam sustentationem exigant , & sumant : alioquin enim si immoderatam satisfactionem sumant , certè peccabunt grauiter, & ad restitutionem tenebuntur, etiam si taxatione legis non arctentur: vt docet diuus Thomas.2.2.quæst.71.art.4.vbi ait: ea quæ quis non tenetur alteri exhibere , iustè potest pro eorum exhibitione recompēsationem accipere,&c. dum tamen moderatè accipiant,consideratā conditione personarum,& negotiorū,& laboris, & cōsuetudine patriæ:

D.Thom.

Universidad de Deusto
Biblioteca

si autem per improbitatem aliquid immoderatè extorqueant, peccant contra iustitiam: vnde Augustinus dicit ad Macedonium: quòd ab ijs extorta per immoderatam improbitatem repeti solent: data per tolerabilem consuetudinem non solent. hæc D. Thomas ibi, cum de aduocatis, ac procuratoribus, medicisq;, & alijs, qui non tenentur nisi velint, alijs officium præstare, scripsit: qui posteà in responsione ad tertium eandem, & strictiorem moderationem iniungit iudicibus, & alijs, quibus ex officio incumbit administrare iustitiam: qui magis tenentur moderationem seruare: eò quòd obligati ad ministerium publicum ex officio sint, & taxata habeant stipendia, ac iura, magis quã aduocati, & alij liberiores ministri: & ita quod D. Thomas de prioribus circa moderationem scripsit, potiùs certè de illis intelligendum erit. Et sic de ijs omnibus id docet author sumæ Armillæ verbo Simonia, num. 32. & Nauarrus libro de datis, & promissis à num. 37. ad. 47. Doctor Medina de restitutione. 25. quæst. colum. 10. & 11. D. Antoninus. 3. part. tit. 6. cap. 2. §. 4. & 2. part. tit. 1. cap. 19. §. 8. Syluester, & Angelus, & alij Sumistæ verbo aduocatus, & iudex: qui omnes docent ministros reipublicæ vniuersos hoc in foro conscientiæ obseruare debere, vt nihil immoderatum quærant in satisfactione suorum actuũ gubernationis; siue taxationem habeant iurium suorum, siue non. Quibus si satis sit ad sustentationem, & status decentiam assignatum à republica salarium, omnes ij dicunt illos non posse vlterius stipendium, aut ius quærere ob actus suæ gubernationis, & ministerij. Itaq;, vt dixi, moderatio necessaria est in foro conscientiæ omnibus ministris publicis in hac stipendiorum ratione. cuius ratio est: quia nullus est iustus titulus ad immoderata: quoniã nec

Armilla. *Nauarrus.* *Medina.* *D. Antoninus* *Syluester.* *Angelus.*

Ratio.

nec officium satisfactionem exigit immoderatã, sed æquam, quasi mensuratum præmium laboris. Neq; etiam priuati intẽdunt sua prodigere, sed sola necessaria ad sustentationem suorum ministrorum exhibere. Moderata autem erunt, vt dicit B. Thomas loco citato, si conformentur cum conditione officij, personarum, & laboris, ac consuetudine, & lege patriæ. Immoderata verò, quæ ab his regulis discedũt: quia illa sunt, quæ satisfactionẽ exigunt in hac parte, atq; ideò pro illorum mensura satisfactio requiretur: hoc verò ita intelligo, vt iusta dicantur stipendia, quæ ad sustentationem ministrorum per se apta sint, siue illi sint aliàs diuites, vel pauperes: vtroq; enim modo iusta illa censebuntur, vt dixi: sed hæc in speciali posteà explicabo: ista verò immoderata excedũt iustitiã.

Moderata stipendia, quæ sint: & è contrario.

D. Thom.

14 Omnibus secularibus, & ecclesiasticis reipub. ministris, moderata stipendia conueniunt, & licent.

Deniq; vt omnibus ministrorum reipublicæ generibus conuenire ea, quæ diximus de stipendiorũ, & iurium æquitate, & moderatione, atq; conuenientia, pateat, aduertendum est: traditam superius doctrinam non tantum laicis, sed & ecclesiasticis reipub. ministris adaptari: & ita vtrisq; cõueniunt stipẽdia, & iura pro suorũ actuũ, & administrationis reipub. remuneratione: hisq; omnibus moderatio cõmendata esse debet. Quoniã in probatione huius præcedentis propositionis in tota hac quæst. hucusq; probaui, hæc conuenire ministris reipub. generaliter; at ij vtriusq; reipub. ministri sunt, & actus illi ꝓficuos agunt remuneratione dignos, iuuantq; ad gubernationẽ: alij laicæ, alij clericalis reipub. insuper in neutro horũ genere ministrorũ turpitudo, aut simonia committetur, si puro animo, & solius iustæ sustentationis, & statutæ remunerationis titulo stipendia, & iura hæc sumant: non vẽditionis (iustitiæ, & virtutis) vitio, vt iam ꝓbaui. Deniq; vtrisq; ecclesiasticis, & laicis

Universidad de Deusto
Biblioteca

& laicis ministris moderationem conuenientẽ esse constat: quoniam hi omnes sunt reipub. ministri, & fautores, non destructores, neq; iniustitiæ, sed iustitiæ ministri, vt dictis patet. Postremò ijsdem authorum, & iurium authoritatibus, quibus probaui in hac quæst. stipendia conuenire; & moderata esse debere, ministris reipub. generaliter, ijsdem constat laicis, & ecclesiasticis esse referẽda: eò quòd sermo ibi sit de vtrisq; ministris reipub. vt suprà dicta legẽti fiet manifestũ. Et hoc iam vsus obtinuit probatus à doctis; & probis vbiq;: quo videmus tum ecclesiasticis, tum laicis reipub. & iustitiæ administratoribus, & eorum officialib⁹ designari salaria, & iura exsolui pro actuũ administrationis remuneratione. Et ijsdem moderationem quoq; commendari.

Authoritas.

15 Iusta stipẽdia militum.

Sed & defensoribus reipub. militibus, & ducibus iustissimè stipendia iure omni debentur: vt B. Tho. ex D. Pauli sententia scripsit. 2. 2. quæst. 87. art. 1. in corpore, vbi ait: ratio naturalis dictat ijs, qui cõmuni vtilitati inuigilant, scilicet Principibus, & militibus, & alijs huiusmodi stipendia victus deberi à populo: vnde & Apostolus hoc ꝓbat. 1. ad Corint. 9. per humanas cõsuetudines, dicens: Quis militat suis stipendijs vnquã, aut quis plantat vineã, & de fructu eius non edit, &c. sed & B. Augustinus epistola. 205. tom. 2. & tom. 10. sermone. 19. de verbis Domini (qui modo in noua excusione est tertius appendicis sermo, referturq; D. Maximo) vtroq; inquam loco eandem sententiam probat ille, & in secundo hæc verba habentur: prouidentia quadã militantibus sunt stipẽdia constituta, nè dum sumptus quæritur, præda grassẽt. Hocq; Baptista Ioan. apud Matth. c. 11. & Lucã. c. 3. docebat, cum interrogabãt eum, & milites dicentes: Quid faciemus, & nos? & ait illis: Neminem concutiatis,

D. Thom.
D. Paul.
D. August.
D. Maximus.
Ioan. Bapt.

tiatis, neq; calũniam faciatis, & contenti stote stipendijs vestris. hæc Ioannes. Cuius ratio est manifesta, quia militantes maximis laboribus, & periculis proprijs cõmunem vtilitatẽ curant, adeò vt ingentium laborum exemplũ maius aliud non occurrerit beato Iob, qui cap. 7. dicebat: militia est vita hominis super terrã: & ita siue terræ, siue maris labores militũ vniuersis notissimos, nõ esse quibusuis alijs maximis inferiores asseruit. Cùm ergo humanitatis ratio, æquitas, ac iustitia expetãt, vt nobis benefacientibus benefaciamus, & retribuamus insuper, quod iustũ est: alioquin iniustè detinebimus aliena debita, nec imittabimur Deũ, qui reddit vnicuiq; secundũ opera sua, vt Paul. ad Rom. 2. dicebat: Ob id ergo iustũ est, vt respub. stipendijs conuenientibus respondeat labori militũ suorum: siquidem in eius vtilitatem cõfertur: & ideò respub. manet ad retributionem obligata.

Ratio.

16 Ratio habẽda est militum in honoribus, & commodis.

Quam ob causam necessariũ certè foret, magnã haberi rationẽ militum, & ducũ in eorum remuneratione, ob prædictos ipsorum ingentes labores, qui magna retributione digni sunt, & præmio ipso excitati, ad alios pro republica sustinendos labores ijdem, alijq; permouebuntur: quod si hoc præmium obliuioni mandetur à Principibus, nõ paruum onus suis conscientijs imponent ipsi, eorumq; confessarij: eo namq; fiet & reipub. ac militib⁹ iniustitia, & occasio dabitur, tũ rapinis, tũ odio, & fastidio belli: quo præcipuè studiosi, fortes, & nobiles bellica negotia non curẽt; sed ij solũ, quibus prædari, & liberè, malèq; viuere potius, quàm bellare in animo est. Quod miserè nostris tẽporibus euenire dolemus, multorumq, strenuorum militũ, & ducũ querelas passim audiuimus: quarũ plures iustissimas duco, quod laboris bellici, rerumq; erga rempub. gestarũ minor ratio habeatur

sæpe,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sæpe,quã fauoris,& gratiæ Principũ.Quod ego(qui cæteras Hispaniæ cõsuetudines defendo)probare nõ possum,præcipuè in illis honoribus,& cõmodis distribuendis,quæ militibus propriè iusta ratione sunt à repub.Principibus,& Ecclesia deputata:vt sunt cõmẽdę, vt vocamus,& honorifici cruciatorũ habitus: quæ certè subsidia à Regũ donationibus,& ecclesiasticis decimis ad militũ benemeritorũ sustentationẽ, & honorem desumpta sunt antiquis tẽporibus; quæ nostris disipare,vel ad alios fines cõuertere,aut gratia & fauore cõcedere immeritis non licet: videant Principes,& eorum consiliarij quid faciant,& quomodo voluntates relinquentiũ,& iustitiæ leges adimpleant, & bono reipublicæ prospiciant:de quibus Deo rationẽ reddent. Licebit enim aliquando optimatum,& gubernatorũ personis,& familijs per ista cõmoda prospicere;sed frequentius benemeritis militibus ea negare,qua causa,aut conscientia fiet?

17 Militum moderatio necessaria.

Sed aduertant quoq; milites nè iuuenili audacia Dei leges cõfringant,conculientes,furantesq; vbiq;: cũ tandẽ oẽs ante tribunal Christi manifestandi simus;vt referat vnusquisque propria corporis, prout gessit,siue bonũ,siue malum,vt Paulus verè minatur *D.Paul.* 2.Corinth.5. Proinde sicut prædictis sacris,& sanctorum authoritatibus probaui;ęquum est vt milites primum bellica curent negotia: Deinde animæ suæ præcipuè consulant;Ioannis præceptum obseruent; nemini in persona, aut rebus iniuriam faciant; non furentur, nec vi aliqua extorqueant; stipendio simplici contenti sint, duplicia siue à Principe, siue à priuato stipendia, & hospitia, lucra non reputent: quia hæc omnia iustitiæ aduersa, ad restitutionemq; obligantia sunt. Quòd si nõ opulenter,& satis Principes suo labori satisfaciant,præmium in cœlis conseruatum

seruatum putẽt laboribus pro republica susceptis; illiq́ue considerent se periculo vitæ quotidie positos esse,ob idq́ue nihil prodesse si vniuersum mundum lucrentur,animæ verò suæ detrimentum patiantur, vt Saluator monebat Matthæi decimo sexto: quod certè veteranni milites iam considerant; audaciæq; illæ tyronibus, & procacibus, inferioribusquè frequentius insederunt. *Dominus apud Matth.*

18 De auaritiæ turpitudine fugienda, & animæ puritate habenda à iudicibus,magistratib⁹, & officialibus publicis. Propositio.2.

Proposuimus hucusq; generalem doctrinã,qua stipendia,& iura magistratuum,& officialium reipub. concedi debere,& moderari demõstratur.Nunc,vt vitia, quæ facilè subintrare possent notemus, vt caueantur, secundã subijcimus propositionẽ. Fœdum vitium, cauendumq́; maximè in magistratu reipub. iudice,ministro,aut officiali administrationis ipsius; peiusq; in Principe est auaritia: quæ multorum malorũ est radix.Et ideò puritas animi in illis est valdè necessaria, ita vt licet secundariò, & quasi siniſtro oculo ad remunerationem, & stipendium aspiciant licitè;tamen omnes prẹcipuè contendant publicum bonum, & rectam iustitiæ administrationem, in quauis repub. siue ecclesiastica, siue seculari necesse est. Huius autẽ assertionis ratio est manifesta, quæ deducitur ex doctrina philosophorũ, & theologorũ Aristotelis lib.5. Aethicorum,cap.6.& lib.6.cap.12. *Aristot.* D.Thom.2.2.quæst.58. de iustitia, præcipuè art.1. *D.Thom.* ad.5.quæst.67. de iudice, & quæst.117. de liberalitate.118.de auaritia.129.de magnanimitate.Quib⁹ constat omnino esse fœdum vitium auaritiæ, quia temporalia, & infima auarus plus æquo æstimat, & diligit: qui tamen ad superna aptus,& creatus est: & ideò licet ad remunerationem non solùm spiritualem(quod sanctum quidem est, iuxta Dauidem, qui Psalmo.118.dicebat:Inclinaui cor meũ ad faciendas iustifi-

Ratio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

iustificationes tuas in æternum, propter retributionem: & doctrinam Tridentini concilij, sess 6. can. 31. quod cap. 16. explicatur) sed & ad tẽporalem retributionem aspicere licet, secundaria tamen intentione, qua commoda temporalia quęramus, ad huius vitæ vsum; tamen pura intentio superiorum finium magis est rationali animo adaptata: qui Deo similis, & ad superna creatus est. His itaq; suppositis deducitur gubernatorem reipublicæ, eiusquè ministros omnes longè abesse debere ab auaritia; & ad puritatem intentionis, rectorumq; finium animum applicare: quoniam si in quouis homine hoc turpe est, tur pius erit in eo, qui reipublicæ est caput, cæterisquè exemplo esse debet. *Trid. concil.*

At hæc, non solùm sicut cæteri, sed vt dicebat Sapiens cap. 6. sapientiæ, qui ministri sunt reipublicæ ad puritatem, & legum iustitiæ obseruationem magis obligantur: iudicum enim officium est omnia ad bonum, & mediocritatem reducere, vt docebat Aristoteles lib. 5. Aethicorum, cap. 4. & 6. *Sapiens.* *Aristot.*

Sed quod magis rem hanc persuadebit illud est quod Paulus primæ epistolæ ad Timot. 6. prædicabat: radix omnium malorum est cupiditas, id est, vt sancti Doctores exponunt, ob auaritiam in multa mala sæpe dilabi animum contingit: ea enim vis est effrœnati animi in temporalia cõmoda, vt nè amittat illud, quod suę imbecillitati proportionatum est, nihil est, quod non audeat vitij, quod dicebat Ecclesiasticus c. 10. Auaro nihil est sceleſtius, nihil est iniquius, quã amare pecuniam: hic enim & animã suam venalẽ habet. Cùm autẽ iudices, & ministri reipub. iustitiæ, & boni communis fautores, administratoresq; esse debeant; oportet vt nullum ab eis admittatur impedimentum, quo à iusta, & virtuosa actione impe- *D. Paul.* *Ecclesiasticus*

Sequuntur multa mala ex auaritia iudicis.

impediantur: quorum præcipuum est auaritia, temporaliumq; cupiditas: quæ facilè ad se animos attrahit hominum; qui cum corpore constemus, corporalia commoda appetimus auidissimè. quam ob causam prudentes omnes censuerunt virtutem liberalitatis, qua temporalia ad mensuram solum rationis; & ad vsus humanos expendimus; & virtutem magnanimitatis, qua infima contemnentes, superiora quęrimus, comites esse debere iudicis, & cuiusuis ministri reipublicæ; qui tamẽ præcipuè iustitiam colat; quibus ab administratione iustitiæ nullo tẽporali cõmodo amoueatur. Et ita auaritiam fugiat necesse est, quoniã hæc præcipua inimica est iustitiæ, æquitatis, & puritatis, rectæq; gubernationis. sicut sequentibus testimonijs constabit.

19 Authoritas.

Quod semper non solum Spiritus sancti, sed & prudentum virorum, qui inferiori lumine ducũtur, sententijs prædicatum, existimatumq; est: tanquam dogma notissimum: auaritiã inimicã esse iudicij, & puritatẽ animi eius amicã. ob idq; Moyses probauit consilium Iethro soceri sui dicentis Exodi. 18. Prouide de plebe viros sapientes, & timentes Deum: in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiã: & cõstitue ex eis Tribunos, et Cẽturiones, et Quinquagenarios et Decanos, qui iudicent populum omni tempore. et sic etiã iudicũ conditiones describens Moyses Deut. 16. ex persona Dñi dixit: Non accipies personã, nec munera. quia munera excœcant oculos sapientum, et mutant corda iustorum: iuste, quod iustum est, exequeris. Quam etiam puritatem, se in magistratus administratione habuisse, coram populo testabatur Samuel primo Regum, cap. 12. dicens: Loquimini de me coram domino, et coram Christo eius, vtrũ bouem cuiusquam tulerim, aut asinum, si quempiam *Exodus.* *Deuteronom.* *Samuel.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

calumniatus sum,si oppresi aliquem, si de manu cuiusquam munus accepi, & contemnam illud hodie, restituamq; vobis, & dixerunt: non es calumniatus nos, neq; oppresisti, neq; tulisti de manu alicuius quippiã. dixitq; ad eos: testis est dominus aduersum vos,& testis Christus eius in hac die, quòd non inueneritis in manu mea quippiam.& dixerunt: testis. hoc ergo Samuelis exemplum deceret omnes reipublicæ ministros imitari, vt in suo munere beati, & ad beatitudinẽ parantes sibi iter essent, vt manifeste Isaias cap. 33. aiebat: Qui ambulat in iustitijs,&loquitur veritatem,qui proijcit auaritiam ex calumnia,& excutit manus suas ab omni munere,qui obturat aures suas ne audiãt sanguinem, & claudit oculos suos ne videant malum,iste in excelsis habitabit,&c. Hoc vero suo & exemplo, & verbo Christianæ reipublicæ Apostolus,& gubernator Paulus edocuit, qui Actorum. 20. congregatæ ecclesiæ dixit: argentum,& aurum,aut vestem nullius concupiui: ipsi scitis,quoniam ad ea,quæ mihi opus erãt,& ijs qui mecũ sunt, ministrauerunt manus istæ. & rursum scriptam ipse reliquit regulam: ab omnibus rei cõmuni deputatis circa animi munditiam,& circa rectitudinem intentionis publici,& diuini boni seruandam,cũ secundæ Corint. 12. dixit: Non quæro, quæ vestra sunt: sed vos.& iterũ. 1. Corint. 10. Nemo quod suũ est,quærat; sed quod alterius, &c. ego per omnia omnibus placeo: nõ quærens quod mihi vtile est,sed quod multis. Hãc ergo Paulus regulam salutiferam reipublicæ præbuit,cuius violationem deplorans cap. 2. epistolæ ad Philippenses dicebat: Omnes quæ sua sunt, quærunt: non quæ sunt Iesu Christi. Sicque beatus Augustinus hanc doctrinam fugiendæ auaritiæ, puritatisq; sequendæ à iudicibus, & eorum ministris adeò

Isaias.

D. Paulus.

D. Augustin.

adeò necessariam existimauit, vt sine illa non posse illos officio suo satisfacere docuerit tomo secundo epistola. 54. ad Macedonium, & tomo nono in tractatu de rectitudine catholicæ conuersationis, cũ de iudicibus agit.& egregius tomo. 10. sermone. 35. de Eremo, vbi inter alia monita iudicibus necessaria, ait: Vos reputati estis ab hominibus duces populi,iudices terræ,orphanorum patres,viduarum mariti, iustitię zelatores,reipub.amatores;cauete ergo ne corrumpamini odio,amore,precibus,vel timore: decet igitur iudices nõ solũ quod dicimus adimplere, sed cum Dei adiutorio,calcare superbiam,abominari luxuriam,abhorrere falsitatem,despicere auaritiã, quæ nouerca dicitur esse,& summa inimica iustitiæ.hæc Augustinus,& D.Gregorius lib. 5 in Reges,suo capite secundo eandem auaritiæ fugam, & puræ intentionis studium iudicibus cómendauit,quod & ceteri doctores catholici fecerunt, vt infra dicam. Si prius tamen cõpendiosam sententiam Gregorij eo loco scriptã,hic referã, scilicet: non pro me, sed pro alijs prẹfui.digna certè tali viro verba,vt magistratus discant non sua,sed subditorum quærere: siquidẽ non propter se,sed propter alios præsunt. Quod etiã mirè adnotarunt non solum Imperatores,& Iurisconsulti in authẽtica iureiurando collatione. 2. quapuras manus habere,iudicibus præcipitur, quod etiã legib? alijs vbiq; gentium semper est constitutum. Sed multis monimentis eadem puritas iudiciorum semper fuit ab antiquis commendata,vt videre est apud Valerium maximum libro. 6. cap. 5. & Pierium libro trigesimo quinto gerogliphicorum in medio, vbi iudicem apud Ægyptios dicit depingi esse solitum: abscisis manibus. & apud Rodiginum cœlium libro duodecimo capite. 46. vbi iudicem illũ Ægyptium

D. Gregorius.

20 Ex sapientibus gẽtilitatis.

Val. Maximus
Pierius.
Rodiginus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

integrum mente,brachijs diminutum explicans, ſic ait:Aegyptium iudicem ſi quis adagionis ſtemate integrum intellexerit,ſanctũ,nihil præmio,nihil metu à iuſtitiæ ſemite digredientem;& planè eum, quẽ vocant Græci ἀδέκαστον: qui gratiæ nihil prorſus tribuit: eſtq; vt ab exceſſu non temperem,iuſtitia ipſa iuſtior. hæc ille. qua etiam ratione Pierius vbi ſupra lib.50.in principio teſtatur antiquos,iudices ſimiles Palmæ ponderibus non deflexæ,ſolere depingere.& in fine libri.59.iuſtitiam depingi eſſe ſolitã ab Aegyptijs dicit in cœlo inter Libram,& Leonem,& ſine capite:quaſi moderatione,&fortitudine opus habeãt iudices;neq, oculos ad munera, aut gratiam habere debent intentos. ſicut etiam aliæ iudicis picturæ indicabant,de quibus idem in medio libri.42. & in principio libri.33.gerogliphicorum.Quam etiam iudicum puritatem, intentionẽq; adminiſtrandi iuſtitiam,ſine reſpectu vllo ad gratiam, aut munera omninò eſſe neceſſariam docuerunt ſemper philoſophi, & ita inſignis ille Socrates in medio apologiæ ſuæ,quæ habetur lib.27.operum Platonis,dignã tali viro ſententiã eloquutus eſt dicẽs: Nec iuſtũ eſſe mihi videtur,iudicem precari, neq; precando abſolui; ſed docere,atq; ſuadere:nõ enim ad hocſedet iudex,vt per gratiam concedat,ſed vt iudicet ſecũdum leges, &c. Hæc Socrates, quæ vtinã iudicũ oculis verſarẽtur.

Pierius.

Socrates.

Sed longè melius Plato ſuo libro.13.qui Gorgias inſcribitur, hanc iudicum puritatem deſcripſit aliquanto ante finem dicens:iudicem quoq; ipſum eſſe nudum oportet,mortuum videlicet, & ipſo dũtaxat animo animum ipſum inſpicientem,ſtatim poſt inſperatum cuiuſq; obitum ; animum inquam à ſuis omnibus deſertum, omnemq; ornatum exteriorem relinquentem in terra, vt iudicium iuſtè procedat.

Plato.

Ariſto-

Ariſtot.vero hanc ipſam iudicum puritatem,& iuſtitiam egregiè cõmendat in lib.5. Aethicorũ.c.4. vbi præcipuè in medio capitis ſic breui dicit:Ire ad iudicem,eſt ire ad ipſum iuſtum. Iudex enim vt iuſtũ eſt animatum ſuapte natura; & quærunt iudicem medium,&c.& c.6.ait:Magiſtratus autẽ cuſtos eſt iuſti: quod ſi iuſti,& æqui:atq; quia nihil ſibi ipſi plus tribuendum eſſe cenſet,ſi eſt iuſtus:ex ſimpliciter enim bono plus ſibi non tribuit, niſi comparatione rationũ ſit ad ipſum accõmodatum; ideo alijs,non ſibi ipſi laborat, atq; ob id ipſum alienum bonum inquiunt iuſtitiam eſſe, ſicut & antea diximus. Merces ergo quædam tribuenda eſt ipſi,honos inquã,& prẽmiũ; ſed quibus hæc non ſufficiunt, ij fiunt tyranni. hæc ille.Sed & nõ inferior in hac re cenſebitur Cicero, cũ primo libro de legibus aliquãto ante finem dicit: ergo item iuſtitia nihil expetit præmij, nihil pretij: per ſe igitur expetitur;eademq; omnium virtutũ cauſa,atq; ſententia eſt;atq; etiam ſi emolumentis, non ſuapte natura virtus expetitur, vna erit virtus , quæ malitia rectiſsime dicetur. vt enim quiſq; maximè ad ſuum commodum refert quodcunq; agit, ita minimè eſt vir bonus: vt qui virtutem præmio metiũtur,nullam virtutem,niſi malitiam putent.vbi enim beneficus, ſi nemo alterius cauſa benigne facit? vbi gratus,ſi non eum ipſum, cui referunt gratiam, cernunt grati? vbi illa ſancta amicitia, ſi non ipſe amicus per ſe amatur toto pectore vt dicitur? qui etiam deſerendus, & abijciendus eſt deſperatis emolumentis,& fructibus?quo quid poteſt dici immanius?quod ſi amicitia per ſe colenda eſt,ſocietas quoq; hominũ, & æqualitas,& iuſtitia per ſe expetenda: quod ni ita eſt omninò iuſtitia nulla eſt, id enim iniuſtiſsimum ipſum eſt,iuſtitiæ mercedem quærere. hæc ille.

Ariſtoteles.

Cicero.

Universidad de Deusto
Biblioteca

21 Venditio iustitiæ turpis.

His ergo videbis quã fœda in gubernatore siniſtra intẽtio ad vllam cõmoditatem temporalem, fuerit à priſcis reputata; ſed fœdior multo exiſtimata fuit vẽditio iuſtitiæ in quolibet gubernatore: ita vt pro aliquo temporali cõmodo, aut pretio actũ gubernationis, ſiue malum, ſiue bonum, & legitimum præſtet: quaſi cõmutans pro temporalibus emolumentis, aut gratia, aut ſpectatione, iuſtitiæ actum; quod & illicitũ eſt, & reipub. mortale, ac nociuum valde, cauſaq; peruerſionis pacis, ac iuſtitiæ. Quia actus virtutis maior omni pretio eſt, & per ſe inuendibilis, rurſus manifeſtum eſt iudicem pecuniæ, & retributionis cupidũ, facilè ad iniuſta deflexurum. deindè cum iudicis officium, & actio propria ſit exercere virtutẽ iuſtitiæ, prudentiæ, & charitatis communis, nõ licet illi vllo modo pro ſuo actu temporalia accipere, quia iniuriã facit virtuti, quæ ſuprema, & diuina res eſt, ſi illam commutet pro temporali per modum pretij, & venditionis. Quod ſi in rebus ſpiritualibus, diuinis, & eccleſiaſticis id cõtigiſſet, certè eſſet ſymonia turpis, vt docet B. Thom. 2. 2. q. 100. art. 3. ad. 3. argumẽtũ, vbi Caietan. & theologi cæteri, cũ de ſymonia agũt, id docent. atq; idẽ eſſet ſi virtutis actus per ſe, & ex intentione vẽderetur, quia virtus ſpiritualis res eſt.

D. Thomas. *Caietanus.*

Ratio.

22 Excipitur iuſtum ſtipendiũ omniũ.

Sed diligenter aduertendum eſt, ne iniuſtũ ſcrupulum ingeramus: quædã in hac re licitè geri poſſe, quædã illicitè. vt enim ſupra dixi, titulo ſtipendij oẽs miniſtri, & iudices; & titulo locationis operarum, inferiores miniſtri reipublicæ licitè poſſunt, quod æquum ſit, accipere pro ſua ſuſtẽtatione, & in gratificationẽ laborioſæ ſuæ adminiſtrationis: ſed nõ titulo vẽditionis iuſtitiæ, vt probaui. Deinde diuerſa eſt ratio, licentiaq; nõ eadẽ in inferioribus officialibus: coadiuuantibus ad gubernationem Reipublicæ, & in

Sup. n. 6. & 7.

in iudice: iſte enim non poteſt licite operas ſuas locare, & recipere aliquid temporale, tãquam pretium vſus ſuæ poteſtatis: quia ſtipendium habet publicum, & iura, quibus ſuſtentetur, & ideò ſuperfluum eſſet, & iniuſtum aliquid aliud vltra, tanquam duplicem portionem adminiſtrationis ſuæ recipere. Imo eſſet ſuſpitionis occaſio facilis intentæ venditionis iuſtitiæ. Et occaſio daretur peruerſionis iuſtitiæ: & ita illicita eſſet ea acceptio, ſiue pro actu bono, quia eum ex officio tenetur præſtare; ſiue pro actu malo, quia eum ſemper vitare tenetur, & iuſtum decernere ſine alia remuneratione: Atvero inferiores officiales, vt ſcribæ, aduocati, & procuratores, & executores, ac ſatellites poſſunt licitè locare operas ſuas, & labores pretio; quia non virtutem, ſed temporalem laborem iuſte pretio cõmutant, tanquam mercede mercenarius, quando aliàs non habent ad eos actus obligationem ex officio, neq; ſtipendium publicum ad eos præſtandos, & ideò hanc differẽtiam, & doctrinam rectè conſtituit D. Thom. 2. 2. q. 71. art. 4. & quæſt. 100. art. 3. ad tertium argumẽtum. & D. Auguſtinus tomo. 2. epiſt. 54. circa finem, vbi ait: Nõ ideò iudex debet vendere iuſtũ iudicium, aut teſtis verum teſtimonium, quia vendit aduocatus iuſtũ patrociniũ, & iuriſperitus verum cõſilium: illi enim inter vtramq; partem ad examina adhibentur, iſti ex vna parte conſiſtunt. Cum autem iudicia, & teſtimonia, quæ nec iuſta, nec vera vendenda ſunt, iniqua, & falſa vendũtur; multò ſceleratius vtiq; pecunia ſumitur, quia ſcelerate etiam quamuis à volentibus datur; ille tamen ſolet tãquã malè ſibi ablatam pecuniam repetere, qui iuſtũ iudicium emit, quia venale eſſe non debuit: qui vero pro iniquo iudicio dedit, vellet quidẽ repetere, niſi timeret, vel puderet emiſſe. Sunt aliæ perſonæ

D. Thomas. *D. Auguſt.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

inferioris loci, quæ ab vtraq; parte non insolenter accipiunt, sicut officialis, à quo amouetur, & cui admouetur officium: ab ijs extorta, per immoderatam improbitatem, repeti solent: data per tollerabilem consuetudinem, non solent: magisq; reprehẽdimus, qui talia inusitate repetiuerunt, quam qui ea de more sumpserunt: quoniam multæ necessariæ personæ rebus humanis, vel inuitãtur huiusmodi commodis, vel tenentur. Isti si viam vitæ mutauerint, aut excellentioris conscenderint sanctitatis gradum, facilius ea, quæ hoc modo acquisiuerunt, tanquam sua paupe ribus largiuntur, quia non eis; à quibus accepta sunt, tanquam aliena restituunt. qui verò contra ius societatis humanæ, furtis, rapinis, calumnijs, oppressionibus, inuasionibus abstulerit, reddẽda potius, quàm donanda censemus: Zachęi publicani euãgelico exẽplo, qui cum hospitio dominum susce pisset, in vitã sanctam repente mutatus, dimidium, inquit, rerum mearum do pauperibus, & si cui aliquid abstuli, qua druplum reddo. Veruntamen si iustitia sincerius cõsulatur, iustius dicitur aduocato: redde, quæ accepisti, quando contra veritatem stetisti, iniquitati affuisti, iudicem fefellisti, iustam causam oppressisti, de falsitate vicisti, &c. hæc Augustinus, vbi aduerte testem comparari iudici, non quòd non possit pro expẽsis, & labore aliquid accipere, sed non pro veritate dicẽda, vt declarat D. Thomas dicto articulo quarto. *D. Thomas.*

23
Damnatur semper vẽditio iustitiæ, & assumptio donorũ à iudice, & gubernatore.

Semper autem propter supradicta, apud doctores damnabile habetur aut diuendere iustitiam: cum aliquis minister gubernationis pro actu, & administratione pretium sumit, aut cum testis pro testimonio, aut iudex pro iudicio accipit aliquid, vt constat per D. Augustinũ, & B. Thomam locis citatis, & opusculo. 21. ad Ducissam Brabantiæ, in medio, & dubio vltimo. *D. August.* *D. Thomas.*

vltimo. Adrianum quodlibeto. 9. artic. 3. ad secundum, & quodlibeto. 10. Paludanum in quarto sentẽtiarum distinct. 25. quæst. 5. art. 2. ante primam conclusionem, & D. Antoninũ secunda parte titulo primo cap. 5. §. 14. & 17. & Syluestrum in suma verbo symonia, & Angelum, Armillam, & alios, D. Nauarrum in manuali cap. 25. nu. 12. & libro de datis & promissis à nu. 43. maximè. 45. & per totum librum, & Couarruuiam in secunda parte regulæ peccatum. §. 3. nu. 1. Sotum lib. 3. de iustitia quæst. 6. artic. 4. & illi quidem de iudicialibus omnibus loquũtur ministris, & de teste idem dicunt: maximè Angelus symonia tertio, num. 31. Syluester num. 10. §. 2. Paludanus supra, & D. Antoninus dicto §. 17. Adrianus quodlibeto nono art. 3. ad secundum argumentum, post litteram. X. & quodlibeto. 10. art. 1. post litteram. G. Couarruuias supra num. 2. D. Thomas, & Augustinus vbi supra. *Adrianus.* *Paludanus.* *D. Antoninus* *Syluester.* *Sumistæ.* *Couarruuias.* *Sotus.* *Paludanus.* *D. Antoninus.* *Adrianus.*

24
In iudices dona accipientes & retributionem spectantes.

Et ideò acerbe semper puniti sunt iudices, qui dona, & munera à subditis, & litigantibus acceperint. quod lege duodecim tabularum cauebatur: iudicem qui ob rem dicendam, & pro iudicio pecuniam accepisset, capite puniendum fore, vt affert Aulus Gelius lib. 20. cap. 1. eundemq; rigorem apud antiquos vbiq; esse seruatum docet Valerius maximus lib. 6. cap. 5. qui etiam memorabile exemplum Cambisis Regis Persarum narrat; à quo iudex quidam, qui pecuniam acceperat, ita punitus est, vt & morte, & excoriatione in illum animaduerterit; & postea excorio ab illo extracto, iudicum sedem cooperiri iusit, & filium excoriati successorem patris in officio, tristisq; illius sellæ sessorem esse voluit. Deinde quot pœnæ iure ciuili aduersus huiusmodi corruptos iudices statutæ sint, cõstat in lege Iulia. §. vltimo. ff. ad legem Iuliam *Leges duodecim tabularũ.* *Aulus Gelius.* *Valerius max.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

repetundarum.lege. 1. &. 2. ff. de conditionibus ob turpem causam.lege sancimus codice ad legem Iuliã repetundarum.lege venales codice quando prouocare necesse est.idẽq; per Pontifices iure canonico statutum est,per Innocentium.III.cap.cum ab omni de vita,& honestate clericorum,qui venales sententias omni lege prohibitas esse dicit, sicut & Innocentius quartus concilio Lugdunensi præsidens, cap. 1. de sententia & re iudicata lib. 6. quod & sub excommunicatione vetauit Bonifacius.VIII. in extrauaganti communi de sententia excommunicationis,& Gregorius. XIII. motu proprio speciali de datis & promissis , quam decretalem doctor Nauarrus speciali commentario explicauit, vbi Pontifices datum , aut promissum iudici,& officiali iustitiæ grauiter prohibent,non tantum pro iniusta, sed & pro iusta administratione iustitiæ. quod & Pontifices alij vndecima quæst.3.vetarũt: præcipuè Gregorius capite qui recte,vbi ait: qui rectè iudicat, & præmium remunerationis expectat,fraudem in Deum perpetrat: nam iustitiam,quam gratis impertiri debet,acceptione pecuniæ vendidit,bonis malè vtuntur,qui pro temporali lucro iuste iudicant: tales quippè ad veritatẽ nõ iustitiæ defensio,sed amor præmij prouocat, quibus si spes nummi subtrahitur, confestim à iustitiæ confessione recedunt; acceptio nũmorum præuaricatio veritatis est,vnde & pro iusto dicitur:qui excutit manus suas ab omni munere, iste in excelsis habitabit. hæc Pontifex de venditione iusti iudicij loquutus est grauiter,quanto grauius de vẽditione iniusti iudicij censeret loquendum; cum illud iniuriam iustitiæ,& officio iudicis irroget; hoc vero id malum habet, & iniuriam priuatis infert. Quod certè magnæ demẽtiæ tribuendum est , cum iudex pro alieno cõmodo graue

Innoc. 3.

Bonifacius. 8.
Gregor. 13.

Nauarrus.

D. Gregorius.

25 Quæ in hac re sententia Gregorij magni fuerit.

graue damnum sibi inferri patitur, & pro paruo tẽporali lucro damnationem incurrit, quod per Isaiã cap. 1. Deus sic reprehendit: Principes tui infideles, socij furum, omnes diligunt munera, sequuntur retributiones, pupillo non iudicant, & causa viduæ nõ ingreditur ad illos. vbi adnotandum est, reprehendi iudices, qui vel muneribus, vel spe gratiæ , & retributionis potentum accipiunt personas, afflictos , & pauperes despiciunt, iustitiamq; diuendunt. quod immane scelus est iudicum,qui cum patres esse deberẽt, diuinoq; more pusilli,& magni curam habere; vel fures,vel afflictores potius, quã defensores fiunt. Idẽq; vitium in ipsorum ministris fœdum esse constat; q̃ D. Basilius in commentario huius loci; de his Principibus loquens, his verbis exaggerat: an non omnino hosce marsupicipidas sentiendum est esse fures? an potius quam,qui in balneis se loturos spoliauit indumentis? quin etiam fures censendi sunt , quibus ductandi exercitus demandata est prouincia; aut certè ij, qui assumpto Principatu ciuitatum , & gentium, clãculum quiddam suppilant,quæ autem ad rempub. attinent extorquent vi: quin & iſ, qui putatur præsidere ecclesiæ, à talibus accipit munera,videlicet ad suam vnius oblectationem , & vsum , obtento interim prætextu honoris istius, se contingentis ratione præsidentiæ,&c. (& paulò post se explicat, loquens de acceptis præter salarium iustum,his verbis) qua nã alia causa Principes hic coarguntur : diligentes munera;sanè quàm dictum exactè est hoc:diligentes munera, siue dona; sic enim calumnijs traducerentur, quibus per hanc vitæ societatem , pro exhibito officio decenter conferuntur munera; sed dictum est:diligentes munera: hoc est, qui immodica cupiditate accipiendi intabescunt, &c. Hæc Basilius.

Isaias.

D. Basilius.

Quam

Universidad de Deusto
Biblioteca

26 Nocumenta reipublicæ ex auaritia gubernantium.

Quam ob causam iudices, qui auaritiæ sunt dediti, aut prælati etiam, non paruum reipublicæ venenum arbitrandi sunt. siquidem vel auertũt homines à iustitiæ petitione, & à Dei obsequio, vt filios Heli iudicis, & sacerdotis fecisse scribitur. 1. Regum. 2. quòd certè graue scelus esse in eo, qui cæteris exemplo potius, quàm ruinæ esse debet, optimè expendit B. Gregorius in commentarijs eiusdem loci. 1. Regum, suo libro. 2. cap. 3. & B. Hieronimus in illud, Isaiæ primo, Principes tui infideles, & B. Chrisosto mus tomo. 1. ibidem. Vel in violationẽ iustitiæ ipsi iudices incidunt, ea de causa propter quã magna supplicia à Dei manu experiri solet respub. vt Micheas Propheta cap. 3. deplorabat his verbis: Veruntamen ego repletus sum fortitudine spiritus domini, iudicio, & virtute, vt annuntiem Iacob scelus suum, & Israel peccatum suum. Audite hæc Principes domus Iacob, & iudices domus Israel, qui abominamini iudicium, & omnia recta peruertitis: qui ædificatis Sion in sanguinibus, & Hierusalem in iniquitate; Principes eius in muneribus iudicabant, & sacerdotes eius in mercede docebant, & Prophetæ eius in pecunia diuinabant, & super dominum requiescebant, dicentes: Nunquid non dominus in medio nostrũ? non venient super nos mala: propter hoc, causa vestri, Sion quasi ager arabitur, & Hierusalem, quasi aceruus lapidum erit, & mons templi in excessa syluarum. Quod testimonium B. Hieronimus intelligit de iudicibus, & Pontificibus, qui actus gubernationis pretio, & muneribus vendunt. Quod etiam apud gentes venditionis iustitiæ scelus adeò fuit turpè, vt, ne corruptioni iudicum locus vllus daretur, Lacedemones interfeciſſe eos, qui in eam rempublicam primùm pecunias inuexerunt, docet Plutarchus

Reges.
D. Gregorius.
D. Hieronim.
D. Chrisosto.
Micheas.

tarchus in opusculis moralibus capite penultimo. *Plutarchus.*

27 Hæc satis sint generaliter præscripta de puritate necessaria, fugiendaq; auaritia, constituendaq; sustẽtatione gubernatorum reipublicæ. Nũc autem quid in speciali censendum sit, in hac re dicendum erit. Et primum constituemus quid statutum sit, & quo iure, circa gubernantium, & ministrorum reipublicæ commoda concessa, vel vetita. & quid in speciali eis liceat, vel turpe sit in hac re explorandũ erit.

Quæ liceãt, vel ve centur ministris rei publicę specialiter.

Secunda propositio.

Secundo ergo loco statuendum est; iure naturali, & diuino mortalem, vetitãq; esse iniustitiam gubernantium, & ministrorum reipublicæ; si præter æquitatem, aut contra voluntatem dantium aliquid extorqueant pretij, aut munerum; vel cũ propter hæc peruertunt iustitiam. Sed tamen naturali iure, ac diuino concessum est illis iustum, pro sustentatione, & laborum remuneratione, stipendium.

Hoc autem dogma constat satis ex dictis à nobis in probatione præcedentis primæ propositionis. ℣ etiam vltima parte est per se manifestum, cũ dignus sit operarius mercede sua, vt dominus Matthæi. 10. & Paulus. 1. Corinthiorum. 9. docuerunt; & ratio ipsa humana ostendit dignum esse remuneratione beneficium in nos collatum, & laborem vniuersum. Deinde patet etiam primum: iniustitiam, & furtũ vetari diuina, & naturali lege Exodi. 20. Matth. 22. & pluribus alijs locis sacris. Idq; iudicibus, & eorum ministris, etiam iniungi certum est, cum & homines sint similes alijs, & communis ea, naturalisq; lex, domini sententia Matthæi. 7. sit confirmata: quod tibi non vis, alteri ne feceris, etiam gubernatores, & eorum ministros comprehendit. Ob idq; tanta cura illis diuina prouidentia commendauit fugam ab iniusta extorsione, & muneribus, Isaiæ. 1. Micheæ. 3.

Domin. apud Matthæum.
D. Paulus.
Exodus.
Isaias.
Micheas.

Deute-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deuteronomij decimo, &. 16. vbi illa aurea sententia scripta est: non accipies personam, nec munera, quia munera excœcant oculos sapientum, & mutant corda iustorum. iustè quod iustum est, persequeris. & Psalmo. 14. inter conditiones eorũ, qui in cœlis habitaturi sunt, ea ponitur; qui munera super innocentẽ non accepit. sicut Psalmo. 25. vt dãnandorum conditiones, iniquitas, & munera cõnumerantur. sed hæc iniusta esse iure naturali, & diuino intelliguntur solum, cum extorsionem, & excessiuam superfluitatem cõtinent, vt doctè doctor Nauarrus loco infra citando scripsit, non vero si moderata, & voluntariè data fuerint.

Deuteronomi.

Psalmista.

Nauarrus.

28 Tertia propositio de taxatione, & quid iura disponant circa gubernantium, & ministrorum reipublicæ commoda.

Obligatio legum.

Sed nunc tertio loco videamus quid lege humana ecclesiastica, & seculari, circa hæc stipendia, & cõmoda iudicum, & ministrorum reipublicæ sit cautũ. In qua re primo loco supponimus: leges iustas obligare in foro conscientiæ, sicut apertum testimoniũ Pauli docet ad Romanos, & ad Hebræos capite. 13. vbi non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam, obediendũ esse mandatis, & legibus Principum temporalium, & ecclesiasticorum præcipit; & ita etiam si pœnam addant, non ob id obligatio conscientiæ aufertur, quia loco Dei, & consensione reipub. validè præcipiunt, & puniunt, & Apostolus vtrunq; coniunxit, sicq; doctores omnes benè sentientes docent: leges omnes, & has de quibus loquimur, obligare in foro conscientiæ, etiam si pœnales sint, vt constat per D. Thomam prima. 2. in quæst. 69. artic. 5. vbi Cardinalis Caietanus, & magistri. item per Sotum. 1. lib. de iustitia quæst. 6. & lib. 3. quæst. 6. artic. 7. lib. 4. quæst. 6. artic. 4. fratrem Alfonsum Castro in libris de lege pœnali, & maximè lib. 1. cap. 4. Driedonẽ tomo. 3. lib. 2. de libertate christiana,

D. Paulus.

Doctores.

christiana, à cap. 44. Couarruuiam in regula peccatũ secunda par. §. 5. & cap. cum esses de testamentis; à numero. 4. &. 4. decretalium cap. 6. §. 8. à num. 6. ad. 12. doctorem Auiles cap. 8. prætorum, Didacum Perez lib. 2. ordinamenti tit. 23. lib. 4. & lib. 2. titu. 9. Quæ communis doctorum sententia est. quanuis magister Sotus dicto artic. 6. in responsione ad quartum dicat, non sibi placere, quod aliquando in legibus vinculum conscientiæ exprimitur. & Nauarrus in manuali cap. 23. à num. 48. siniſtrè de hac re loquens, & contra communem sententiam dicit: Non velle Principes obligare subditos in foro conscientiæ per leges suas; sed vera est, & communis, sacriſq; testimonijs apertè comprobata contraria sententia.

Sotus.

Nauarrus.

Taxatio stipendiorum obligat in cõscientia.

Quibus præmissis illud quoq; cõmemorandũ est iure optimo in jis stipendijs, & commodis gubernatorum reipublicæ taxationes certas constitutas esse legibus secularibus, & ecclesiasticis, quia & Princeps, aut Pontifex, aut respublica respectu suorum subditorum, ius habent imperandi, & decidendi ea, quæ dubia esse possunt, atq; ea, quæ in exercitio, & opere possunt perplexitatem, atq; inconueniens afferre; cuiusmodi sunt hæc, de quibus agimus: nam nisi ministris reipublicæ taxata essent hæc stipendia, & commoda, daretur facilis occasio subripiendi, & extorquendi iniusta commoda; aut per potestatem, qua vigent gubernatores, aut per auaritiam, aut saltim posset fieri locus deceptioni, & varietati opinionum, qua quisque opinaretur æquum esse, quod iniquum est, & necessarium, quod superfluum, & è contrario: lex verò cum matura consultatione fiat à Pontifice, vel Principe, aut republica ipsa, non continet illud periculum. Sed quæ illa sint per leges in hac parte statuta, breui subijciam, quæ longius videri possunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

possunt relata per iuris doctores, & sumistas, titulo iudex, tabellio, & aduocatus, & doctorem Nauarrũ tractatu de datis, & promissis, super extrauagantem Gregorij XIII. quoad ecclesiastica iura ministrorum iudicij ecclesiastici; quoad secularia verò ministrorum reipublicæ stipendia, & iura præcipuè quæ ad Hispanos attinent, scripsere doctor Didacus Perez super librum secundum Regij ordinamenti, titulo. 23. lege. 4. ad finem, & doctor Auiles super caput primum, &. 8. de prætoribus, & Matienço in dialogis suis, & Episcopus Simancas de institutionibus capite. 34. *Nauarrus.*

29 Ministris ecclesiastici iudicij quæ taxatio sit constituta commodorũ suorum.

Iam ergo in speciali, quid in hac re ecclesiasticæ leges pro iudicij ecclesiastici ministris statuerint, accipito. Romanæ curiæ officialium iura, & salaria sæpè per Pontifices ad iustam moderationem redacta sunt, prohibitis superfluis muneribus, datis, vel promissis. Ita constat per plures proprios motus de hac re editos, sub excommunicatione per Pium. IIII. Pium. V. & Gregorium decimum tertium (quos motus ego legi) & prius per Bonifacium. VIII. extrauaganti secũda de sententia excõmunicationis, per Gregorium. XIII. speciali motu de datis & promissis, quẽ cõmentatus est doctissimè doctor Nauarrus, exponens pœnas illius extrauagantis intelligi, & incurri solum, cum aliquid recipitur, pro pretio iustitiæ, vel gratiæ ecclesiasticæ, & in re graui: aliter in re iusta, & parua non delinquitur grauiter, vt probat ille. Item iusta, & pia stipendia per modum sustẽtationis, conceduntur sine scrupulo ecclesiastici iudicij ministris omnibus, iudicibusq;, ac præsulibus, licet superflua, & iniqua prohibeantur, vt constat decreto Innocentij. III. capite cum secundum Apostolum de præbendis, capite Apostolicam de sy- *Iura canonica.* *Nauarrus.*

de symonia, & capite cum Apostolus de censibus, & in sexto titulo eodem per Gregorium. X. capite exigit, & per Bonifacium. VIII. capite fœlicis, & per Bonifacium. IIII. cap. Romana. §. penultimo, & per Benedictum. XII. extrauaganti prima de cẽsibus. quanuis in Hispania, in Taraconensi concilio, vt habetur cap. obseruandum. 15. quæst. 2. prohibitum fuerit ecclesiasticis ministris illa commoda accipere à litigantibus. quod tamen Gratianus illic de professis canonicorum regularium intelligit, nõ de alijs. Vel cum alias sufficientes reditus ex officio, vel dignitate obtineant: in quo casu prohibita est alia assumptio omnibus ecclesiasticis ministris: nisi cum non vsquequaq; sufficiẽtes pro dignitate sint, per Innocentium. III. cap. cum ab omni de vita, & honestate clericorum, cap. inter cætera de officio ordinarij, cap. cum Apostolus de censibus, per Gregorium primum capite charitatem. 12. quæstione. 2: Vbi etiã & decreto Bonifacij. VIII. cap. statutum. §. in super de rescriptis in sexto, conceditur iudicibus, & ministris ecclesiasticis, cum extra domum sunt, victualia quædam consumptibilia, vt munuscula à partibus non pauperibus recipere. Insuper & iudices ecclesiasticos pœna pecuniaria punire reos posse, & eam in suum commodum conuertere, cum egent, defendunt Episcopus Couarruuias libro. 2. variarum cap. 9. à num. 9. & alij doctores. D. Antoninus. 2. parte titulo. 1. capite. 4. §. 2. Durandus quarto sententiarũ distinctione. 25. quæst. 3. numero. 14. Tandem moderatio commendatur in his rebus per Tridentinũ concilium sessione. 23. cap. 1. & .24. cap. tertio de reformatione, & capite. 18. Postremo standum est consuetudini, cum hæc habeat vim legis, illamq; deroget: per Pontificis, seu Principis, aut reipublicæ *Couarruuias.* *D. Antoninus.* *Durandus.* *Trid. conciliũ.*

Consuetudo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in suis dictionibus dissimulationem, vt constat iuris titulo de consuetudine, & in decretis vsq; ad. 12. distinctionem, & ita consuetudine obtentum esse videmus, vt iudices, & prælati ecclesiastici, atq; ipsorũ ministri sumant stipendia, & iura quædam, & à Põtificibus, & à partibus litigantibus, & priuatis, quæ licere iam diximus in probatione. 1. propositionis: vt victualia, assessoriæ, & similia non immoderata; & quæ non tacitè; & subreptitiè sumuntur, quia tale contra id, quod licitum censetur, vsurpatum est, & contra voluntatem dantium. at verò quæ sincerè, publicèq;, & videntibus, & consentientibus prælatis fiunt, consuetudine iusta censentur.

30 Secularibus magistratibus, gubernatoribus, ac ministris eorum, quę taxatio commodorum sit constituta à legibus?

Sed ad secularis iudicij ministros omnes deueniẽdo, dicimus primo: moderationem esse omnibus commendatam: ita vt iniusta, & superflua exigere vetetur, moderata verò, & etiam parua munuscula recipere quandoq; & iudici, & officiali conceditur per Vlpianum in lege solet. ff. de officio Proconsulis, & legati. vbi inter alia dicit: vetus prouerbium est; ἔτε πάντα, ἔτε πάντοτε, ἔτε παρα' πάντων. nam valde inhumanum est à nemine accipere: sed passim vilissimum, & omnia auarissimum. Quæ omnia antiquo iure ferè arbitrio boni viri relicta erant, lege: peto. C. de officio præfecti, authentica: sed hodie, C. de Episcopis, & clericis: lege salarium. l. 1. C. mandati. l. 1. ff. de varia, & extraordinaria cognitione: &. l. plebiscito. ff. de offi. præsidis: paruis permissis, negãtur maiora.

Iura antiqua.

Moderatorũ sumptio.

Antiqua taxatio.

31 Pro Hispania, Aranzel pro iudicibus, & officialibus.

In Hispania verò prudenter à Regibus constituta taxatio est (quam nos Aranzel vocamus) pro salarijs, & iuribus quoruncunq; iudicum, & officialiũ reipubl. & decernitur expresse, hæc in conscientia obligare, lege vlt. tit. 3. lib. 2. del Ordenamiento real, & rursus nihil vltra sumi posse, etiam si offeratur, habetur

Hispania iura

habetur cap. 1. de los Corregidores, sed pro iudicibus, & scribis ordinarijs decernitur taxatio iuriũ lib. 3. legum Hispaniæ: sed specialius, ibi tit. 9. l. 19. & tit. 10. &. 12. vsq; ad. 15. & toto lib. 4. maxime. à tit. 21. vsq; ad finem, vbi vsq; ad annum. 1569. per Philippum secundum in speciali quidem decernitur, & augetur taxatio ab antiquioribus regibus constituta.

Sed iudicibus, & officialibus supremorum regis prætoriorum interdictum est, sub pœnis redditionis dupli, priuationis officij, imo & periurij contra iuramentum, quod super hac re fieri ab illis iubetur, ne recipiant per se, neq; per alios pauca, nec parua, nec multa, nec comestibilia, nec alia munera à partibus litigantibus de præsenti, neq; quę litigauerunt, neq; quæ probabiliter litigaturæ sperantur, neq; ab aduocatis, & officialibus curiæ, per legẽ. 6. &. 56. tit. 5. lib. 2. Recopilationis, & legẽ. 16. &. 17. tit. 7. eiusdem lib. &. legẽ. 11. tit. 13. ibi, & taxatio ponitur pro officialibus in quibusuis prætorijs Regijs lib. eodem tit. 18. l. 2. & tit. 19. l. 5. præter procuratores, & aduocatos.

Ordinarijs, & delegatis iudicibus quibuscunq;, etiam lata est interdictio munerum similis leg. 5. & 6. tit. 9. lib. 3. Recopil. & in cap. 1. &. 8. de los Corregidores. Deinde taxatio, & Arãzel iuriũ cum præceptione, ne ab illis excedãt, cõstituitur: Pro iudicibus in capite primo prætorum, & libro tertio Recopilationis, titulo nono, lege quinta: pro tabellionibus libro quarto Recopilationis, titulo vigesimoseptimo, & pro curiæ officialibus, & Regis prætoriorum ministris. libro tertio, titulo nono, lege decimanona, et libro secundo, titulo decimooctauo, lege secunda: et titulo decimotertio, lege vndecima: titulo decimo nono, lege secunda, quinta, et decimaoctaua: titulo

Universidad de Deusto
Biblioteca

vigesimo, lege decimaoctaua, vigesimasecunda, vigesima quarta; trigesima quarta, & vsq; ad titulum vigesimum quintum, hæc intelligo vbi in vsu sunt.

Specialis consuetudo.

In super & consuetudine, atq; constitutionibus inferiorum quorundam prætoriorum, minoris stipendij taxatio inuenitur apud nostros, quæ vbi viget, obseruanda est in conscientia: quoniam in bonum reipublicæ cedit, nec ei contradicit Regia constitutio, nisi inferior in suma stipendij regiam taxationem excederet, in quo casu inferior esset limitanda in cõscientia: etiã in ecclesiasticis, quia tenentur seruare leges taxationis, vt dixi suprà. *Suprà quæst. 2 nu. 70. & hac quæst. nu. 28.*

Pro aduocatis, & procuratoribus.

Pro aduocatis vero, & procuratoribus taxatio, & Arãzel constituitur; & ad taxationem consilij regij, & iudicum plura remittuntur libro secũdo à lege decima sexta, vsq; ad vigesimã nonam in recopilatione regia. Sed constat proculdubio eam taxationem, & leges istas non obligare illos in conscientia: quia certum est non esse in vsu, sed hos pro voluntate sua, & litigãtium, & iuxta æquitatem consuetàm, variam satisfactionem sui laboris recipere. Et ita tantũ tenebuntur moderationem obseruare, quam cõmendant D. Augustinus circa finem epistolæ. 54. & D. Thomas in articulo. 4. quæst. 71. 2. 2. Imo addiderim non posse lege iusta omnino taxari horum stipendia: quia negotia varia, & inæquales diligentiæ, varia remuneratione digna sunt. Neq; pro folijs, vel actibus iudicialibus vt in cæteris, stipendiũ taxatur: & certe labor, diligẽtia, & studiũ istorum elaboratã rem iudici tradũt: ideoq; parti interest eorũ remuneratio. nec de legũ iustitia disputamus, sed contraria consuetudo patens est, & in cõspectu principum accepta, priuilegij vim habet; & legem vincit: vt habetur. 8. dist. decreti. *D. August. D. Thomas.*

32 Pro testibus.

Testibus etiam concedi licite expẽsarum, & damnorum,

norum, quæ ob dicendum testimonium incurrerũt, satisfactionem, censent D. Thomas, & Diuus Augustinus vbi suprà, & Angelus verbo simonia tertio, in numero trigesimo primo, Syluester numero decimo, Adrianus quodlibeto nono, articulo tertio, ad secundum littera. X. & quodlibeto decimo, articulo primo, post. G. D. Antoninus secunda parte, titulo primo, capite quinto. §. decimo septimo, Paludanus in quarto distinctione vigesima quinta, quæstione quinta articulo secundo ante conclusiones: Nauarrus in Manuali capite vigesimo quinto, numero quadragesimo quinto; & Couarruuias regula peccatum. 2. parte. §. tertio, numero secundo, propter cõstitutionem Bonifacij. VIII. capite statutum. §. proferendo de rescriptis in sexto; & propter æquitatem, cum non feratur pretium pro veritate; sed pro labore, & restauratione damni, quæ licite, ab eo qui causam dat, exiguntur. *Idem, & alij Doctores.*

33 De causis paupertum gratis agẽdis.

Cæterùm apud nostros vsu, & legibus Hispanis obtentum est, vt qui paupertatem probauerint, gratis litigent; neq; iudices, aut officiales, & aduocati, ac procuratores exigere aliquid possunt, per legem decimã nonam, titulo decimo sexto, & legẽ quinquagesimã sextã, titulo quinto, libro secundo recopilationis, & legẽ octauã, titulo vigesimo quinto, libro quarto; & notat Couarruuias huius rei consuetudinem capite septimo, quæstionum practicarũ: quod certè æquissimum esse non est dubium: cum vel facultatibus, vel auxilijs necessitate oppressos proximos leuandos esse lex diuina, & naturalis omnibus indixerit. quod nos, Deo fauente, peculiari de eleemosyna tractatione persuadebimus.

34 Iurant iudices, & officiales circa discessum ab auaritia.

Adeò autem hæc iudicum, & officialium rei publicæ integritas, & discessus ab auaritia curæ fuit sem-

Universidad de Deusto
Biblioteca

per principibus, vt ab illis exigatur per Imperium legũ iuramentum de omnimoda fuga receptionis munerum quorũcunq; : quod primum statutum fuit iure communi per Imperatorem Theodosiũ lege sancimus. C. ad legem Iuliam repetundarum, & in Hispania idem decretum est libro secundo Recopilationis, tit. 5. leg. 6. & 56. & tit. 13. l. 11. & tit. 18. l. 2. titul. 19. legẽ. 5. vbi de supremis regijs prætorijs : vt de grauioribus sermo est : & ita dubitandum non est, sed omnino certum, sub mortali teneri publicos ministros ad obseruationem iuramenti præstiti, & consuetudine proborum simpliciter recepti. Non verò arctè tenebuntur non iurantes, aut quorum iuramẽtum latè intelligitur communiter, licet omnes ad æquitatem, & obseruationem legum receptarum teneantur: sed quãdo ad restitutionẽ obligentur, vel non, dicam inferius. *Lex Theodosij.*

Supplicia extorsionũ, & excessuum.

Insuper & in pœnam delicti iudicis, & officialis reipublicæ, qui extorserint munera, aut aliquid non debitum ab ijs, qui ad iudicium conueniunt, præter pœnas repetundarum de quibus paulò ante dixi, etiã dicta lege sancimus quadrupli pœna vterque: dans, & accipiens punitur. Statutumq; est ius repetendi: tum iure canonico, quo conceditur repetitio ei, qui male aliquid dedit iudici, non impleta promissione, per Innocentium. III. capite dilectus primo, de simonia: tum etiam iure ciuili conceditur repetitio ei, qui dedit iudici, vt benè ageret: non vero ei, qui dedit, vt male ageret iudex; in pœnam etiam delicti dantis, vt decidit Vlpianus lege. 2. ff. de conditionibus ob turpem causam. & huiusmodi res male datas, & acceptas restituendas esse pauperibus, seu in pias causas, cautum est capite de hoc de simonia, & capite qui habetis. 14. quæst. 5. istũq; vsum iustum esse defendunt

Repetitio.

Suprà nu. 24.

Iura.

Couarruuias

Couarruuias regula peccatum secunda parte. §. 3. numero. 1. Auiles in capite primo de Corregidores, & Angelus verbo iudex numero. 18. Imo & D. Augustinus ante finem epistolæ. 54. D. Thomas secunda secundæ quæstione. 71. articulo. 4. quod concedunt Nauarrus in manuali cap. 17. nu. 33. & 34. Sotus in responsione ad secundum dubio vltimo in articulo primo quæstionis septimæ libri quarti de iustitia; Docent tamen isti duo authores: ante condemnationem, leges illas non obligare in conscientia, sed debere ministrum iustitiæ corruptum reddere munus ei, qui dedit: scilicet, quando fuit inuolũtarius, sed per sentẽtiam in pœnã delicti, iustè illa dãtur pijs causis. At cum lata non est sententia, non auferetur dominium rei datæ à domino. Sed de his satis. Nunc autem ad dubia quædam præcipua, quæ hinc insurgunt, dissoluenda properamus.

35

Quarta propositio de receptione iniusta, contra taxationem impositam ministris reipublicæ.

Primum igitur nunc quarto loco constituimus: iniustam esse acceptionem cuiusquam iuris, aut muneris à ministro reipublicæ commissam, siue tyrannice contra voluntatem dantium, siue etiam ex placito expresso eorum; si minister reipublicæ illa recipiat pro actu suæ administrationis, contra taxationem legis, & consuetudinis receptæ. At vero etiam ad restitutionem obligat receptio, si præter liberam voluntatem dantium contingat. Pœnas verò à legibus statutas non ante condemnationem, sed post illam obligare certum est.

Probatio & ratio prima de datis cõtra legem.

Ad intelligentiam huius resolutionis meminisse oportet theologicæ doctrinæ, communisq; cõsensus theologorum, & iuristarũ in materia restitutionis, & legum. Nam primo certum est inobedientes legibus iustis, & consuetudinibus receptis peccare grauiter, quoniam obsistũt iustitiæ, ordinationi, & Deo

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secunda de prætextu donationis.

etiam, à quo originem habet potestas omnis, vt Paulus ait ad Romanos. 13. & ideò iniusta erit acceptio contra leges; siquidem violatur ius obedientiæ. Etiá si voluntarie detur à priuatis quicquam: quia etiam in eo casu prohibetur ministris reipublicæ receptio cuiuspiam præter taxationem, vt paulò ante dicebamus, habeturque lege sancimus codice ad legem Iuliam repetundarum, & per Innocentium. IIII. capite Romana. §. penultimo de censibus in sexto. & legibus Hispaniæ cap. 1. &. 8. de prætoribus, & circa aduocatos lege. 19. tit. 16. lib. 2. Recopilationis, & circa tabelliones lib. 4. tit. 27. lege. 1. quamuis circa delegatos iudices, & receptores, & similes concedatur, causa itineris, aliquid sumi posse, quod breui consumatur, mera voluntate dantis oblatum, per Bonifacium. VIII. capite statutum. §. insuper de rescriptis in sexto. quod non datur ordinarijs qui habent salaria, vt docet Innocentius. IIII. capite Romana. §. penultimo de censibus in sexto, & legibus regni nostri in Recopilatione lib. 2. tit. 5. lege quinquagesima sexta, & titulo septimo lege decimasexta, & libro tertio titulo nono lege quinta. quãuis antiquiori iure permitteretur per Vlpianum lege solet. ff. de officio proconsulis. l. plebiscito. ff. de officio præsidis. Itaq; legibus recentioribus cum sit prohibitum, qui violat certè inobediens est, & grauiter delinquit. Cum præcipuè id maximè expediat, eo quod coercenda sit auaritia, & inordinata cupiditas per rigorem istum. tum etiam expedit obstare cautionibus eorum, qui sub prætextu donationis, extorquerent multa contra voluntatem dantium. Et ideò merito legibus est interdicta receptio munerum, præter taxationem officialiũ reipublicæ, etiã sub palliatione volũtatis dantium; quid vero corã Deo sit, dicemus.

Iura.

De consumptibilibus.

Præterea

Ratio tertia de datis contra voluntatem dantis.

Præterea manifestum erit consideranti leges virtutis iustitiæ, id omne quod extorquetur contra ius, & contra voluntatem dantium, restituendum esse, & iniuste auferri: quia furtum in ea re committitur. & id, nullo dubitante, doctores omnes theologi, & iuristæ concedunt. & ita idem de iustitiæ ministris extorquentibus vi manifesta, aut etiam tacita id, quod illis non debetur, est censendum. aduertaturq; solam comminationem, aut molestiam illatam à iustitiæ ministro satis esse, vt etiam donationes illæ factæ inualidæ in conscientia videantur: quia illicitas esse illas exactiones meticulosas censuit Vlpianus lege illicitas. ff. de officio præsidis, & Syluester titulo restitutio secundo. §. 7. 8. &. 9. Et quia priuatus cum propter redemptionem vexationis, quam timet, aut experitur per ministrum iustitiæ inferri, aut facit aliquid, aut omittit, non censetur facere spõtaneè, sed ex causa voluntatem suam coercet. vnde qui iniustã causam dat, in culpa est, & ad restitutionem damni tenetur in conscientia.

Vlpianus. *Syluester.*

36 Authoritas.

Et ideò communis sententia doctorum omnium ea est, vt ministri iustitiæ ad restitutionem obligentur, & peccent grauiter, si aliquid à priuatis litigantibus, aut ad iudicium conuenientibus sumant, super id, quod illis competit per taxationem legis, aut consuetudinis receptæ. ita Caietanus in suma verbo aduocatus circa finem, & verbo iudex ad finem, Syluester verbo restitutio secundo, & iudex numer. 13. ad. 15. Aduocatus ex num. 10. Tabellio num. 6. Angelus verbo collusio; & iudex ex num. 8. &. 15. ad. 19. vsq;, Aduocatus num. 15. &. 16. Armilla verbo aduocatus ex numero decimoquarto ad. 17. Iudex à numero. 6. ad. 11. & Tabellio ad finem Diuus Antoninus secunda parte titulo primo capite. 19. §. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tertia parte tit. 6. cap. 3. §. 3. &. 4. &. 6. & cap. 2. §. 4. Nauarrus in manuali cap. 17. nu. 33. &. c. 25. num. 12. 30. &. 44. & de datis & promissis ex num. 23. ad. 46. Couarruu. regula peccatum secũda parte. §. 3. ex num. 2. Sotus libro primo de iustitia quæst. 6. articulo. 6. ad. 4. & lib. 5. quæst. 8. art. 4. Adrianus in quarto de restitutione post mediũ fol. impressionis paruæ. 152. cap restat inquirere. Medina de restitutione quæst. 25. fol. 81. Couarruu. libro primo quæstionum practicarum quæst. 32. maximè in quarta sua parte, frater Medina in suma cap. 16. §. 3. 4. &. 5. Alcocer cap. 26. confessionarij, item Didacus Perez lib. 4. tit. 23. ad finem lib. 2. ordinamenti, Auiles capite primo prætorum verbo Ni lleuaran, capite. 8. verbo Aunque se lo quierã dar, Hocq̃, ipsum dogma singularibus verbis expresit B. Augustinus tom. 10. sermone. 19. de verbis Domini, cum præmisisset verba Ioannis Baptistæ Lucæ. 3. Neminem concutiatis, nec calumniam faciatis, sed contenti estote stipendijs vestris: Hic iam cognoscere debet omnis homo, qui militat: non enim tantum de his militantibus scriptura loquitur, qui armata militia detinentur, sed quisq; militiæ suæ cingulo vtitur, dignitatis suæ miles ascribitur: atq; ideò hæc sententia potest dici verbi gratia militibus, protectoribus, cunctisque rectoribus: quicunq; stipendia sibi publicè decreta consequitur, si amplius quærit, tanquam calumniator, & concussor Ioannis sententia condemnatur. vsq; adeò autem hoc inoleuit malum, vt iam quasi ex consuetudine vendantur leges, corrumpantur iura, sententia ipsa venalis sit, & nulla iã causa possit esse sine causa. Hæc Augustinus. *D. August.*

37 Obiectionum solutio. De labore ministri.

Nec in hoc magna difficultas est, consideratis veris theologiæ principijs. nec difficultatem iustè excitabit

tabit consideratio laboris ministri iustitiæ, quoniam hic labor iusta mercede, & taxata compensatur. nec etiam si quis dixerit voluntate sua, & si aliquantum egre, & difficulter dantem donum aliquod ministro iustitiæ, illud conferre libere, sicut qui proiecit merces in mari, qui sane voluntariè id egit, vt docet B. Thomas prima secundæ quæst. 8. sed respondetur, licet hoc sit satis, vt actus liber sit, non tamen est satis, vt transferat dominium, neque vt excusset restitutionem, vt docent communiter doctores: præcipuè Syluester verbo restitutio secundo. §. 7. 8. &. 5. & Angelus verbo iudex num. 9. Syluesterque num. 13. Adrianus quodlibeto. 9. artic. 3. littera. G. & H. & Nauarrus de datis & promissis num. 45. & 48. qui docent extorta per molestias ministrorum iustitiæ à priuatis esse iniusta, & restituenda. Et ratio est quoniam donatio omnis non solum voluntaria, sed spontanea esse debet. & furtum, ac tyrannis non solum committitur à latrone, qui manus deprædati ligat, sed etiam ab eo, qui metu facit, vt deprædatus det ea, quæ latro petit: eo quod communi gentium consensione circa rerum dominia hoc sit constitutum, vt nullus censeatur rem suam à se abdicare, nisi spontaneè faciat, & sumens, bona fide sumat. At si vel manifesta vi, aut metu, aut æquiualentibus molestijs minister iustitiæ extorqueat aliquid vltra taxata, à priuatis, certè censentur ij coactè, & inuoluntariè dare. similiter quãdo ex statu, & signis dantis, colligi prudenter potest inuoluntaria datio ad redimendam vexationem: vt si pauper, vel non diues det plura; aut aliàs non largus, magnificè donat publico ministro: tunc, sicut cum aperit inuoluntarium affectum expresse, non est spontaneus: idem enim est morale signũ, quod expressum, &c. *D. Thomas.*

Contra violentas, & molestas extorsiones.

estq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

estq; genus pernicioſæ tyrannidis hæc moleſtiarum incuſsio, quam exercere ſolent ſolum illi iuſtitiæ miniſtri, qui Dei timorem longè abiecerunt, erga miſeros litigantes, qui ne litem perdant, & vexationem redimant, plura dare ſolent illis miniſtris; qui ea donatione ficta in conſcientia tuti non ſunt, ſed contra iuſtitiam peccant, & tenentur ad reſtitutionem. & idem omninò cenſendum erit, de quibuſuis contrahentibus, & extorquentibus, taciteq; ſubripientibus & ſi taceant illi, ne maius damnum incurrant: cum tamen ſit præter conuentionem, & præter valorem iuſtum: quia id omne eſt in voluntarium. Inſuper conſuetudines officialium, & priuatorum accipiendi ſuperflua alicuius momẽti; quòd ſcilicet taceant domini veſtium, vel operarum, non poſſunt excuſari: quia ad redimendam vexationem, vel ob ruborem tacentes in voluntarij ſunt.

Leges ad pœnam, & culpam obligant miniſtros iuſtitiæ.

Nec etiam contrariam tuebitur partem quis, ſi dixerit leges illas, cum ſint ſeculares, ſatis eſſe ſi obligent ad pœnam, non vero ad reſtitutionem. Quia vt ſupra dixi, lex iuſta omnis ad pœnam, ſi eam imponit, & ad culpam ſemper obligat ex ratione virtutis obedientiæ debitæ omnibus ſublimioribus poteſtatibus, vt dicebat Paulus ad Romanos. 13. In quo etiam aduertendum eſt non facilè damnanda eſſe iudicia legiſlatorum; ſed pro illis præſumendum: quia maturo conſilio reguntur, & ſæpe exceſsiui ſumptus officialium in cauſa eſt, vt non ſufficiant illis taxata ſtipendia: quod ſibi, & non alijs nocere debet. præcipuè cum in vnaquaq; prouincia ſoleat poſt tempus aliquod, taxatio ſtipendiorum iſtorum reuiſa immutari pro temporum exigentia. Inſuper & videmus prudentes, & modeſtos iuſtitiæ miniſtros, qui ab exceſsiuis ſumptibus abſtinẽt, & à ludis etiam,

Iuſtitia legum iſtarum.

D. Paulus.

etiam, non egere. ſic ergo ſi omnes facerent, non eſſet cur de taxationis iuſtitia conquererentur.

Ad reſtitutionem obligãt leges illæ.

Sed & vlterius aduerte, delinquentes contra leges illas taxantes ſtipendia miniſtrorum reipublicæ, nõ ſolum peccare contra obedientiam, ſed & ad reſtitutionem eſſe obligatos. quia peccant contra iuſtitiam, eo quod leges illæ non ſolum continent præceptũ, ſed etiam taxationem pretij, aut ſtipendij: pretij inquam locatæ operæ temporalis; & ſtipendij actus virtutis. & ita qui excedit hos limites, prętergreditur regulam iuris naturalis, quo cauetur ne plus æquo quis ſumat pro rebus, neq; vſurpet aliena ſine conceſsione Domini, vel gubernantis, quod eſſet furtum contra iuſtitiam. Taxatio autem ad capita reipublicæ pertinet, ne membra fluctuent, aut noceant ſibi mutuo. Tandem leges illæ iuſtè pœnam imponũt tranſgreſſoribus propter bonum reipublicæ, vt omnes ab iniuria abſtineant, ſed hæ pœnæ non debẽtur, niſi poſt condemnationem, vt manifeſtum eſt in cæteris.

Ad pœnam obligant poſt condemnationem.

38 Colligitur quæ ve tentur ſpecialiter.

Sed in ſpeciali oportet explicare ſupradicta. Dicimuſq; primo pro actu debito ex officio non poſſe iuſtitiæ miniſtrum ſumere aliquid, præter taxatum ſtipendium, & ius. Et ita docent omnes doctores, qui de hac re ſcripſerunt. Couarr. §. 3. 2. partis regulæ peccatum, Nauarrus de datis & promiſsis nu. 21. 31. & 43. ad. 48. in. Manuali. c. 17. nu. 33. & 34. c. 25. nu. 12. & 54. Medina à col. 10. de reſtitutione. q. 25. & quæſt. 27. columna. 12. Adrianus poſt medium materiæ de reſtitutione in quarto folio paruo. 152. quæſtione: reſtat inquirere. & quodlibeto decimo articulo. 3. argumento. 3. articuli primi, Angelus verbo concuſsio, & reſtitutio ſecũdo numero quinto, verbo iudex à numero octauo ad. 16. quem ſequuntur Armilla

Couarruuias. *Nauarrus.* *Medina.* *Adrianus.* *Angelus.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Armilla ibi à numero. 6. ad. 10. Sylvester à numero 13. ad. 15. & Tabellio num. 6. D. Antoninus tertia parte tit. 6. cap. 3. §. 6. Auiles in capitulis prætorum. Didacus Perez. 2. lib. Ordinamenti, tit. 23. in legem quartam, Mag. Sotus lib. 4. de iustitia quæst. 7. art. 1. ad. 2. & lib. 5. quæst. 8. art. 4. & frater Cordoua lib. 1. quęstionum quæst. 32. circa quartam opinionem, & in suma quæst. 67. &. 81. Alcocer in confessionario cap. 261. Bartholomæus Medina in suma cap. 16. §. 3. 4. &. 5. qui omnes docent hanc sumptionem alicuius, præter stipendium taxatum, esse vetitam ministris iustitiæ, & illos obligari ad restitutionem. Et ratio est, quia vt dixi, leges illæ continent præceptum, & taxationem in re graui, & cõuenienti reipublicæ, quã qui prætergreditur, incidit in iniustitiam, quia sumit aliena sine licentia domini: nam supponimus illum nolle dare aliud voluntariè, quam quod per taxationem exigitur. & minister iustitiæ in hoc casu sumeret aliena contra taxationem capitis reipubl. cuius est taxare non solum pretia rerum, sed etiam operum locabilium, & stipendiorum, & iurium pro personis, qui se in commune ministerium exercent. & ita fit vt nullus sit titulus iustus, vt minister iustitiæ sumat aliquid pro sua administratione, præter taxata stipendia, & iura. Præcipuè vero si hæc in speciali consideres in administratione debita, de qua loquimur, tibi erit hoc manifestius: nã minister iustitiæ in susceptione officij se obligauit ad administrandos actus debitos ex ratione illius officij, cũ stipẽdio præsignato, & iuribus taxatis: nã se ad officiũ obligauit, cum sciret, vel scire posset eam adesse taxationem; & ideò postea non potest vlterius exigere, sine iniuria Reipubl. cui se cũ illis conditionibus obligauit. Tandem taxatio publica, ad actus debitos ex officio lata

Armilla. *Sylvester.* *D. Antoninus.* *Auiles.* *Didac. Perez.* *Sotus.* *Cordoua.* *Alcocer.* *F. Medina.*

Ratio.

lata est, vt dixi. & ita iustum stipendium pro illis est illud, quòd taxatum est: cum lex valeat pretia apponere: aliter ergo iniustè ageretur: vt in cæteris etiã pretijs taxatis rerum fatemur, & circa huiusmodi ministrorum excessum, ita obligant ad restitutionem omnes præcitati doctores. Neq; video quem quam repugnantem, præter vnũ Innocentium, qui in caput pleriq; de immunitate, non obligat ad restitutionem in hoc excessu taxationis, sed à Medina, & Couarruuias supra impugnatur, caretq; fundamento. Non tamen includimus donationes voluntarias; & cũ quis in actibus nõ debitis occupatur: vt infra dicam: nũc enim solo titulo stipendij pro debitis nihil vltra taxationem ferri à ministro iustitiæ posse affirmamus. Vocamus verò debitos actus ministri publici, ad quos illum obligat officium, & circa quos taxatio fertur.

Innocentius.

39 De acceptis pro malo vel omissione à ministro reipublicæ.

Sed præterea inquirimus: an pro malo agendo, vel pro omissione liceat aliquid ferri à ministris reipublicæ? In qua quæstione primo loco, circa illicita, vt est peccare commissione, vel omisione, frangere leges, & statuta iusta officij, nõ exercere officium in necessarijs, occultare scripturas vtiles, vel eas disrumpere, molestare subditos, & litigãtes, & similia agere, circa hæc dico primo. Actio, & omisio circa huiusmodi res illicita est, & similiter ipsa promisio, & obligatio pro his rebus. probatur, quia malum est horum omnium obiectum, & actio circa hæc prohibita, & similiter corruptio, & violatio iudicij quàm mala sit, dixi superius. Dico secundo, in his casibus si adsit violẽtia, vel fraus, aut molestia notabilis, etiã est restituendũ, quod acceptũ est, datũve, pro omisione nociua: vt pro nõ administranda iustitia in rebus necessarijs reipub. probatur, quia ex vna parte nihil agitur, & ita nihil meretur stipendiũ; neq; lege taxatur; neq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

neq; donatio adest, quæ spontaneam libertatem requirit, ex alia parte; & ita nullus erit iustus titulus ad exigendum, vel retinendū tunc, sed erit rapina restituēda. Dico. 3. circa mala obiecta, licita est acceptio, & petitio pretij, vel donati, sine obligatione ad restitutionem in duobus casibus: & quando pro cōmissione, vel omissione donatio spōtanea adest; & circa commissionem mali, quando pascisci tur de pretio, aut stipendio: in vtroq; casu promissum peti, & datū retineri potest in conscientia. probatur primo, quia in primo casu donatio naturaliter prębet ius, & trāsfert dominium, vt infra probabo. in secundo verò casu pactū id ipsum agit, & actus positiuus vtilis est dignus pretio, & est laboriosus, & æstimabilis: & hæc intelligo post impletam conditionem. Adnotabisq; hanc esse sententiam communem, tum D. Thomæ. 2.2.q.32.art.5. ad secundum, Angeli in suma verbo concussio, Mag. Soti lib.4. de iustitia, quæst.7. art. 1. ad secundum, episcopi Couarr. in regulam peccatum parte.2.§.2. circa finem. fratris Alcocer in confessionario.c.26. Nauarri in manuali.c.25.nu.12. & aliorum dicentium esse quidem illicitum mala agere, vel omittere bona necessaria, siue gratis, siue pro cōmodo: cæterum aliud esse malam actionē, & omissionem, aliud vero receptionem, & exactionem post donationem, vel pactum: hæc enim non ad malum obiectum, sed ad vim naturalem pacti, & donationis refertur. Sicq; primum illicitum esse, secundum vero licere, neq; esse obnoxium restitutioni dicunt, nō solum erga ministros reipublicæ, sed etiam circa particulares; quia eadem est ratio. Sed notanda est acceptorum differentia: quædam enim sunt mala, quæ generaliter solum prohibentur, propter malitiam; sed de eorum remuneratione lex tacet, nec contra-

Notanda ratio, & differentia recepta rum rerum pro malo.

D. Thomas.
Angelus.
Mag. Sotus.
Couarruuias.
Alcocer.

Soluitur difficultas.

contradicit: vt in lenocinio, meretricio, & peusorio vsu, aut similiū vitiorū videmus: in hisq; absq; dubio donatio, & pactio interuenire potest pro actu malo. Quædā verò sunt mala, non solum prohibita, sed & quorū remuneratio nō est à lege expedita, sed vel inualidatur cōtractus, & donatio circa illa omninò: vt est in simonia: in qua, vt benè notat Sot. de iust. lib. 9. q.8. art. 1. ante condemnationē, pretiū reddendū est danti, post sentētiam verò in opera pia dispendendū est, propter detestationē criminis, iure sic disponēte, & quia res obiecta est omninò inuēdibilis. Vel sicut in cæteris publicis ministris, legibus punitur corruptio, vt suprà dixi, sed non inualidatur donatio circa act⁹ debitos, neq; donatio, aut pactū circa bonos act⁹ indebitos, vt infrà probabo. Insuper & taxatio adest, circa act⁹ omniū ministrorū reipub. debitos ex officio, & pro excessu puniūtur, vt prędiximus; sed id nō extenditur ad malos actus, sicq; relinquūtur in iuris naturæ, & diuini dispositione, quamuis omnis acceptio ministri publici puniat meritò ob pręsumptionē venditionis, & corruptionis iustitię. Sicq; nō omninò expedita res ista erit à supplicio, & pęna legū, quę tamē non debetur ante sententiā condēnatiuā, vt cōmunis fert doctorū sententia. hæc igitur vera huius rei resolutio est, & explicatio: quā si benè caluissent graues aliàs viri, nō confusione, & incōstantia defecissent, vt Cord. lib. qq. 1. q. 31. Adrian. de restitu. q. 19. Medina. q. 19. & 20. Sylvester verb. restitutio. 2.

Sotus.

Sup. à. num. 18. ad. 26.

Inf. à. nu. 44.

Sup. à. nu. 28. ad. 35.

Notātur quidam Doct. aduersantes

Corduua.
Adrian.
Medina.
Sylvest.

40 De datis pro dissimulatione.

Secundo verò circa prędictas ministrorum iustitiæ omissiones, aduerte sæpè in republi. delinqui, & prętériri obliuione. Et quidē circa dissimulationes, & omissiones iniustas iam dixi: nunc verò quæritur, an liceat pretium, vel remunerationem accipere pro dissimulatione licita: vt est quando nō puniun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur,nec omninò riguroſè acuſantur delicta, vel fractiones legũ de campeſtribus,& externis,quãdo non multum intereſt ſupplicium.& in his dico primò.Si ſponte merevoluntariè aliquid offeratur iuſtitię miniſtro diſsimulanti, vel mitius agenti, tunc licet id ſumi in conſcientia,vt dicã infrà.Sed dico ſecundò, *Inf.à.nu.46.* quãdo adeſt aperta violentia; vel ęquiualens:per minas,& moleſtias,nihil licet recipi,& reſtitutioni obnoxium eſt:probatur,quia nullo iuſto titulo ſumitur, nec donationis:quia deeſt ſpontanea oblatio; nec ſtipendij,quia nec lex id dat;nec ratio: cũ nihil ſit ipſa diſsimulatio per ſe,& pro nullo actu nulla iuſta correſpõdentia eſt:& quia hoc frequentius cõtingit, regulariter illud dãnamus;nec valent extorſores excuſari volũtate coacta,quæ nõ valet ad donationes morales; ſed ſolũ naturalis eſt voluntas, vt proiſcientis merces,nè ſubmergatur in mari, iuxta D.Tho.1.2. *D.Thom.* quæſt.8.Nec etiam commodis fictis remiſsionis riguroſæ pœnæ: nam hæc non debetur ante condemnationem,vt omnes fatentur.

41
A miniſtris reip. cauenda.

Sed tandem aduertant rempub.adminiſtrãtes, nè qui ſpeculatores ſunt,latronũ,& laquei officium induant,vt cauebat Oſee Propheta.c.5.debẽt enim gu *Oſee.* bernare,nõ violẽtiã inferre,nec vitia fouere.Caueãt ergo moleſtias,& tarditates, extorſioneſq;.Caueant nimias,& ſine ratione maxima relaxationes pęnarũ, nè creſcãt impunita delicta,vt ait D.Tho.2.2.q.67. art.4.&.q.140. & Sotus lib.5. de iuſtitia.q.4.art.4. *Doctores.* D.Antonin.3.p.tit.6. &.29.c.1.§.6. &.2.p.tit.1.c. 19.& Haleſ.3.ſua.p.q.40.Caiet.verb.iudicis peccata, &Sylueſt.verb.iudex.n.16.Nauar.c.25.n.14.&.34. &.c.17.nu.122.123.124.Medina.q.12.fol.vlt.de reſtitutione, Cordoua.q.66. caſuum, Fr.Medina in ſuma.fol.178.

Tandem

Cõtra cauillationes.

Tandem quod nimis cauendum eſt, eſſetque puniendum acerbè, quod aliquando experimur à quibuſdam iuſtitiæ miniſtris fieri turpiſsimè, illud eſt: cauillationibus quibuſdam pauperes opprimere, in debitas pœnas imponere, extendereque plus nimio commiſsiones Principum ſine cauſa,aut commodo publico, & plus ad lucra, quàm ad gubernationem attendere ſæpè vidimus; audiuimuſq; innocentum lachrymas aduerſus iuſtitiæ miniſtros quoſdam,tum ordinarios,tum delegatos;& quoſdam præcipuè, qui campeſtres, & pecorum res curant,& contra tabelliones. Tum videmus à multis iuſtitiæ miniſtris iniuſtè duplicari ſalaria, & iura; cùm pro ſingulis diebus certum quid ſit illis lege taxatum, illi à pluribus eiuſdem diei taxam plurificatam accipiunt.Et ſimilia perpetrant cum cenſeant pauperes pro ſingulis,paucisq; tacituros; quæ quã ſint iniuſta,quis non videat? cùm & contra volũtatem dantium, & contra legum ordinem, & taxationem, & contra obligationem officij;& contra bonum publicũ, & contra reipublicæ pacem ſit id omne.Et ruſſus ius tertij, ac iuſtitia,& charitas proximi per hos circuitus violantur, quod videre debent Principes, & vetare. Videbitquè Deus, qui interrogabit opera omnium: vt Sapiens capit. ſexto dicebat, & minabatur verè *Sapiens.* futurum.

42
Quæſtio, an liceat ad redimendã vexationem offerre aliquid miniſtro iuſtitiæ perdito?

Diximus hucuſq; ſecunda, tertia,& quarta propoſitionibus: quid vetetur miniſtris iuſtitiæ exigere, & accipere à litigantibus, & priuatis. Nunc inueſtigare opus eſt:an liceat in aliquo caſu priuatis, offerre aliquid miniſtro iuſtitię ad redimendã vexationem. In qua quæſtione dico primo: ad iniuſtum finem nulli licet offerre aliquid miniſtro publico:quia illud eſt dare occaſionem, & concurrere ad obiectum

Universidad de Deusto
Biblioteca

per se malum. Dico secundo generaliter, siue in spiritualibus, siue in temporalibus, cùm minister publicus malè non procedit, non licet malũ de eo suspicari, & offerre aliquid ei ad mouendum animum eius, vt benè agat: id enim est illi iniuriam irrogare. Sed cum perditus quisquam se offerat minister reipublicæ, de cuius vexatione futura in nos probabiliter timeamus, vel cũ actu iam vult inferre, infertvè iniuriam, vel non dat nobis, quod debet temporale ius, vel spirituale, sacramentũ, aut simile: tunc licitè ad redimendam vexationẽ offerre possumus ei aliquid temporale, vt eius animus permoueatur ad bonum, & ad abstinendum ab iniuria: quamuis ille illicitè faciat malè agẽdo, & pro actu debito recipiendo aliquid, vltra ius sibi concessum. Et ratio est prima: quia redemptio vexationis licita est ex iure naturali defensionis propriæ; dum non adhibeatur medium per se malum: at offerre pecuniam, vel munus non continet rationem mali per se: quia illud per se est indifferens, & consuetum inter omnes homines: & potest bono, vel malo fine exerceri; & finis redimendæ vexationis per se est bonus: quia defensio est. Alter autem sibi consulat, quomodo ea re vtatur. Secunda ratio est, quoniam nullum scandalum actiuum, sed passiuum fortè solùm, ego in hac re incurro, quod vitare non teneor, iuxta Diuum Thomam *D. Thom.* 2.2. quæst. 43. Nam ego in hac re, qui vexor, non permoueo vexantem ad peccandum; sed offero illi, quod facilè potest repudiare, & quod indifferens est, vt dixi. Insuper ille præsumitur paratus ad peccandum: imo & qui me vexat iniustè, malo suo dedit principium, & tunc possum vti iure meo, sicut impetentem me, aut mea bona possum repellere, etiam cum mortis periculo. Tertia ratio, quia in hac re non

Probatio.

re nõ interuenit corruptio iudicis, aut ministri eius: quia potius dicimus ad bonum inuitare; nec interuenit emptio iustitiæ, aut rei sacræ, cum simonia ex parte dantis: nam suppono eius animum non esse emere, sed mouere mentem ministri ad bonum, sicut si oratione id contenderet. Quarta ratio sit; quia supponimus non temere suspicari vexationem, sed adesse illam; & non esse medium aliud aptum, præter hoc permotionis ministri; nam si aliud esset remedium, non esset hoc sumendum, propter bonum reipublicæ, vt in casu capitis ex tuæ, de simonia. Tandem hæc est sententia expressa Syluestri verbo simonia, num. 3. Panormitani in capite dilectus. 1. de simonia. Corduuæ libro. 1. quæstionum, quæst. 32. in quarta sua opinione, Nauarri libro de datis, & promissis, numer. 19. & 38. qui in rebus temporalibus, & spiritualibus necessarijs dicũt semper licere redemptionem vexationis: offerendo dona ministris iustitiæ, quandoque deperditis. Insuper circa spiritualia, & alia, ad quæ quis habet ius, licere vexationem redimere tenuit Adrianus quodlibeto nono, articulo tertio, ad secundum literis A a. & E e. & hoc probare videtur planè Celestinus III. capite dilectus, primo de simonia, cum de redemptione vexationis agens circa beneficia, eam non improbet.

Iura. Syluest. Panormit. Corduua. Nauarrus.

Adrianus.

Celest. Papa.

43 Dilutio obiectionum.

Hisce constitutis ego miror grauissimos doctores contrarium planè tenentes: certè contra naturæ ius, & cum summis incõmodis, ex parte aduersa prouenientibus, vt videbimus: cùm ex parte nostra nulla sint, quæ facilè dissolui non possint, vt ex rationibus præscriptis cõstat. Et ita miror Magistrum Sotum lib. 4. de iustitia, quæst. 7. artic. 1. ad secundũ, absolutè negasse iudici posse offerri aliquod munus

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad redimendam vexationem. Insuper & circa spiritualia, in quibus simonia timetur, scrupulosiores inuenio grauiores doctores: nam in spiritualibus posse redimi vexationem quo ad ius acquisitum, non quo ad acquirendum tenet D. Thomas. 2. 2. quæst. 100. artic. 2. ad quartum, & artic. 4. ad quartum, vbi Caietanus, & Sotus. 9. de iustitia, quæst. 6. artic. 1. ad. 1. & 5. & quæst. 7. artic. 1. Nauarrus manual. cap. 12. à num. 13. & capit. 23. numer. 101. Item alij dicunt idem in casu, quo quis videat paratos electores ad eligendum indignum, tunc licere redimere vexationem; non tamen licebit quærere proprium commodum, de quo Caietan. opuscul. 9. de simonia, quæst. 3. tomo. 2. & Sotus vbi suprà. Insuper quidam dicũt ad sacramenta necessaria recipienda, vt est baptismus pro paruulo: non verò ad sacramenta adultorum, qui possunt per contritionem saluari, esse licitam redemptionem vexationis: ita Bernardus glossator cap. baptizandis. 1. quæst. 1. Paludanus. 4. sententiar. distinct. 5. quæst. 3. artic. vlt. & distin. 25. quæst. 5. artic. 3. & alij. item circa possessionẽ beneficiorum, cum quis habet proprietatem, & impeditur à possessione, dicunt quidam nõ posse vexationem redimi: ita Syluester verbo simonia ad finem numeri tertij, & Armilla numer. 25. D. Antoninus. 2. part. tit. 1. cap. 5. §. 13. & Caietanus. 2. 2. quæst. 100. artic. 2. ad primum, sed id intelligitur cum ex mala intentione timetur simonia, iuxta decisionem Lucij tertij cap. Matthæus de simonia. sed verè coram Deo, cum intentione redimendi vexationem hoc licere censent Angelus verbo simonia secundo numero. 14. Nauarrus in manuali cap. 23. num. 101. & Sotus lib. 9. de iustitia. q. 6. art. 1. ad. 5. Deniq; dictus glossator Bernardus absolutè negat redemptionẽ istam vexationis,

tionis, quòd per se, ait, peccatum sit, nec sint faciẽda mala, vt veniant bona, iuxta Paulum ad Romanos. 3.

Responsio. Sed respondetur redemptionem vexationis in casu alicuius momenti, vbi nõ adest remedium aliud, esse iustam defensionẽ, non malam actionem. Et ita non fit malum propter bonum finẽ: in quo decepti sunt contrarium existimantes; sicut & in eo, quòd nõ distinxerunt inter emptionem virtutis, & boni, quam semper illicitam esse affirmamus; & inter permotiõnem animi malè agentis per emoluméta temporalia, quod fit in redemptione vexationis, per datũ aliquod. & ita negatur consequentia argumenti, cùm dicitur: redimere vexationẽ est per se malum, quia emitur iustitia, & bonum spirituale, in quo fundantur prædicti authores aduersi; sed hoc antecedens falsum est, vt fundamentis præscriptis suprà constat.

Socratis factum. Vnde etiam colligitur deceptum fuisse Socratem, de quo in lib. 28. operum Platonis scribitur ad medium Critonis: mortem subijsse in carcere iniustè, quòd nollet corrumpere iudices redimendo vexationem, aut rumpere vincula, quorum vtrunq; putabat esse turpe, cùm tamen certè non esset, sed iusta defensio, vt diximus. Sed neq; paliatas iniustitiæ defensiones fulcimus, sed solas redemptiones veræ vexationis, quę aliter tolli nequeat, quàm datione aliqua, probamus ex titulo iustæ naturalis defensionis: at si quis suo arbitrio ductus putet sibi deberi quod optat, & vellit corruptione, & elargitione consequi, id non probamus: quod scio aliquando in ambiendis honoribus, & cathedris fieri solitum esse.

44 De casibus, quib⁹ aliquid licitè vltra legem sumũt ministri reipub. vel saltem sine restitutione.

Postquam in superioribus à secũda propositione, hucusq; explicaui: in quo iudices, & eorum ministri peccare possint, recipiendo, exigẽdovè aliquid à priuatis, quod moderationem excedat, & taxationem

Universidad de Deusto
Biblioteca

lege, & consuetudine firmatam. Nunc quidē exponendum est:quid concedatur,vel sine peccato,vel sine obligatione ad restitutionem,ministris omnibus iustitiæ,& reipublicę,siue secularis,siue ecclesiasticę, circa hanc receptionem temporalium stipēdiorum, & donorum.Ergo iam generalis sit quinta propositio.Ministri reipublicę possunt sine peccato,& sine obligatione ad restitutionem exigere stipendia, & iura in remunerationē suorum laborū moderata,vel taxata per legem,vel consuetudinē. Item quæ liberè omninò,ob liberalitatem,non propter debitum ministeriū,à priuatis,illis donata sint:lege,vel iuramēto nō contrariante:nō aliter sine peccato.Itē, quę iusta sint stipendia, pro actibus non debitis ex officio; de quibus taxationes,& prohibitiones nō intelligūtur. Principes etiam;& ij,quibus ex iure,vel cōsuetudine competit, possunt licitè vendere pretio iusto officia reipublicę secularis administrationis.Pontifices etiā possunt vendere ministerialia officia, non sacra, vel annexa sacris. Insuper & si ministri iustitiæ peccent vendentes diligentiam suam circa mala, non tamen tenentur ad restitutionem.Aduocati verò,& procuratores,si ad iniusta per accidens non defluant, liberiores sunt à taxatione, & ab scrupulo. Item omnia verè donata, retineri possunt: siue benè, vel cū peccato recipiantur. Hæc suma est eorū, quæ licere ministris iustitiæ, circa hæc stipendia, & commoda, sigillatim probabo.

Quinta propositio,quæ liceāt ministris reipublicę?

45 Primo autem loco ad memoriam reuocādum est, quod suprà propositione prima, & tertia diximus: licere ministris reipublicę exigere,et sumere moderata,et taxata lege, vel consuetudine stipendia, et iura; idque expediens, æquumque esse suprà iam satis probaui.

Moderata, & taxata stipendia licent.

Sed

46 Sed nunc probanda sunt dicta alia generalis assertionis nostræ, sequentiū casuum positione. Sit itaq; primus casus:lege, vel iuramento non contradicēte, merè liberè, & verè donata ministro iustitiæ, non pro pretio, sed pro libera remuneratione, & magnificentia donantis: cum id intelligitur ex donantis conditione,& ex eo quòd nulla præcesserit ministri molestia,tunc ille licitè, & sine fractione legis, & sine obligatione ad restitutionem,sumit ei oblata, ea ratione,& titulo iusto:sit exemplum,vel cum nō litigans,sed amicus donat officiali publico aliquid vel cum præpotens vir adit officialem iustitiæ scribam, vel tabellionem,vt scripturam confirmet, & faciat; vel satellitem, vt comprehendat hominem ex mandato iudicis,quib⁹ iura sunt parua:verbi gratia vnius, aut duorum argēteorum:potens autē largitur nummum aureum:explicās se velle totum illum donare, &si cognouerit minus deberi; tunc licebit donationem acceptare:& sic in similibus.Et primo ita docēt graues doctores, Nauarrus libro de datis, & promissis à num.21.&.30.vsq; ad.49. & doctor Medina de restitutione quæst.27.& quæst.20.col.10.Palud. 4.distin.15.quæst.3.Syluester verbo iudex,num.13. in medio, & tabellio num.6.D.Antoninus. 2.parte, tit.2.cap.5.§.1.in fine,qui in hac materia,& alijs vbi non est sufficiens ratio obtentionis,dicūt inter mixtam donationē liberam sufficere, sed cum Nauarro expresse hoc tenente consentimus, & consentiunt alij viri docti.& probatur manifesta ratione: quia titulus donationis veræ, & liberæ securissimus est in conscientia,cum quisq; suarū rerum sit administrator liber: vbi è contra non est legis præceptum, aut iuramentum. At in præsenti supponimus liberam donationem, & collectam quidem ex probabilibus

Primus casus de donatis lege non contradicente.

Probatio.

Nauarrus. *Medina.* *Palud.* *Syluest.* *D.Antoninus*

Universidad de Deusto
Biblioteca

coniecturis, iuxta conditionem rerum, & personarum; & officium ministri reipublicæ, nõ facit illum incapacem donationum, sed potius venerabiliorem, & digniorem remuneratione. Quod cõfirmatur ex eo quod concilium Tarraconense, cap. obseruãdum. 15. quæst. 2. & Innocentius. III. cap. & si quæstiones de simonia, & Leo. IIII. c. de Eulogijs, & Vlpianus lege solet. ff. de officio procõsulis, approbant donationes factas iudicibus libera, & pura intentione, ex rerum, & personarum qualitate collecta. & ita ait Vlpianus: Valdè inhumanum est à nemine accipere, sed passim vilissimum, & omnia auarissimum. *Iura.*

47 Secũdus casus circa difficultatẽ legum.

Sed magis hoc constabit, ex solutione obiectionũ. & primo si quis obijciat: legibus cõmunibus, & priuatis Regnorum: canonicis, & ciuilibus decretum esse stipendiũ ministris iustitiæ adeò strictè, vt excedere nullo modo liceat, vt supra diffusè probaui. Et ita colligi videtur non licere, neq; dare, neq; recipere, vltra constitutum à lege.

Secundo ergo casui, suppositis legibus quęro, quid dicendum sit? cui ego ita respondeo: & ad notandũ censeo: pro quietatione conscientiarũ: leges iuris cõmunis, & specialis de commodis ministrorũ agentes suprà relatas, primũ iustè in foro exteriori præsumptione niti, & ad bonum exemplum, & vitanda maiora mala, omnes receptiones præter taxam punire. Secundo verò: obligant ad mortale in re graui, secundũ id quod exprimunt, & significant: & præcipuè circa ministros superiores: quia magis ab illis pendet respublica: & sic illi ad iuramẽtum magis arctantur. Cæteri verò inferiores, & si teneantur legibus, sed tamen non sic arctantur: & in illis censeo procedere casum liberæ donationis. Itemque dico tertio, circa omnes, etiam supremos, licet frangant legem

legem in receptione, tamẽ donatio tenet propter libertatem dantis, & quia lex non tollit dominia: quia ad hoc requiritur expressa inhabilitatio, sicut in matrimonio per concil. Trident. sess. 24. & ita non tenentur ad restitutionẽ receptorũ. Item quarto dico: leges omnes inferiorũ, & superiorũ prædictas non vetare receptionẽ amicabilẽ à non litigantibus: quia ea naturalis est, & spõtanea volũtate nitens: & certè ego videns onera ministrorum reipublicæ, velim ea, quæ iusta sunt, non vetari: dum tamen ab immoderatis abstineant. Sed licet interpretari leges, secundum iustam rationẽ colligendi intentionem legislatorum per epicheiam, vt docet Aristoteles lib. 5. Aethicorum, & D. Tho. 2. 2. quæst. 120. quia humana omnia æquitate, & iustitia regulanda sunt, neq; in hoc iniuria fit reipublicæ, si fraus, & dolus absit. Item secundum vsum sunt practicandæ leges, & secũdum illum, iuramentum in cõsuetis intelligitur, cum id omne fiat vidente, & consentiẽte Principe, & republica: & cum præcipuè officia sint laboriosa valdè, & sumptus maximi, certè debent confessarij non strictè procedere, sed consuetudini proborũ attendere, & ius naturale admittere. Itemq; cum litem non suspicamur nihil obest aliqua libera à potẽtibus donatio. *Aristot. D. Thom.*

Quod si difficilius vrgeatur, ex his, quæ quarta propositione dicebamus: per leges vetari ministris reipublicæ, & per canones etiam, nè vltra taxata aliquid recipiant, etiam voluntate oblatum: quod legibus communibus, & nostræ etiam Hispaniæ contineri fatemur, ergo videbitur non posse vlterius quid assumi: quin lex frangatur, & restituendum sit. Sed respondetur leges illas in præsumptione violentiæ fundari, vt ex verbis earum constat: & ideò vbi verè cessat *Sup. nu. 35. et 36.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

cessat violẽtia, pro veritate standũ est: vt docet optimè Couarruuias in.c.cum esses de testamẽtis, nu.4. & .9. ex decisione Pontificum Innocentij.III.c.tua nos,& Greg.IX.cap.his qui fidẽ,desponsalibus. Insuper aliud est prohibere,aliud est irritare actũ: sicut videmus matrimonia clandestina esse prohibita iure antiquo; nondum verò irritata, vsq; ad expressam decisionẽ Tridẽtini concil.sess.24.c.1.sic ergo cum vera donatio adest, non est irritata per leges stipendiorum:sed cohibita est auaritia:& in foro interiori, & puniũtur meritò per legẽ in foro exteriori, ꝓpter prę̃sumptionẽ,& ꝓpter bonũ publicũ,nè perditi molestantes plebẽ fictis donationibus, iniustitiã tueantur. Et ita fatemur etiam in foro conscientiæ nõ valere verba priuatorũ significantium donationẽ fieri oblatorum ministris iustitiæ, vbi conditio personæ dantis,& tyrãnica molestia officialis à libera donatione abhorrent; sed cum pura, & vera donatio est cum prædictis conditionibus: tunc enim licet talis receptio:nec est contra intentionẽ legis. Sicut etiam suprà dixi, posse retineri in conscientia, donec per sententiam auferatur id, quod datum est, pro mala administratione iustitiæ: quia intermixta donatio non est irritata, sed valet: & hæc mala opera sunt de operibus indebitis, in quibus maior licentia est, vt nunc dicam. &si grauiter delinquere ministros iustitiæ frangentes leges suprà dixerim. Imò etiam aduertendum est, prædictam, & sequentem licentiam sumendi aliquid præter taxationem à ministris reipublicæ, esse cautè sumendas: neque enim fictas dantium, maximè non ditissimorum dissimulationes; neque extorsiones officialium; neque receptiones cum scandalo licere ministris reipublicæ affirmamus.

Couarruuias.

Iura.

Sup. num. 39.

Moderatio, & necessaria cautela adhibetur.

Circa

48

Pro operibus non debitis, licet officiali publico ferre stipendium præter taxationem.

Circa opera ministrorũ reipublicæ tãdem dicendum est,alio titulo ministros iustitiæ posse ferre stipendium:secundũ qualitatem actuum suorũ, dignũ quid;etiam præter taxationẽ reipublicæ: cum agunt aliquid,ad quod non tenẽtur ex officio suo:vt cũ secretarius, vel aduocatus in negotio nulli nociuo officiũ agit solicitatoris; vel cõsiliarius Regius, in negotio à se non iudicando,secretè, quod nõ vetatur, consulit,vel studio incũbit;vel cum familiaris Regi, vel aliqui ex magnatibus,aut iudicibus coram Rege, aut Pontifice intercedunt, aut solicitant negotiũ in re magnæ qualitatis:tunc ij, pro magna suarũ qualitate personarum,digni sunt magna mercede,præter ordinarium sui offici stipẽdium. Item cum tabellio, vel iudex difficiles quasdam lites componunt, tanquàm arbitri,& pacis mediatores; vel cum rationes facultatum difficillimas inuestigant, propter eorum cognitionẽ Arizmethicã singularẽ; aut cum quiuis officialis publicus occupatur multa perdens,antequã accedat ad actum sui officij,propter partium impedimenta: pro quibus hi ministri publici licitè assumere possunt,quod ęquum videatur,pro labore illo, & damno non debitis,non verò pro actu sui officij, nisi quod taxatum est;neq; si propter actũ,damnum patiatur:quia id ad officium sequitur; nec etiam pro occupatione,nisi quod etiam taxatũ, vel consuetum est pro singulis diebus. Itaq; exceptis his, quia minister publicus illa tenetur agere ex officio: in alijs nõ est cur scrupulus imponatur,si stipẽdia, vel dona, præter taxationẽ sumant, vt dixi: quod etiam apertè docet doct. Nauarrus dicto tractatu de datis, & promissis, à nu.21.46.&.49. & prius idem tenuit Angelus verbo simonia tertio,num.8.&.29. & probatur primo: quia taxatio publica solum est de debitis

Probatio.

Nauarrus.

Angelus.

actibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

actibus ex officio publico;de alijs verò,ad quos respublica non potest compellere, non curatur:sed relinquuntur iuri naturæ; & ita non est cur ex taxatione priorum,colligatur istorum limitatio.Secundo,quia opera illa omnia,quæ non tenetur quis prętare lege iustitiæ,sunt pretio æstimabilia, secundum humani operis qualitatem,& fructum: & potest quis vēdere illa, quia est dominus suorum operum,& liber: Nec est obligatus reipublicæ in his, sicut in alijs, ad quæ tenetur ex officio.Imò etiam si illa opera sint bona, & in necessitate debita proximo, diuiti tamen possunt locari,exceptis sacris, vt docent Sotus.4.de iustitia,quæst. 7.art. 1. ad secundum, Medina de restitutione, quæst.25.Cordoua lib.1.quæstionū, quæst. 32.& alij. licet doctor Nauarrus aliquāto differat in manuali cap.17.num.33.&.34.& cap.25.num.45. Igitur iustè poterunt ministri iustitiæ locare operas suas temporales in his, quæ non debent ex officio præstare, sicut priuatę aliæ personæ:nam in his priuatæ personæ censentur.

Quæ licitè actiones locentur.

Doctores.

49 Consuetudine cognita à Principe licitè quædam sumuntur.

Deniq; animaduertendum est, plura esse in vsu recepta,quæ si auferamus, nō paruus scrupulus continget.Nam solent officiales reipublicæ plura à partibus recipere, quæ & in salario non computantur, & præter taxationem sunt: vt receptorum, & visitatorum,& iudicū, & cæterorum delegatorum victualia; & assessoriæ iudicum; & minutula, quæ ob nummorum cambiationem superfluunt: quæ quia vidētur,& dissimulātur à Regibus, & Pontificibus vbiq;, & ab eorū placito taxatio pēdet, sequitur hæc vacare scrupulo.licet satius esset ab his abstinere,iuxta leges seculares,& ecclesiasticas suprà dictas:aliter, consuetudo habet vim legis:titulis de consuetudine, & distinct. 8. decreti. Suprà dictis verò obstare videtur

detur scandali ratio, quæ videtur offerri reipublicæ: dum auaritia offendit fideles,&ministris publicis per has licentias, occasio datur auaritiæ, & extorsionis.

Scādalum auferetur.

Respondetur tamen neq; adesse scādalum actiuum: quod solum est vitandum, iuxta D.Thomam.2.2. quęst.43.Hoc autem viris,se ratione ducentibus nec est,nec videtur malum:quod autem malitiosi,& vulgares turbentur,quid ad nos?dicemus cœcos esse,& duces cœcorum. verum est oportere publicum imperitorum offendiculum vitari, & præcipuè in muneribus,à quibus frequenter abstinere magistratum opus est. Sed veritas est, quàm expressi; & vtinam confessarijs magistratuum insedeat: nè clientes ex ignorantia errent aliquando.

Prudentia,& discretio habeatur.

D.Thom.

50 Licet vendere officia publica.

Sed vltimo loco animaduerto:reipublicę officiorum venditiones, quibus solent Principes, domini, & prælati suas leuare indigentias; mea quidem sententia,licitas esse per se:dum verè,& plenè sint domini, & non solùm electores officiorum, & dum caueatur à malis circunstantijs: quia nec per hoc mala administratio reipub. exurgit:fortè enim per electionem peius prouideretur; nec iniustitia committitur, cùm adest moderatio; nec simonia, cùm non pro virtute,vel re spirituali,sed pro temporali ministerio exteriori datur pretium: siue in secularibus, siue in prælatorum curijs: quia suppono de externis ministerijs loqui.& ita sensit D.Thomas opusc.21. & Nauarrus de datis, numer.43. fateor tamen non deesse, qui scrupulum ingerant: & ita quidam hoc durum reputant propter sequuta incōmoda, Card. Caietanus in suma verbo officiorum venalitas,Angelus verbo officium, num.2. & Simonia num.31. Sylvester tit. dignitas, num.7. Sotus quæst.6.lib.3. de iustitia, art.4.ad argumenta,Adrianus quodlib.9. artic.3.

D.Thom.

Nauarrus.

Alij Doctores

Universidad de Deusto
Biblioteca

artic. 3. ad. 5. litera. ſs. D. Antoninus. 2. part. titul. 1. cap. 5. §. 14. &. 21. Paludanus. 4. diſtinct. 25. quęſt. 4. Durandus. num. 16. quæſt. 5. Sed de eccleſiaſticis officijs Sylueſter titulo dignitas, num. 7. &. 10. vbi ſuprà. idem aſſerit, exceptis mere ſpiritualibus, vel ijs neceſſario annexis, quæ vendi non poſſunt ſine ſimonia, vt eo verbo notat Angelus num. 26. &. 31. Armilla num. 3. Sylueſter num. 12. &. 13. vt eſt officium Epiſcopi Dignitatis, Vicarij, & ſimiliũ: quia ſpiritualia ſunt, vel annexa illis, iuxta caput primum de ſimonia.

Debẽt Principes in officiorum diſtributione proſpicere reipub.

Dico ſecundo prudenter, & piè Principes, ac Pontifices nobis, & officio ſuo proſpicere debent, nè ijs venditionibus occaſio detur (indignis, & nociuis ingredientibus in officia publica) perditionis totius reipublicæ: quod certè in periculũ cedet animarum Principum, & Pontificum. quod Caietanus & Sotus citatis locis quandoque contingere deplorant. & ita conſideretur autenthica: vt magiſtratus, & iudices ſine quoquo ſuffragio fiant, & quæ nos diximus ad finem tertiæ quæſtionis, de modo prouidendi Principibus, nè ijs egeant adminiculis, vt puriùs publica gerantur negotia. Sed tamen meminerint capita reipublicæ ſe eſſe paſtores in ſua dictione, & ad hoc à republica ſalaria deſtinari. & ita obligantur in conſcientia benè adminiſtrare, & cum in diſtributione officiorum publicorum ſita ſit magna pars bonæ gubernationis: nam per adminiſtratores immediate gubernatio geritur; ideò probi, prudentes, et ſapientes conſtituendi ſunt. aliter peccabit gubernator contra bonum reipublicæ, et contra iuſtitiam diſtributiuam. Inſuper recta experientia neceſſaria eſt. Itemque non fauore, ſed inquiſitione digniſsimorum quærendi ſunt miniſtri publici.

blici. Deinde præmio afficiendi probatiores, & paulatim ad gradus altiores prouehendi ſunt. Et ſimiliter epiſcopatus, & dignitates dignioribus, vt ius ſtatuit, debentur, & non fauore, aut præcipiti beneplacito diſtribuẽtis: de quo rationẽ Deo reddent gubernatores reipublicæ. Ex quibus colligitur: primò in foro conſcientiæ ad nihil aliud teneri Principes in huiuſmodi officiorũ diſtributione, & venditione, niſi ad cauenda incommoda, & puniendos exceſſus officialium ſuorum: vt iniuſtitias, vt vſurpationes; vt cauillationes ſunt. Sed tamen ſecundò ſequitur non eſſe iniuſtum vẽdere ea officia propter dicta, & quia ſic fauetur publicis neceſsitatibus cum minori incõmodo; & quia id poſſunt reſpublicæ, & Principes per ius datum à republica, & cõſuetudine diſponẽdi communia, & quia nihil vendunt ſpirituale, ſed externa miniſteria; & quia quod venditur, & emitur eſt dignum pretio, & vẽdibile: nempe honor officij, & nominatio in hoc particulari, & ius ad ſtipendia temporalia officij; & quia non minora ſunt incommoda in electionibus, tumultus vulgi, et paſsionũ, & rurſus: quia annuales, citò amouendi puſilanimes ſunt; et quia verè poſſunt per aduertẽtiam, ne indignis vendantur officia, tolli in conuenientia, quæ tamen in quauis re humana adſunt paſsim:

& ſi officia maiora gubernationum vendenda non ſint, vt melius procedatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CONTENTA IN

Quæstione septima, de bellorum, & regnorum iustitia.

1 *Scopus quæstionis, vt conscientiæ consulatur.*
2 *Consensio populi Regnum dominiumq; præstat.*
3 *Reges, & Principes constituuntur à republica per internam Dei inspirationem.*
4 *Mutatio domini ex iustis causis agi potest.*
5 *De titulo successionis in regnis.*
6 *Ex concessione Dei, aut Vicarij sui, ob necessitatem diuini cultus regna acquiruntur.*
7 *Infidelitas, ni si adsit nocumẽtum, non est sufficiens causa ablationis dominij.*
8 *Defensio iuris naturalis iustus est titulus ad obtinenda, & tollenda regna.*
9 *Etiam satis est obstare Euangelio ad priuationem regni.*
10 *Præscriptio legitima ius præbet dominij iusti.*
11 *Vicissitudines regnorum, & præscriptiones licent.*
12 *De præscriptione exemptorum difficiliori.*
13 *Obiectiones aduersus prædicta dilluuntur.*
14 *Bellum iustum quod sit?*
15 *Bellare licet.*
16 *Causa belli iusti exponuntur.*
17 *De punitione tyranni.*
18 *Defensio, & recuperatio suorum, cuiq; licent.*
19 *Præda iusta.*
20 *Recta intentio in bellis.*
21 *De bello iusto ex vtraq; parte per accidens.*

QVAE-

QVÆSTIO SEPTIMA,

De theologicis regulis iustè debellandi, & obtinendi regna.

1 Scopus quæstionis, vt cõscientiæ cõsulatur.

QVM Scopus apologiæ nostræ sæpe is propositus sit, vt securitati conscientiæ cõsuleremus, & famæ prospiceremus nostrorũ. Idem hac quæstione curandus est: tum defendendo, quæ iusta sint: tum & de dubijs admonendo theologica doctrina: nam hæc ad securitatem conscientiæ spectat magis. Et licet nos aliquando iurisperitiæ aurem accomodauerimus, non tamen nobis mens est iuridicas disputationes hoc loco diffuse persequi, neque historici officio fungi: nè immensum opus assumeremus; & specialium causarum mentionem facientes, multorũ odiũ incurreremus. Sed propter bonum publicum, ijs, quæ non serio, aut perspicuè à doctoribus pertractata sunt, quędam addens, contendam theologico more breues, certasquè regulas præscribere, quæ contineant iustam rationem obtinendi regna, & bellandi sine iniuria, & iniustitia: ex quibus facilè deduci poterit iniusta tyrannis, vbi sit: & iusta nostrorum possessio regnorum; & bellorum vsus iustus: quod mõstrare contendimus hac quæstione.

Vt colligatur nostrorum iustitia.

2 Prima regula, cõsensio populi dominiũ dat regni.

Ad obtinẽda ergo regna iustè, prima regula esto. Populus, prouincia, aut gens consentiens erga dominum, vel Regẽ aliquem; vel etiam successores illius, secundum conditiones consensus, dominium politicum, et liberum, firmum tamen confert ijs, quos in sui capita eligit: et hoc dominium in conscientia tutum est coram Deo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Authoritas.

Hæc assertio nititur primũ communi doctrinæ legum,& doctorum,qui de rerum dominio,& diuisione egerunt: vt videre est titulis iuris de rerum diuisione,& dominio : & apud D. Thomã. 2. 2. q. 62. Doctorem Medina codice de restitutione à principio,& alios, qui de eadem materia scripsere: vt Petrum Nauarra,& sumistas titulo restitutio,& dominium, Syluestrum, Caietanum , Armillam , & reliquos; & præcipuè Magistrũ Victoriam in relectionibus de potestate ciuili,de Indis, & bello, Magistrũ Soto libro de iustitia, præcipuè quarto, Episcopum Couarruuias in regulam peccatum , & in regulam possessor:apud quos plura ex doctrina iuris,& theologiæ, & ex aliorum peritorum sententijs , in hanc rem congesta reperies. Nos verò solùm ea , quæ ad theologiam , & ad breuem probationem huius regulæ spectabunt , adducemus , cætera vel praxi,vel iuristis doctoribus relinquentes. Sed vt hoc ab altiori deducamus principio, aduertamus oportet , initio creati orbis Deum reliquisse hominem liberum, & posuisse in manu consilij sui,incolamque feciſſe terrarum , vt coleret, repleretque illas , præesset terræ, subijceretquè eam ; et præesset volatilibus cœli , piscibus maris , et animantibus , quæ mouentur in terra.

Leges,& Doctores.

Ratio ex diuina authoritate.

3 Dei prouidentia interiori,gentiũq; cõsensu simul cõstituuntur capita reipublicæ.

Hocq; vniuersalis omnium domini priuilegium, et Dei summi, cõstat Genesis. 1. et. 2. et Ecclesiastici decimoquinto , et decimoseptimo capite : hac ergo libertate gentium omnium patens est potuisse prouincias suam gubernationem tradere, cui volent; et conditionibus placitis:et ideò approbauit Deus hanc gẽtium electionem,dum in sacræ scripturæ historicis,et propheticis libris mentio fit Regum , et Principum : nec reprobatur is gubernationis modus,sed potius

Ecclesiastic⁹. Genesis.

potius è contrario iubetur, vt firmius retineatur & obedientia sublimioribus potestatibus debita, & tributorum iustitia non violetur , vt constat Matthæi 22. vbi ait Dominus:Reddite ,quæ sunt Cæsaris, Cæsari;& quæ sunt Dei,Deo.& Paulus ad Hebræos 13.& ad Romanos. 13. cap. inquit : Omnis anima sublimioribus potestatibus subdita sit, non est enim potestas,nisi à Deo:quod est dicere: Dei secreta prouidentia,& voluntate,peculiari cura dirigi gubernatorum negotia;sicq; Sapientia ait Prouerbiorum. 8. per me Reges regnant, & legũ conditores iusta decernunt.Et Ecclesiastici. 10.dicitur de Deo:In manu Dei potestas terræ,&c.Regnum à gente in gentem transfertur,propter iniustitias,& iniurias,& contumelias,& diuersos dolos.Sed nõ excluditur exterior gentium consensio,sed potius earum electio confirmatur. 1.Regum. 8.&. 17.cap.&. 16. vbi cõstat Dominum consensisse, vt Israelitæ sibi eligerent Regem, sicut cæteræ nationes; & iussu Domini Propheta elegit Saulem,& postea Dauidem , quẽ etiam populus acceptauit communi consensione. 2.Reg. 5. quamuis dicto cap. 8. constet maluisse Dominũ gubernari per iudices , & Prophetas à se constitutos; quamuis in eorum quoq; cõstitutione populus aderat,vt constat lib.iudicum ,præcipuè.c. 9.quod etiam in lege Moysi prius licuerat per Dominum Deuteronomij.c. 17.vbi aiebat Deus:Cùm ingressus fueris terrã , quam Dñs Deus tuus dabit tibi, & possederis eã , habitaueriſq; in illa, et dixeris: constituã super me regem, sicut habẽt omnes per circuitũ nationes; eũ cõstitues,quẽ Dñs Deus tuus elegerit de numero fratrũ tuorũ.Itaq; hęc libertas,et diuina cõcessio sunt radix,et fundamentũ,quare possint resp. eligere sibi gubernatores,etReges.Idq; sanè cõueniẽtissimũ est,

Paul. Sapiens. Ecclesiastic⁹. Regum liber. Liber iudicũ. Deuteronom.

Ratio secundo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& iuri naturali conforme : quia priuati non semper ad rectam rationem conformantur, nisi duce aliquo Principe, qui consilio adiutus, & naturæ dotibus instructus, cæteros dirigat: sic enim Principes eligi, & sic procedere solent: præcipueq; iuuantur diuina prouidentia: nam cor Regis in manu Domini, & quocunque voluerit vertet illud, scriptum est à Sapiente Prouerbiorum vigesimo primo. At in vulgo sæpius inordinata cupiditas, & ignorātia inueniuntur: nam stultorum infinitus est numerus, eodem Sapiente Ecclesiastes priori capite testante verissime. *Sapiens.*

4 Secunda regula mutationis dominationum ex iustis causis.

Sed dubium suboritur, an eadem facilitate, qua respublica dominationē concessit suo capiti, eadē possit illam amouere, & mutare? pro qua re, secunda sit regula: Respublicę mutare possunt caput suum, quocunque modo positum; quando iustæ de nouo accedunt causæ, quæ ad Dei honorem, & publicam vtilitatem, & ad euitationem magnorum damnorum spectent. Absque his autē nunquam licet semel concessam dominationem immutare.

Probatio.

Hæc assertio constat communi sententia doctorum, quos suprà præcedenti regula retulimus. Et rursus cōstat sacris testimonijs, quibus de mutatione regnorum ob illas causas, & non ob alias sermo fit: vt Ecclesiastici cap. 10. & Danielis. 2. &. 4. in manu (inquit Sapiens) Dei potestas terræ, & execrabilis est omnis iniquitas gentium: & vtilem rectorem suscitauit in tempus super illam: Regnum à gente in gentem trāsfertur, propter iniustitias, & iniurias, & contumelias, & diuersos dolos. Ecce diuinā regulam datam hominibus: non enim per se Deus, sed per homines regna mutat; & ideò tradita est hæc regula, vt in mutatione imitētur Deum, & sequantur eius

Communis sententia.

Ecclesiastic. Daniel.

eius voluntatem, & non nisi per has causas iustas, & propter iniquitatem gubernantium, dominationes mutentur à populis, & non aliter. & ideò Dominus Genes. 15. Abrahamo dicebat: nondū esse debellandas nationes tunc, quia, inquit: nec dum enim completæ sunt iniquitates Amorrhæorum, vsq; ad præsens tempus. Et ratio naturalis est manifesta, quia ex vna parte promissio naturalis, & contractus gentiū implenda sunt, siquidem ab homine rationali facta fuere, qui vt suorum actuum est Dominus, sic potuit promissione se obligare, quasi suam libertatē in illo puncto limitādo, & tradendo alteri. Insuper respub. præcedentium, & sequentiū vna censetur, consensu omnium gentium, & doctorū, quia aliter gubernari homines non possent. Et ideò iustum iuramentum, & promissio præcedentium, sequentes obligant in conscientia. sed secundo ex alia parte adest alia ratio, qua potest respublica, concurrentibus dictis causis iustis, mutare capita sua: nam cum libera illa sit, & dominationem instituat ad suum bonū; nunquam censetur ita abdicare suum ius, vt commodo suo nequeat prospicere: & ideo semper cēsetur in quocūq; contractu cum republica, manere indemnē vtilitatem publicam, & Dei religionē: atq; ideò quocunq; tempore, concurrētibus dictis causis, iustè posset respublica à se abdicare nociuos tyrānos, & pacta non seruātes gubernatores. Sed nō aliter, nec cōmuniter, vt dixi. quod & inferius explicabo cū de bello agam. *Genes.*

Ratio prima.

Ratio secunda.

5 De successione in regnis.

Tandem prædictis fundamētis nititur ius successionis in regnis, & dominijs, vbi respublica illi locū dedit, non alibi: quia, vt iam probaui duabus regulis præscriptis, à reipubli. consensione, & pacto, & eius conditionibus, hæc omnia pendent. Et ita licet suas leges possint Principes variare, quoad successionem,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& alia; sed quātum ad succesionē in rempublicam, seruanda est consuetudo prouinciæ: quia non ex alia parte Princeps habet ius ad illam, nisi ex illius consensu, & ita nisi hoc obseruaretur, fieret illi tyrannica iniuria. Ob idq; in quibusdam prouincijs de nouo semper Princeps eligitur; in alijs succedūt filij; & in quibusdam certæ personæ excluduntur: & in varijs prouincijs variæ sunt cōditiones admissæ, quia omnia hæc à placito communitatis pendēt. Et est differentia inter secularē, & ecclesiasticam rempublicam: nam hæc iure diuino constitutos habet præpositos, & ideò nō dependet eorū iurisdictio à republica, sed Deus illam immediatè concedit Pontifici, & episcopis; quamuis nominatio exterior fiat per Ecclesiam; illa tamen non dat iurisdictionem, sed Deus, vt dixi quæst. 2. huius Apologiæ. At secularis respublica ipsa sibi, & nominat gubernatores, & eis dat iurisdictionem, limitatq; & extendit illam ad suum placitum, eo quòd iure humano nitatur substantialiter hæc potestas hominū secularium in homines: quia omnes natura pares sunt, & sola subiectio spontanea facit superiores quosdā alijs: quāuis inspiret Deus interius prouidentia diuina, & coadiuuet ad hāc gubernationem secularem. Et ideò fit vt omnia, quæ pertinent ad hanc gubernationem, & potestatem secularē, sint regulanda ex consensu, & consuetudine reipublicæ, vt non fiat ei iniuria, nec extendatur eius subiectio vltrà illius primam voluntatem, & ad hoc reducitur successio ex donatione, vel testamento, &c.

Differentia inter rempublicam secularem, & ecclesiasticam.

6 Tertia quoq; regula iustè obtinendi regna, & dominia hæc est: Cùm Deus immediatè regna, & dominia gentis alicuius, alteri concedat; qui cū sit Dns omnium, potest de omnibus disponere, vt libuerit: sicut fecit cum gentibus, quas ad ingressum Israëlis eiecit,

Tertia regula ex concessione Dei, aut Vicarij sui, ob virtutis, & Ecclesiæ defensionem. Probatio prima.

eiecit, sicut sacris historialibus constat: quod fecit in punitionem delictorum ipsarū gentium. Similiter cum Dei Vicarius Regnum aliquod, vbi Christiani etiā inter infideles cōmorantes sunt, vel vbi Christiani prius habitauerint, & infideles incolæ nocent Ecclesiæ: vel vbi Principes, vel respub. Christianæ vitio aliquo recedunt ab obedientia Ecclesiæ, vel obstant Christianæ administrationi: vbi inquam hæc contigerint, licitum est Pontifici Reges, & dominos deponere, & titulū dominationis concedere alteri: qui, qua via poterit, regna obtineat: quæ posteà iustè possidebit. Hæc assertio fundatur primū in his, quæ quæst. 2. huius Apologiæ post primam propositionem circa Ecclesiæ potestatē probauimus, non solùm circa spiritualia, sed etiam circa eis annexa, & necessaria, etiam temporalia: quod probaui omnium Catholicorum doctorum consensu, iureq;, ac consuetudine recepta: cū Pontifex summus inobedientes, & schismaticos, & hæreticos regnis priuauerit, & alijs Catholicis concesserit; quibus etiam facultatem dedit intrandi vi armorū in Christianorū terras, nunc ab infidelibus possessas: quod iure fieri potest, & validè; iustusq; titulus is est: eo quòd à Dei potestate, qui est omniū Dns, hoc ius Pōtificis emanet. Nam licet ex sentētia Pauli epistola ad Corinthios secunda, capit. 10. Arma militiæ Ecclesiæ non sint carnalia, cæterum (vt ipse ibi ait) sunt potentia Deo, ad destructionem munitionum, & altitudinis extollentis se aduersus Deum, & ad ædificationem fidelium, vt ibidem, & ad Ephesios. 4. ait ille; & generaliter ad pascendas, ligandas, & soluendas oues Christi datam esse potestatem Apostolis, & Pontificibus à Christo Domino constat Matthæi. 16. 18. & Ioannis. 21. Ex quibus infertur, datam quoq; esse

Sacræ historiæ Nu. Deut. Ios.

Probatio. 2.

Sup. q. 2. à. n. 9 vsq; ad nu. 12.

Ratio.

D. Paul.

Euangelia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

potestatem Pontificibus à Christo ad hæc annexa, etiam temporalia, quia illa spiritualis fidelium gubernatio fieri non potest, nisi hoc concesso: nam nisi auferas impedimenta maxima aduersus fidem, & Dei cultum; non potest plebs fidelis ad bonum adduci, & ideò si infideles inobedientes, & schismatici, fideles subditos, vel vicinos opprimant, vel perturbent, nō poterunt fideles quiete cum sanctitate seruire domino, & debiliores periclitabuntur in fide, & in virtute. Ad hæc, cum ab infidelibus nunc occupantur fidelium terræ, licitum est propria Christianorum vi auferre ab ijs, qui aliter aliena restituere nolunt. Prætereà generalis hæc cura prouidendi his fidelium malis, Pontifici summo demādata est à domino, qui dedit potestatem generalem erga fideles in spiritualibus, quæ exerceri non potest sine hoc remedio erga temporalia, quia anima, & corpore coniunctissimis, & mutuo dependentibus constamus, & est generalis regula obseruanda, vt cōcesso fine, concessa censeantur media necessaria, quæ iuris regula est, & in omnibus prudentibus concessionibus semper intelligitur: nam aliter frustra, & irrisoriè concederetur accessus ad finem: quod in summo Deo nec suspicandum est, sed credendum suæ ecclesiæ sufficienter prouidisse: & ita potest Pontifex, manu secularium, mouere gladium, vt spiritualis gubernatio plenè exerceatur.

7 Infidelitas nō est sufficiens titulus, nisi adsit dānum ecclesiæ.

Fateor tamen in illos, qui nūquam ingressi sunt in ecclesiam, nec baptizati fuerunt, directè non extendi ecclesiasticum iudicium: nam vt dicit Paulus primæ Corinthiorum quinto: quid mihi de ijs, qui foris sunt iudicare? Et ita beatus Thomas secunda secundæ quæstione. 10. artic. 8. & cum eo omnes Catholici Doctores meritò censent, ecclesiam quidem *D. Thom.* *D. Paulus.* *Doctores.*

dem posse punire eos, qui recesserunt à baptismo, & fide; sed non alios infideles, quia sunt extra ecclesiæ limites omnino. Et ideò nec propterea possunt expoliari facultatibus, ac regnis, vt optimè docet Victoria relectione quinta de Indis sectione tertia. Nisi propter reflexum damnum illatum fidelibus, quia vim vi repellere licet, vt statim dicam. Sed ex illo fundamento paulò antè constituto, quia scilicet ius habet Pontifex, ex sua diuina potestate Generali ad gubernationem animarum fidelium, ad quam necessaria est additio externorum subsidiorum, vt dixi: ideo licitè, & validè consueuerunt Pontifices præficere Regnis fidelibus, Imperatorem, vt Reges contineat in religione, & pace Christiana, etsi quidam potentiores Reges meritò ab hac subiectione Imperiali exempti sint, cum ipsi potius Imperiale hoc munus, & ecclesiæ protectionē subeant, de quo vide Couar. reg. peccatum. 2. part. §. 9.

Imperij causa. *Magist. Victoria.* *Couarru.*

8 Quarta regula de defensione iuris naturalis.

Quarta denique regula sit ad iustam obtentionem Regnorum, & dominiorum: ob defensionem innocentium incolarum ab iniuria cōtra naturale ius, potest iustè obtineri dominiū regni, vel terrę cuiuspiā: cum sine occupatione illius nequeunt contineri in iuriatores: aut considerata eorum conditione, prudenter præsumitur, non aliter quieturos fore: probatur, quia charitas proximi inducit vniuersos homines ad fauendum proximis suis, in quātum possunt: quia proximus diligēdus est à nobis, sicut nosmetipsi naturali, & diuina lege Deuteronomij. 6. & Matth. 22. quia velut vnum omnes sumus: cum eiusdem simus naturæ participes, & ideò in periculis debemus, si possimus, alijs præstare auxilium, ne pereant, naturali præcepto charitatis: quod commendatur à sapiente Prouerbiorum. 24. dicente: Erue eos, qui ducuntur

Probatio. *Deuteronom.* *Matth.* *Salomon.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Indi erriuste obtineantur.

ducuntur ad mortẽ: & Ecclesiastici decimo septimo vnicuiq; mandauit Deus de proximo suo. Et ita cum gentes aliquæ opprimerent paruulos, & conciues, vel ad sacrificia eos mactarent; & ex alia parte gens esset parum dedita gubernationi, & prudentiæ perseueranti, deditaq; ebrietati: de qua ideo parua esset spes correctionis, si in sua potestate relinqueretur gens illa, tunc absq; dubio posset Princeps, vel priuatus potens sine scandalo, regna illa inuadere, & obtinere; vt ibi situs, innocentes perpetuo defendat, non vt puniat solum; nam hoc ante obtentionem dominij in alienos nemo potest, vt benè probat Victoria relectione quinta de Indis: sed melius faceret, si hoc titulo nunc explicato, Hispanos defenderet in obtentione Indorum, simul cum communi consensione illarum gentium, quæ sponte iam Hispanis parent; iuxta doctrinam q; præscriptarum regularũ, securi sunt nostri potius, quam titulis illis commercij vetiti, quos defendit Victoria in illa Apologia 5. parte postrema. Et hæ à nobis probatæ causæ fuerunt præcipuę ad obtentionem iustã Indorũ, secundum substantiã: licèt personalia vitia alias vitiassent primos expugnatores: quòd est per accidens. Insuper ob id Alexander Papa nostris Regibus, absq; scrupulo dominium Indorum cõfirmauit. Ob hæc omnia etiam licitum est Principi concedere quibusdam benemeritis vassallos, vel partitiones Indorũ, quia & dominium Regiũ hoc continet, & ad illius licitã rationẽ, hoc quoq; consequitur, & rursus ad præmiandos benemeritos, & animandos reliquos, & ad securitatẽ reipublicæ optimatũ præsidio expediens id fuit. Nec est quòd scrupulis omnia repleamus, sicut multi huc vsq; fecerunt, non benè principia naturalia intelligere volentes, nec mihi religionẽ, aut gra-

Ecclesiastic⁹.

8

Magist. Victo.

uitatem

uitatẽ aduersariorum obijciant quæso, veritas enim fortior est.

9

Cum obstatur euãgelio.

Vbi autẽ probaretur barbaros obstare prędicationi euangelicæ, eodem titulo hi possent Regnis expoliari à potentibus, quia nocẽt naturali libertati subditorum audiendi, & assumendi leges commodas naturæ. Nam subditi non subduntur principi ad damna subeunda, sed ad bonum suum potius: nam aliter non esset licita pactio inter Principes, & rempublicam. Sed hæc omnia intelligo quando natura gentium ita esset barbara, vt nõ pręsumeretur correctio permansura, sicut de Indis historiæ produnt, & viri optimi narrant: tunc enim optimè potest præpotens quispiam Regnum occupare permanenter, vt semper gentes illas in bono contineat. At vbi gens esset culta ingenio, satis esset illam ad hos fines debellari, posteà vero rebus compositis, tenerentur bellatores regna dimittere: nã non haberent titulum alium nisi defensionem hanc proximorum, qua consecuta, cessat titulus ille iustus: nisi prouincia illa iam capta posteà consentiret: quia, vt dixi in prima regula, consensio reipublicæ securum facit imperium, similiter si obstaretur ecclesiæ idem esset.

10

Sexta regula de præscriptione.

Postrema (de regnorũ, populorumq; iusta obtentione) sit regula. Præscriptio iustus titulus est dominij, & possessionis terrarum, & gentiũ, si tria tantũ obseruentur: primum si Princeps, aut possidens non recognoscat superiorẽ temporalem, cõsensio reipub. absq; tyrãnide, cũ aliqua possessione, illũ reddit securum: secundum, si habeant superiorem possidentes, tunc seruãdæ sunt leges præscriptionis: tertium, in inuentis solitarijs terris sine hominibus, ius inuenientis primi præfertur. Sine istis autem conditionibus non est tuta prælcriptio dominij terrarum;

cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum illis autem tuta est in conscientia cõtra quosuis emulos. Ad probationem huius assertionis suppono communem doctrinam prescriptionum legitimarũ, quæ securę sunt in conscientia;& fundantur in iure inuentionis rerum desertarum, de quibus agitur in iuris titulis de præscriptionibus , & per sumistas eodem verbo,& inuentũ: præcipuè per Syluestrum, Caietanũ,& alios,& Couarr. in regulas possessor, & peccatũ, & præcipuè præscriptionẽ securos reddere possessores in conscientia tradunt Magister Sot. lib. 4.de iustitia. quæst.5.art.4. & Medina de restitutione à quæstione. 16.

Probatio.

Iura Doctores.

Sotus. Medina.

Præscriptio Principum superiorum.

Sed quòd ad præsens attinet, probatur assertio hæc primo , quia vt dixi in prima regula, consensus reipub.est præcipuũ fundamentũ , & omnino validũ possessionis iustæ regnorum,& terrarum.& nota erga Principes non habentes temporalem superiorem, non esse obligationem obseruandi leges præscriptionis,quia Princeps solutus est legibus, secundum vim coactiuam:lege Princeps.ff.de legibus , licet teneatur vitare omnem iniuriã, vt probaui supra .q.3 .At nulli facit iniuriam Princeps,si sumat rempublicã,& conseruet terram ex consensu ipsius,qui est,vt dixi , totale fundamentum iustitiæ huius obtentionis : vt regula enim prima,& secunda probaui , ex iustis causis potest respública assumere caput , & mutare illud: & ideò nunc possidens ex consensu reipublicæ,tutus est in conscientia,contra omnes priores possessores,qui iam non habent ius ad illud dominium, propter exclusionem factam ab eo,qui poterat:scilicet à contrario consensu reipublicæ.

11 Vicissitudines regnorum securæ & præscripta possessio.

Et propter hoc fundamẽtum securos reddimus plures Principes, in multarũ vicissitudinum variatione, etiamsi priores possessores , aut eorum successores, absolu-

absolutarum rerum publicarum,vel feudatarum sine iusta,& noua causa, obmurmurent: nã satis est liber consensus reipub.absq; vi vlla,sed in pace . Et simul supponimus extitisse donationes , vel causas iustas, quæ ad quietem,& optimam gubernationem reipublicæ spectant , quæ conspectæ in principio huius mutationis , & possessionis, reddiderunt securam præscriptionem.Ex quibus etiam colligo securas esse quasdam donationes factas à magnis Principibus, quibusdam dominis sibi subditis,vel exemptis: cum vel consensu reipublicæ,vel ex vi tituli alterius iusti possideant terras illas,ita amplo dominio,vt partem quandam benemeritis dare possint:quod certè regulariter eget consensu reipublicæ,vt prima, & secunda regula patet:nisi delicta reipublicæ mererentur, vt per potestatẽ Regiam,& Pontificalẽ, dominium applicaretur alicui Principi, sublata ei disponẽdi potestate,sicut à Principe tyrãno auferretur licitè potestas , sed regulariter dictus cõsensus requiritũ, absq; vi vlla,quia resp. libera est: at vero Princeps bona fide potest donare , quæ cõmoda videãtur meritis suorũ amicorum ,quia id cedit in bonum reipublicæ,vt ad eam iuuandam animos multi sumant, quod si tunc non repugnet respublica, donator præscribit in donationis validitate,& donatarius tutus manet ex tũc, & post tempus legitimum securissimus.

Donationes Principum terrarũ erga optimates , securæ.

Abiatio potestatis ob delictum.

Simili titulo præscriptio est valida circa successionẽ principatuũ,siue hereditate,siue testamẽto:dũ nõ repugnat respub. (quia de iure repugnandi ex iustis causis secũda regula dictũ est.) Nam cũ dicto consensu,ex vi vsus,& præscriptionis, iustus est titulus dominij,etiãsi successione fiat,nemini fit iniuria, cum respub.cuius interest,nõ repugnet,& cũ res vniuersi diuisione,& iure gentium inuenienti,& possidenti con-

Successionis præscriptio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

concedantur,cum conditionibus cõsuetis, atq; ideò vbi consueuit succesio in principatu,& dominio,iu re præscriptionis iustè obtinetur.

12 De præscriptione dominorum, qui non sunt exépti.

Secundò loco probatur assertio nostra, erga non exẽptos præscribentes.hos enim dicimus obseruare debere leges cõmunes præscriptionis,de quibus me minerũt citati Doctores in probatione prima huius regulæ,quod certũ est,quia ij subdũtur legibus,& sic eas obseruare tenentur.Imò illæ in foro conscientię obligant,quia nõ solum cõtinent præceptũ,sed etiã ius gentiũ de diuisione,& applicatione rerũ,& præscriptione:in quibus fundantur dominia. Et ita per cõsequẽs iustitia violatur à priuatis, si leges præscriptionis violẽtur,quia pro illis positæ sunt, sicut pro summis Principibus cõsensum reip.esse pro lege dixi mus suprà,quo supposito, etiam legibus reipublicæ iuuari possunt. *Doctores citati.*

De tetris desertis.

Tertiò probatur vltima pars assertionis,circa inuẽ tas terras desertas,de quib⁹ sup. dicti Doctores agũt, & Sylvest.verb.inuẽtũ ad fi. Et res est clara:has esse primò inueniẽtis,& prę scriptioni esse locũ, quia nõ est ibi respub.nec priuatus,cuius interfit:& ita cõpre henduntur sub generali Dei cõcessione:vtẽdi rebus, facta hominibus Genesis. 1.Suppono autẽ illas non cadere in alicuius dictione:nam tunc iam cẽserentur cadere sub rerũ diuisione,& tunc esset iniusta vsur patio illarum iam acquisitarum alicui. *Sylvest.* *Genesis.*

13 Obiectionum Solutio. Prima de tumultu,& rebellione. Resposio.

Quod si aduersus supra dicta, quis obijciat primo: in eò quòd consensui rerum publicarum multum tri butum est,datã esse occasionẽ tumultibus,& rebellio nibus reipublicæ.Huic ego respondeo:veritatem nõ esse occultandam,sed cum excessus, & iniustitia in rebellione, & tumultus, sine causa iusta inueniretur, potest Princeps iure sui principatus coërcere multi-

multitudinem supplicio, & bello: nam licèt libera sit, non tamen potest passim, & ad libitum sine ratione mutare Principes: quia ius semel datum, permanens esse debet, non existente delicto Principis nociuo, & grauissimo: secus aliàs, vt dixi secunda regula. Quod si secundo quis obijciat ex alia parte, qua Principum potestati fauimus,datam esse occasionem Principum violentiæ,qui cum potentia valeant, par uo iuris colore inuadent facile terras. His adde, si tertio dixeris:neq; illis fauere posse præscriptionem, eo quod vi, & potentia possunt opprimere eos,quorum interest, & propterea & si derelinquant terras, quas potentes occupant,non sponte id facient: & sic non aderit fundamentum præscriptionis, quod est derelictio rerum, & possessio bona fide cæpta,& cõtinuata; & ideo suprà quæst.4. probaui, nõ esse adeò securam in conscientia præscriptionem potentium, aduersus impotentes. Quarto tandem;quare non omnes, etiam Principes custodient leges præscriptionis? siquidem iustæ sunt, & communi gentium consensione probatæ, & ita bona fides, tempus legitimum, & aliæ conditiones requirentur ad præscriptionem, etiam potentium. Sed respondeo negando sequelam, & inconueniens: quia primum tyrannidi nos locum non damus, sed iustis titulis Principum: quos iure, & non iniuria procedere posse fatemur; vel pace, & ratione agentes;vel bello cõtra iniuriatores: quod nullo modo tyrannicum est: quod si iustis titulis se non tueantur, Deus iudex, & vindex erit. Secundo, quòd ad præscriptionem attinet, aduertendum est: esse diuersam rationem in Principibus, & rebus publicis exemptis, & in subditis: nam isti legibus subduntur, vt dixi; illi vero non: & ideò si abstineant ab iniuria, & res applicatas dominio cu

Secunda de vi, & tyrannide.

Tertia de præscriptione potẽtium.

Suprà quæst.4 num. 10.

Resposio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

iusquam non vsurpent, nihil vlterius debent alicui. In super si is, cuius interest, populus consentiat, præscriptioni Principis, nullus est qui iure reclamet, quia vt dixi regula prima, & secunda, in occupatione terrarum reipublicæ cõsensus est præcipua radix iustitiæ. Item tyrannis, & vis aduersus respublicas certè rara est, & in Principibus pacifice gubernantibus non præsumitur, cum respublica multitudinem, & arma habeat; & Pontificem summum, apud quem conqueratur de Principe, si iniustus sit, sicut etiam Princeps alter, vel priuatus idem habet remedium. Quamuis non semper, neque in minutissimis quærelis, ratione vacantibus, audienda est multitudo. Deniq; diuersa est ratio præscribendi in alijs, quæ ad rerum diuisionem particularẽ spectant, vbi dominorũ de relictio inspicitur, ad ingressum præscriptionis. Alia verò ratio est dominationis Regnorum, & terrarum, in qua, si causæ iustæ ad sint, reipublicæ consensus iustum titulum præbet dominij, & etiam præscriptionis aduersus competitores: quia cum iusta causa, ipsa respublica domina est sui, ad acceptandum, & repudiandum Principem, vt dixi regula prima, & secunda.

14 Vltima regula de bello iusto.

Diximus hucusq; quibus titulis iustè possit Princeps obtinere regna, & dominia terrarum. Nunc breuiter etiam, & Theologico more agendum est de iustitia belli: necessarij quidem ad iustam occupationem Regnorum, & ad defensionem etiam, & ad tuendas facultates, personas, & religionem, & pacem communem ab aduersis. Sit ergo regula vltima: bellum iustum esse potest, & Deo acceptum; Conditiones belli iusti. si ad sit. Primò potestas publica ad publicum bellum; & naturalis defensionis necessitas in priuato, ad priuatã defensionem: quã priuatum bellũ dicimus.

Item

Item si adsit causa iusta motiua finis iusti consequendi, vel punitionis subditorum delinquentium, vel defensionis reipublicę ab iniustè impugnantibus illam, ne tunc, vel postea obsint, vel recuperationis propriæ dictionis, aut facultatum, vel protectionis religionis, & fidei. Hæc si concurrant iniustitia vacat bellum, & ius adest deprædandi licitè victos. Et vt omnino sanctè fiat, aduersa virtuti intẽtiovitãda est, & ad dictas iustas causas solum recta intentione aspiciendum. Insuper & priuati pro Principe præsumũt licitè, nisi de iniustitia manifestè alliàs cõstaret. Tãdem ex ignorantia, vel opinionum varietate, aliquãdo posset contingere bellum esse iustum ex vtraq; parte, quod raro fiet. Aliter sine istis conditionibus Probatio. non licet bellum. Hæc suma est iustitiæ, & iniustitię bellorum, de quibus scripsere D. Thomas. 2. 2. quæstione. 40. vbi Caietanus, & Victoria in relectione sexta, Sotus libro. 5. de iustitia quæstione. 1. &. 3. articulo. 5. Couarruuias regula peccatum. 2. parte. §. 9. & in caput. 4. decretalium epitomes. §. 4. parte. 2. Castro de hæresibus verbo bellum, subditus, & tyrãnus, Petrus Nauarra de restitutione in libro. 2. cap. 3. à numero. 258. Syluester, & sumistæ verbo bellum, tyrannus, & homicidium.

D. Thomas.
Caietanus.
Victoria.
Sotus.
Couarruuias.
Castro.
Nauarra.
Syluester.

15 Bellare licitum.

Sed breui ad materiæ resolutionem præsupponẽdum est primo: bellum secundum se iustum esse (& in bonam partem hoc nomen sonat pro bello iusto modo peracto, & non sicut homicidium, quod particularem prohibitam occisionem, non punitionẽ delinquentis indicat: quanuis vtraq; vox in bonam, & malam partem sumi possit.) Itaq; ex genere rei, bellum esse licitum quibusuis hominibus etiam christianis, cõstat diuinæ scripturæ authoritate in libris Moysis, & historialibus sacris, vbi sæpè diuina iussione

Moyses.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sione,bella plurima susceptа sunt, vsq; ad deprædationem, & necem inimicorum. deinde Matthæi.8. Dominus,& Lucæ.3. Ioannes Baptista militum, & ducum statum non reprobarunt,sed salutaribus præceptis moderati sunt.& Centurio laudatus est, etiam militare exercens officium. Deinde ad coertionem, &punitionem impiorum,vt bonos sinãt suis quiete frui,hoc genus publicæ gubernationis, & belli necessarium omninò est, vt docent B. Augustinus tomo.6 lib.22.contra Faustum, à cap.70.ad.78. & tomo.2.epistola.5. &. 74. & D. Thomas articulo.1. vbi supra, & hoc armorum genere vsi sunt catholici,& sanctissimi viri, quorum intentionem arcana cœlestia,crucis,& sanctorum apparitiones sæpe probarunt. & ideò semper ecclesia damnauit ineptum errorem eorũ,qui vt omnia in dubium reuocarent, bella damnarunt. vt Manichæi,& Oecolampadius, Cornelius Agrippa, & Lutherus,quos refert Castro vbi supra: nitebanturq; perfectioni pacis Christianæ, commendatæ sæpe in scripturis,vt psalmo.84. Veritas de terra orta est, & iustitia de cœlo prospexit: iustitia,& pax osculatæ sunt.et Isaiæ.11. de tempore euangelico scriptum erat: Non nocebunt, et non occident in vniuerso monte sancto meo, quia repleta est terra scientia domini. et Dominus Matthæi.26.assumptionẽ gladij suis prohibebat, et. c. 5. aiebat; ego autem dico vobis: non resistere malo. & Paulus ad Rom.12. non vos defendẽtes charissimi. Sed respõdẽt Thomas,& August. sacris litteris solũ vetari iniustam,& absq; authoritate occisionem: Et quandoq; mansuete ferẽda esse mala priuata, vt christiana pax custodiatur. neq; aliud prædictis sacris locis innuitur; sed inimicorum publicorũ destructionem etiam optabat Dauid Psalm.78.&.58.

Christus,et Ioãnes Bapt.

D.Augustin.

D. Thom.

Viri catholici.

Contra hæreticos.

Psalmista.

Isaias.

Christus.

D. Paulus.

Sed

16
Potestas publica ad bellum.

Sed ad belli causas accedentes, primum constituamus, præcipuum agens debere exercere potestatem publicam, vt iustè, & iure indicat bellum. Ita docẽt omnes præcitati doctores. & ratio est, quia iustum bellũm opus esse debet publicæ gubernationis,& cũ consilio susceptum ad bonum finem, non ad vindictam particularem; quia hæc quinto præcepto decalogi prohibetur: non vero defensio propria, vel aliena: quia hæc naturalis est, etiam vim vi repellendo, quæ communis est sententia doctorum, qui de homicidio agũt,& relatis locis. hocq; dicere possumus bellum priuatum defensiuum.

Doctores citati num.14.

Causæ belli.

Punitio subditorum.

Sed age iam de motiuis causis belli:quæ illius finis erunt, vt iustum sit. & primum manifestum est, subditorum delinquentium punitionem(cum ad turbines, & rebelliones redacta est respublica, nec potest coerceri mandatis, sed armis) tunc licere Principi, conuocare multitudinem, vt puniat eos, qui priuata authoritate conuocarunt tumultus, & deliquerunt, constat ex sententia eorundem doctorum, quos citaui.& ratio est, quia hæc punitio pars est gubernationis, eaq; valdè necessaria reipublicæ;& præcipuè cum communis tranquilitas perturbatur, qua perturbatione ferè omnia reipublicæ commoda corruunt. Sed maius dubium est, an liceat bello punire hostes,non subditos. Caietanus in dictum articulum primum D.Thomæ, & Couar. dicto.§.9. num.3. dicunt licere: quia ad bonam gubernationem reipub. ex lege naturæ hoc iustum censent, probantq; facto Machabæorum.1.lib.cap.9.vbi Ionathas, & Simon recordati sanguinis Ioannis fratris sui, surrexerunt ex insidijs,& occiderunt,& vulnerauerunt filios Iãbri. Sed ego de hac re vehementer dubito: quia Paulus epistolæ ad Corinth.1. cap.5. apertè dicit: Quid

Doct. ijdem.

De punitione nõ subditorum.

Caietanus.
D. Thomas.
Couarruuias.

Machab.

D. Paulus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mihi de his, qui foris sunt, iudicare; nonne de his, qui intus sunt vos iudicatis? nam eos, qui foris sunt, Deus iudicabit. Et ideò nisi illi de præsenti nocerēt, vel retinerent aliena à nostris vsurpata; vel nocituri sperarentur, non censerem securum bellum aduersus inimicos, sola ratione punitionis: quia punitio est actus iurisdictionis, qui debet fieri à proprio superiori, inimici verò extranei, nō sunt subditi nobis, nisi cum sunt in nostro territorio inuenti. Qua ratione Machabæi iustè potuerūt Iābritas punire, quia tota illa terra data erat Israelitis à Deo, vt patet libris Moysi, & Iosue. Peccata verò infidelitatis, & contra legē naturæ, & alia quæuis punire non possunt alieni Principes, iuxta D. Thomā. 2. 2. quæst. 10. artic. 8. Sotū dicta quæst. 3. art. 5. Victoriā dicta relectione. 5. num. 16. nisi in casu defensionis, vt circa quartam regulā dictum est. *D. Thomas. Sotus. Victoria.*

17 Tyranni punitio.

Alia belli, & punitionis necessitas est interior: cū tyranni oppressionem experiremur, sed breuiter in hac re dico (cū Magistro Soto lib. 5. de iustitia quæst. 1. art. 3. Couar. in. 2. parte epitomes decretalium c. 3. §. 4. Alfonso à Castro de hæresibus verbo tyrannus, & subditus, & cum concilio Constantiensi sess. 15.) tyrannū nullum habentem titulū, licere occidi, à quouis oppresso, vel vidente oppressionem alterius. quia defensio naturalis licet omnibus, etiā cum vi. Secundo verò affirmo tyrannum habentē titulum regni, vel dominij, non posse à quouis occidi, nisi mandato superioris, vel reipublicæ. ꝙ optimè probat Nauarra loco citato, à num. 309. per plures: & ratio est, quia ad quietem reipublicæ, & vt obedientia deferatur Principibus, cum pace christiana, nec detur occasio tumultibus, & falsis excusationibus obediēdi, iniustisq; suspicionibus priuatorū aduersus Principes, sint *Couarruuias. Castro. Conc. Constantiense. Nauarra.*

sint ne tyranni, nec ne: & quia iudicium omne spectat ad præfectos, & gubernatores reipublicæ, non ad priuatos; ideo non est authoritas apud priuatos occidendi tyrannum habētem titulum, quia ille præfectus est: & ita eius punitio pertinet ad totam rempublicam, cuius vices ille gerit; & cui subditur. præcipuè, cum ex sententia Caietani. 2. 2. quæst. 95. articulo. 8. belli suscepti prudenter conditio sit facultas bellandi, quod & dominus apud Lucam cap. 12. prædixerat. At priuatus has vires non habet aduersus tyrannum, sed totius reipublicæ auxilium necessarium est.

Vires ad bellum prudenter suscipiēdum. *Caietanus. Lucas.*

18 Defensio, & recuperatio suorum licet.

Alia iusta causa belli est defensio reipublicæ propriæ, vel alienæ in temporalibus; & fidei protectio in spiritualibus: similiter recuperatio propriorū, quæ ab inimicis vsurpata sunt, vel eorum, quæ competunt bellanti iusto aliquo titulo, aut donatione, aut hæreditate. In hoc consentiunt doctores omnes præcitati. & ratio est, quia defensio, & recuperatio propriorum iure diuino, naturæ, & gentium omnibus competit: tum erga sua, tum erga aliena defendenda: quia præcepto charitatis obligamur ad ordinatam dilectionem Dei, nostram, & proximorum, vt ex diuo Thoma. 2. 2. quæstione. 25. 26. & 40. constat, & ex dictis prioribus regulis; vbi diffusius hæc tractaui. & deniquè licerere vim vi repellere omni iure diffusè prouaui quæstione. 1. Zelus autem defensionis fidei christianis viris maximè competit, vti Dei filijs adoptiuis, cuius naturalis Christus eo studio ita ardebat, vt Psalmo sexagesimo octauo, & Ioā nis secundo dixerit patri: Zelus domus tuæ comedit me. *Doctores ijdē num. 14. D. Thomas. Sup. in. 1. quæstione nu. 12. Christus.*

19 De præda iusta.

Itaq; istis conditionibus constituto bello, licet dictos hostes deprædari. Ita docent omnes citati do- *Doctores citati num. 14.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctores, & ratio est, quia causa belli, & victoria faciũt subditos victos, & eorum bona appropriant victoribus iure gentium, & communi earum consensione: quia & sic fieri vbiq; videmus, nullo repugnante. & quia causæ iustæ, quæ dederunt ius nocendi personis, etiam facultatem fecerunt in bona deuictorum. & quia ius, & consensio gentium, quæ rerum diuisionem stabiliuit, in casu belli dedit ius ad bona deuictorum, vincentibus, vt metu hoc, inquieti contineantur, & seruetur pax: quare illud iustissimum supplicium est. Sed & sacris scripturis hoc ius spolij firmatum est, tum Exodi. 11. vbi iussu Dei tulerunt iusti spolia impiorum in exitu Israel de Aegypto; & in ingressu terræ promissionis, vt patet libro Iosue, & cæteris sacris historialibus; vbi sæpe Dei iussu, per os prophetarum, spolia ab inimicis sumpta sunt, ex quarto Regum. 7. & primo Regum. 30. lex illa Dauidica firmata est: æqua pars erit descendentis ad prælium, & remanentis ad sarcinas: & similiter diuident. idq; generaliter pro omni natione probatum est, per Isaiam capite. 9. exultant victores capta præda, quando diuidunt spolia.

Exodus.

Dauid.

Isaias.

20 Recta intentio.

Semper autem necessaria est recta intentio, sicut & causæ iustitia in suscipiente bellum, sicut ait D. Thomas secunda secundæ quæst. 40. art. 1. & D. Augustinus lib. 22. contra Faustum cap. 74. & lib. 83. quæst. q. 10. & Doctores citati. & ratio est, quia circunstantia finis mali vitiat opus. Cæterum priuati obedire tenentur Principi, & præsumere pro illius causa; nisi euidenter contrarium constaret nam tũc non excusarentur, vt dicunt doctores citati: præcipuè Sotus, Nauarra, & victoria. Insuper cauere debent priuati ab iniustitia particulari: vt à nimia extorsione, contra illud Lucæ. 3. neminem concutiatis,

D. Thomas.
D. Augustt.

Priuati obediant, & præsumant pro Principe.

Cauentur incommoda.

D. Lucas.

tis, & contenti estote stipendijs vestris, & iuxta illud Exodi. 23. & Deuteronomij. 20. insontem, et iustũ non occides. & ideò Victoria relect. 6. à num. 34. prudenter cauet, vt nisi speciali Dei mandato, vt Iosue. 6. &. 1. lib. Regum. 15. vel cum aliter non potest commodè persequi iustum bellum per accidens, non opprimantur, aut spolientur innocẽtes in bello, quia iustitia per se; & charitas semper sunt obseruanda. Insuper & nisi magna necessitate reipublicæ, non decet clericis per se ipsos belligerare, sed solum cõmitari, & iuuare in spiritualibus militantes, vt notãt D. Thomas, & Caietanus supra artic. 2. de duello vero supradixi.

Exodus.
Victoria.

D. Thomas.
Caietanus.
Sup. q. 5. à n. 20

21 Bellum iustum ex vtraq; parte per accidens.

Deniq; & animaduertere oportet, quod magister Victoria relectione. 5. nu. 6. & Sotus lib. 5. de iustitia q. 1. art. 7. notant, nõ oportere statim damnare Principes cõtraria bella gerentes, quia potest ex ignorantia dari iustum bellum ex vtraq; parte, quia vt inquit sapiens Sapientiæ. 9. incertæ sunt prouidentiæ nostræ, & hoc nõ culpa nostra, sed miseria humana causabit: quia inter doctores etiam doctos, & pios dari potest opinionum varietas propter probabilia fundamenta, ex vtraq; parte facti, & iuris, & rationis per accidens, ex humanarũ rerũ, & nostri ingenij conditione. Quæ opiniones vtrãq; partẽ inuincibiliter excusant, donec de veritate apertius cõstet. Cæterũ si prædictæ causæ belli iusti nõ cõcurrãt, iniustè bellũ exoriri, & continuari, cũ obligatione ad restitutionẽ certũ est, ex cõmuni doctrina: & doctorũ, quos citaui in principio probationis huius regulæ bellorũ; & eorũ, qui de restitut. scripserunt. eãq; rẽ disputat Petrus Nauarra vbi supra à num. 276. per plures sequentes. & ratio est, quia homicidium, & furtum naturali, & diuina lege iustitiæ, & charitatis vetantur, cum obligatione

Sotus.

Sapiens.

Vitetur iniustitia belli.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gatione satisfactionis: Exodi.20.& Matthæi.22. Et ita in his quæ grauissima sunt, magna animaduersione,& pietate vti debet Christianus Princeps,& eius consilium. Insuper,quòd quæst.2.&. 1. etiam in argumentis ex catholicæ doctrinæ archiuis probaui, iterum ad memoriam reduco Principibus: vt qui à Deo in supremo loco positi sunt, meminerint ei grati,eius res curare,& ecclesiasticæ hierarchiæ fauere potius, quam contradicere contendant, & ita nomen schismatis, aut superbæ rebelionis apud Christianos nec nominetur quidem,& ecclesiasticam libertatem,& causarum ecclesiasticarum expeditionē ne perturbent, nec appellationes admittant ecclesiasticæ rei, quod toto iure,vt dixi prohibetur,& antiquissimo decreto Cartagin.conc.c.9. c.placuit. 11.q. 1.& Trid.conc.sess.25.supracitato decreto:q de ordinarijs causarum progressibus,nō de causa vis: quæ per modū refugij,non appellationis,quæ nec nominãda esset ibi,intelligitur, quam licite tolli per Principes in subsidium ecclesiasticorū dixi quæst.1. Hæc habui,Christiane lector, quæ de nostræ reipublicæ defensione, & moderatione scriberem:tu pie, fructuoseq; accipito;& vtinam Deus, in cuius honorem offertur, laborem grate suscipiat.

Vitetur aduersus ecclesiam contentio.

Conc. Cartag. & Trident.

(.˙.)

** Soli DEO Honor & Gloria.**

MADRITI,

Apud Petrum Madrigal. Anno. 1591.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX ALPHABETICVS NOTABILIVM SENTENTIARVM.

Quæ notantur in singulis paginis per numeros; ac earum principio per.p. medio per.m. fine per.f. ac toto contextu per.t.

A

ABraham decimas obtulit Melchisedec.93.p.
Æliodorus dux Antiochi, ob violationẽ immunitatis grauiter punitus, resipuit.92.t.
Alcauala seu gabella, quomodo iusta.252.m.253.t.
Ambrosius beatus excommunicauit Theod. imper.106.p.
Anglia punita à Deo, ob violationẽ ecclesiasticæ libertatis, & immunitatis, & reuerentiæ erga Pontifices. 93.m.
Appellatio iure naturali conceditur.12.m.
Appellatio ad Regem vetatur clericis.133.p.474.p.
Apostolorũ decreta mutari possunt à Põtifice 146.t.147.p.
Apostolorũ præcepta varia, vel humana, vel diuina.147.m.
Aragoniæ cõsuetudo de arbitris in dubio iurisdictionis ecclesiasticæ, & Regalis.65.p.
Asia, ob superbã aduersus Romanos Põtifices, decidit.93.p
Assisium, vide sisa.
Auaritia ministrorum iustitiæ fœda, & reip. nociua.399. ad.403.t. ex ea quãta mala reip. adueniant.412.t.
Audaciæ occasio non datur per licentiam auferendi vim ecclesiasticam.81.p.

B

BAptismi antiquæ variæ sententiæ Pontificum.8.f.
Bella licita sunt Christianis. 467.f.468.t.
Bellorum periculum licet: ob bonum commune.26.m.
Belli liciti conditiones. 466.f. 467.p.
Bellũ, vt licite indicatur, requiritur potestas publica.469.p
Bellum, vt liceat, requirit iustã causam. ibidem.m.
Belli, an iusta causa sit punitio sola. ibidẽ, & 469.t.470.p.
Bellum, vt prudenter indicatur, requiruntur vires indicentis bellum.471.f.472.p.
Belli iusta causa est defensio reip. & recuperatio suorum. 471.m.
Bellum indicentis intentio recta

Universidad de Deusto
Biblioteca

requiritur. 472.*m.*
Bellum indicentis subditi, absolute præsumant pro Principe. ibidem.
Bellantes caueant, ne nociui sint innocentibus priuatis, nisi in casu necessario ad finem iustum. 472.*f.* 475.*t.*
Bellum iustum ex vtraq; parte. 471.*m.*
Bellum vide præda, dominium Regnum, Indi.
Beneficia ecclesiastica obligãtia ad horas, quæ? & quæ propriè talia sint? & quæ ex consuetudine? 355.*f.* & 156.*p.*
Bona particularium pro bono cõmuni auferre licet gubernãti. 258.259.260.*t.*
Bullarum suspectarum remediũ 49.50.51.*t.*
Bullarum subreptio, & obreptio contingens. 14.*f.* 49.*p.*
Bullæ Pontificales inspici possũt à Principe. 55.*m.*
Bullæ cœnæ Domini casus irreuerentiæ, & falsi prætextus contra iurisdictionem ecclesiæ. 80.*t.*

C

CAietanus Cardinalis audet asserere in Pontifice possibilem, in quibusdam particularibus, lapsum & fallibilitatẽ. 7.*f.* 17.*t. idem affirmat ius tollendæ vis ecclesiasticæ, per Principes.* 16.*t.*
Campestria: vide Rus, venatio, nemora, vetatio.
Canon clericalis quo modo intelligatur. 46.47.*f.* 49.*f.*
Censuræ quomodo ferendæ, & intelligendæ sint? 37.38.39.*t.*
Censuras, & canonẽ clericalẽ nõ incurrit tollens vim ecclesiasticam. 39.40.46.47.*t.*
Christiani ne se à subiectione subtrahant prætextu libertatis. 200.*m.*
Christiani lites fugere debẽt ex consilio Apostoli. 200.*f.*
Clericale priuilegium, & immunitas, ac libertas renuntiari nequit. 193.*m.*
Clerici non debent appellare ad Regem, sicut hæretici volebant. 133.*p.*
Clericis vetatur duellum. 363.364.*m.*
Clericis non vetatur taurorum spectatio in vijs apertis, vel vacuarum alligatarũ. 355.*f*
Clericis vetatur spectatio taurorũ in circo, si sint in sacris, vel beneficiati, vel regulares clerici. 355.*m.*
Clericis quare vetetur, nõ tãtũ nunc, sed & antiquitus spectatio spectaculorum immanium? 353.*p.*

Clerici

Clerici sub mortali obligãtur ab esse ab agitatione taurorum. 351.*t.*
Clerici primæ tonsuræ, & regulares non clerici non vetantur ab spectatione agitationis taurorum. 354.*f.*
Clerici ab hac spectatione nulli vetãtur, vbi motus proprius Pij. V. non sit in vsu, vetãtur vero vbi est in vsu, vel post publicationem, prælati instãt, vel probi censent obseruari. 350.*t.*
Clerici tenentur obseruare leges quasdã secularium Principũ, quæ ad gubernationẽ, & ad legem naturæ pertinẽt. 206.*p*
Clericis primæ tonsuræ etiam cõceduntur ecclesiastica priuilegia. 205.*t.*
Clericum percutiens excommunicatur ipso iure. 195.*f.* 196.*p*
Clerici ab iniuria proteguntur diuino iure. 196.*f.* 197.*t.*
Clericorũ libertas, & immunitas vide libertas, & immunitas.
Columbaria licita, secundum cõsuetudinem, & leges prouinciarum sunt. 327.328.*t.*
Commissarij, & coadiutores necessarij sunt gubernantibus. 126.*p.*
Commodũ allicit sapius ad subeunda onera publica. 208.*m.*
Commoda regia vide Princeps, tributa, ius.
Conculcatio segetum: quando liceat; vel vetetur. 309.*p.* 325*f.* 326.*p.*
Conductores redituum regiorũ, & publicorũ succedunt in ius conducentium. 286.*p.*
Confessariorum optimatum, ac Principũ animaduersio. 287.*t*
Confessariorum dominorum nemorum animaduersio. 310.*p*
Cõfessariorum officialium reip. aduertentia. 447.*m.*
Confraternitates laicorũ defendi possunt à Principe, ne eis immisceatur iurisdictio prælati. 56.*f.*
Conscientia erronea generat peccatum. 1.*m.*
Constantini Imper. deuotio erga ecclesiã, & seruandæ iurisdictionis religio. 95.*m.* 131.*f.*
Consuetudo per se non annullat legem ecclesiasticorum Pontificũ, nisi ex consensu, vel dissimulatione. 152.*f.* 153.154*t. valet tamen contra leges seculares. ibi.* 152.*p.*
Cõsuetudo valet in ecclesiasticis ex dissimulatione Pontificis. 155.*m.*
Consuetudo abrogatur per legẽ. 155.*f.* 156.*t.*
Cõsuetudines quædam probatæ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& præscripta: circa ecclesiæ libertatem. 192.*t.* 193.*t.*
Cõsuetudines huiusmodi reuocari nequeũt, sine consensu partis, cũ ius acquisitũ est. 193.*p*
Consuetudines quædã aduersus ecclesiã reprehendũtur. 195.*p*
Consuetudines quasdã circa immunitatem nõ necessarias tollere oporteret. 195.*m.*
Consumptibilia quando liceant ministris reip. 424.*m.*
Cruciatis laicis non prohibetur ludus, & spectatio taurorum. 355.*f.*
Custodes camporum ad quid obligentur in conscientia? 328.*f.*

D

Decimæ quota est de iure humano: sustẽtatio ministri de iure diuino. 36.*p.*
Decimarum cõcessio ab ecclesia facta laicis, quãdo liceat, & sit firma. 276.*f.* 277.*t.* 278.*p.*
Decretis omnibus ecclesiasticis reuerentia, & obedientia deferatur. 148.*t.*
Defensio naturalis, & necessaria, ac moderata licet. 26.*f.* 27.*t.* 459.*m.* 460.*t.*
Derechos Hispanè. 384.*m.*
Deus suauia, & facilia media iniungit. 36.*m.*
Diffinitiones ecclesiastica immutari non possunt. 141. 142.*t*
Diuites etiam possunt ferre stipẽdia piorum, & secularium operum. 393.*p.*
Doctores Deus posuit in ecclesia; vt eorum sententia cæteri ducantur. 37.*m.*
Dominium, vide Regnum.
Dominiorum diuisio inter Principes, & priuatos. 233.*f.*
Dominis terrarum optimatibus decent diuitiæ: sed moderatiores regalib⁹ sint. 283. 284.*t.*
Dominis concessa Principũ iura non sunt ita lata sicut in Principibus. 285.*t.*
Dona ministris reip. quæ non liceant, & quæ liceant, & quæ restituantur. 399. *ad.* 406. 429. *ad.* 435.
Donationes moderatæ solum licent Principi, & sunt firmæ: & non aliæ. 275.*m.* 276.*p.*
Donationes terrarũ quæ liceãt. 462.*m.*
Dubium iurisdictionũ ecclesiastica & secularis vel circa immunitatẽ dirimit ecclesiasticus. 64. *m. exceptis quibusdam.* 65.*p.*
Duella illicita. 359.*m.* 362.*m.* 363.*f. præter defensiua.* 360.*f.* 361.*f.*

E

Ecclesiæ fides infallibilis in noua, veteriq; lege. 112. 113. 114.*t*
Ecclesiæ impugnatio vitanda. 474.*p.*
Ecclesia habet potestatẽ à Deo erga fideles omnes: in ædificationem spiritualium, & ijs annexorum, nõ in destructionẽ, & in tẽporalia per se. 14.*m.* 15.*m.* 56.*m.* 67. 68. 69. 79.*t*
Ecclesiæ priuilegia seruãda sunt ab omnibus. 89.*f.*
Ecclesiæ immunitas, & libertas seruandæ sunt illæsæ ab omnibus Principib⁹. 96.*t. & cautellæ reprehẽdũtur.* 136.*f.*
Ecclesiastica priuilegia, & immunitas, ac libertas innouata sunt à Trident. concil. 69.*m.*
Ecclesiastica immunitas, & libertas partim à diuino, partim ab humano iure procedit. 166. *ad.* 184.*t.*
Ecclesiæ vnum corpus, & caput vnum. 104.*p.*
Ecclesiastici ministri ad Dei familiã specialius spectant, & ideò colendi. 90.*p.*
Ecclesiastici vltra mẽsuram, & commissionem Dei ne extendantur. 68.*t.*
Ecclesiastici iudicij incõmoda, quæ euenire solent. 35.*f.*
Ecclesiastici iudicij causæ, quæ? 201.*m. & exceptiones.* 199.*f.* 59.*f.*
Ecclesiasticis prælatis competit iudicium, & remedium erga causas etiam temporales fidelium: in casu tyrannidis, vel dissensionis, vel defectus iudicum. 202.*p.*
Episcopi à iure diuino habent potestatem suam. 119. 120.*t.*
Episcopi suarum diœcesum, etiã erga Principes sunt prælati. 123.*m.* 124.*t.* 125.*p.*
Episcopi Apostolorum successores sunt. 119. 120.*t.*
Error intolerabilis quis sit? 13.*p.* 38.*m.*
Exactio vide tributa, et Princeps
Excõmunicatio præsupponit mortale. 38.*f.*
Excommunicatio magna cautela, & circũspectione ferenda est. 39.*m.*
Eutrapelia virtus. 331.*t.*

F

Fallibilitatis, & infallibilitatis ecclesiasticorũ obiecta numerantur. 6.7.*t.*
Feræ: vide nemora, venatio, taurorum ludus, pugna.
Ferdinandi. 1. & 2. Regũ Hispaniæ memoria celebris. 94. 95.
Festiuis diebus ludus taurorũ prohibetur. 349.*f.* 353.*f.* 354.*p*
Festiuis diebus moderatiores esse debemus in venatione. 302.*p*
Fidei contrarium à nemine est audiendum. 128.*f.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

G

Gallia punita ob violationẽ ecclesiasticorum priuilegiorum. 93.m.
Galliæ consuetudo circa vim, ab aliquibus defenditur. 16.m. sed in quibusdam reprehenditur. 195.p. 132.p.
Galliarum antiqua reuerẽtia erga ecclesiam. 117.m.
Germanorum antiqua deuotio, erga Põtifices 150.p. 118.p.
Germani puniti sunt, ob violationẽ Põtificalis obedientiæ. 93.m
Gladij duo: spiritualis manu ecclesiæ, temporalis manu regũ mouẽdus ecclesiæ nutu. 104.m
Gratia Dei, & diuina præcepta non destruunt naturalia, neq; obstant. 83.m.
Græcia barbaris succubuit, ob irreuerentiam, & arrogantiam aduersus Pontificem. 93.p.
Gubernatio suauis perfectior est. 14.p.
Gubernatores necessarij sunt, ne resp. ruat. 127.f. 128.t.
Gubernatorum commoda, vide stipendia.
Gubernatores quid obseruabunt in agitatione taurorum. 356 m. 341.m.
Gubernatorum labor remuneratione dignus: ex B. Chrysostomo. 121. 122.t.

H

Henricus Angliæ Rex damnatus: ob violationem ecclesiasticæ libertatis. 131.f.
Hispanorum reuerentia erga Põtifices, & ecclesiã. 116.f. 94.m
Hispania quondam à Mauris oppressa est, propter Dei irã vindicantẽ Vuitissæ rebellionem cõtra Pontificem. 94.p.
Hispania, & Regũ eius consuetudines circa facultates, & bella defenduntur. 272. 273. 274.
Hispaniæ consuetudo: circa tollẽdã vim defenditur. 4. & 16. vsq; ad. 46.
Histriones defenduntur. 337.p.

I

Iambritæ. quare à Machabæis occisi sint. 470.p.
Immunitas, & libertas ecclesiæ, quomodo differant. 166.m.
Immunitas, & libertas ecclesiæ, à iure diuino partim, & humano etiam stabilitur. 186. f. vsq; ad. 184. Circa hoc opiniones variæ. 171. 172.t.
Immunitas, & libertas ecclesiæ circa spiritualia, in quibus pastores sunt ecclesiastici cæterorum, est de iure diuino, at in temporalibus est de iure humano. 173. ad. 179.
Immunitas, & libertas in humanis, & temporalibus stabilitur iure humano. 179. sed habent originem à iure diuino, ibidem, sed non conuincuntur ex iure diuino. 181.f. ad. 184.
Immunitatis, & libertatis priuilegia minora antiquitus fuere, quã nũc; tẽporũq; iniuria quædã permittebantur. 184. ad 186.
Immunitas, & libertas Ecclesiæ, generaliter reuocari nequeunt. 186.m. 187. 188.t. 194.t.
Immunitati, & libertati generaliter non obest consuetudo cõtraria. 190.f.
Immunitas, & libertas in particulari possunt tolli per Põtificem, & præscriptionem. 191.f. 192.t.
Immunitati, & libertati Ecclesiasticæ contradicere fædũ est Principi Christiano. 188.f. 189
Immunitas, & libertas Ecclesiasticorum circa tributa. 203. ad 206.
Immunitatis, & libertatis Ecclesiasticorum quo ad bona, exceptiones. 204.m.
Immunitatis, & libertatis Ecclesiasticæ violatores puniuntur à Deo. 91. 92. 190.p.
Immunitas, & libertas Ecclesiasticorũ à iudicio seculari. 198. m. partim ex iure diuino, partim humano. 199.m.
Immunitatis, & libertatis excepti casus. 199.f. 200. 59.f.
Immunitas sacrorũ, & templorũ. 207. 208. 209. ea iure diuino nõ stabilitur, sed fulcitur. 209. f. de ea monimenta antiquorũ. 211.m. 212.
Immunitas nõ debet fauere patrationi delictorum. 60.m.
Immunitas non obest, quando est periculum in mora. 65.m.
Immunitatis exceptiones. 59. 60.t
Immunitas Ecclesiæ sine tumultu est defendenda. 57. 58.m.
Imperator non est præsul Ecclesiæ. 133.f.
Imperij constituẽdi, quæ causæ fuerint. 459.f.
Incarceratio Archiepiscopi punita. 110.p.
Indi quomodo licitè obtineantur. 460.t.
Infallibilitas Papæ. 112.m.
Inferior nequit agere contra legem superioris, nisi ex permissione superioris. 12.f.
Infidelitas non est sufficiens causa belli, per se sola. 458.f.
Irreuerentes Ecclesiæ, & eius ministris à Deo puniuntur. 91.m.
Irreuerentia in Dei ministros, in Deum refertur. 226.f.
Instructio Ecclesiasticorũ non vetatur laicis iudicibus. 53.m.
Interpretatio legum diuinarũ, & naturalium fieri potest à Pontifice summo. 143.p.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Inuenta ad quẽ pertineant? 264. *ad.* 269.
Inuenienti licet præmium petere. 267.*p.*
Iudex qualis esse debeat? 403.*f.* 404.405.*t.*
*Iudicem precari nõ decere, sed informare solùm Socrates dicebat.*404.*m.*
*Iudicem omninò nudum animo, quasi statim moriturũ esse debere Plato dicebat.*404.*f.*
*Iudicem esse iustum animatum, dicebat Aristoteles.*405.*p.*
*Iudici non licet locare operas, sed tantùm ferre stipẽdium taxatum.*406.*f.*407.408.*t.*
Iudices dona, & munera accipientes reprehenduntur à sacris, & philosophis scriptoribus. 409. *m.*410.411.*t.*
*Iudicium Dei nunquam, Ecclesia verò quandoq; fallitur.*8.*m.*
Iudicia secularium in Ecclesiasticas res, non licet. 129. 133. 134.*t.*
*Iudices caueant dilationes, violentias, dissimulationes nimias, cauillationes, excessum, & duplicationem stipendij, & similia vitia.*434.*m.*435.*p.*85.*p.*
*Iudicium solùm est in casu dubio proprie; in apertis verò inspectio, & executio rationabilium inueniuntur.*73.*t.*
Iudicium propriè à secularibus, in ecclesiasticos exerceri nequit. ibidem.
Iura minutula ministrorũ reipub. 384.*m.*408.*p. vide stipẽdia.*
Iuramentum officialium reipub. circa stipendia, & receptiones. 421.*f.*422.*p.*
Ius diuinum, & naturale seruandũ est, & superius omnibus. 12. *p. neq; reuocari potest per Pontifices.* 138.*m.* 139.140.*t.*
Ius humanũ vniuersum euerti nõ potest. 12.*m.*
Ius tertij auferri nequit semp. 3.*t.*
Ius tollendæ vis: quomodo liceat p. 15. *& infra, & vide vis.*
Ius naturale non tollitur per leges diuinas, vel humanas: neq; gratia destruit naturam. 33.*m.*
*Iurium & patronatuum defensio licet.*55.*f.*
Ius Regis à Samuele expositum. 230.231.232.*t.*
*Iurisdictio Ecclesiastica, & secularis differunt multum in principio sui.*456.*m.*151.*f.*
Iustitiæ virtus seruanda. 13.*m.*

K

*Kambisis, vel Cambisis Regis Persarum factum egregium, excoriantis iudicem donis corruptum, atq; ex eius corio sufsulcentis sellã iudicij: ad sequẽtium cautellam.*409.*f.*

Laicorum

L

*Laicorum personæ, & res, & temporalia mera non subsunt Ecclesiasticæ iurisdictioni, nisi in ordine ad spiritualia.*56.*t.*
Læsio, & vis in quibus sit. 27.*f.*
Lex cùm derogatur, non intelligitur nocere iuri acquisito. 13.*p.* 163.*f.*164.*t.*
Legũ verba grauia, & pœna excõmunicationis significãt peccatũ mortale frangẽtis. 351.*t.*
Leges pœnales, obligant in conscientia. 324.*p.*
Leges obligant à tẽpore promulgationis in Curia, vel metropoli: & si ignorantes excusentur. 149.*t.*
Leges Pontificis, & Episcoporum per se nõ indigent acceptatione, sicut laicæ. 150.*t. & differunt in sui principio, ac fundamẽto.* 151.*f.*456.*m.*
Leges obligãt post acceptationem. 152.*p.*
Lex mortui legislatoris, quã vim habeat. 155.*p.*
Legum reuocatio rationabilis, vt liceat. 161.*p.*
*Legum reuocatio requirit mentionem præteritarũ.*162.*f.*163.*p.*
*Libertas à peccatis, non à subiectione.*79.*p.*
Libertas eccles. vide immunitas.
*Litera Apostolicæ licitè inspici possunt.*55.*m.*
Locabiles operæ ministrorum Ecclesiæ, & reipublicæ, quæ sint? 446.*t.*
Locari operæ, & labores salariatorũ nequent. 391.*m.*392.*p.*
Locari operæ spirituales, & per se annexæ ad spiritualium exercitiũ nequeunt. 389.*p.* 390.*t.*
Locari possunt operæ, & labores, quando per accidens annectuntur spiritualibus: vt cantus, docere, obligatio ad exercitium capellaniæ. 389.*m.*
Locans operas nè intendat vendere virtutem. 387.*f.*
*Locatio operarum, & laborum licet alias non sufficienter salariatis.*406.*f.*387.388.*t.*
Ludi varij generis: mali immoderati, boni moderati. 334.*t.* 336.*m.*
Ludendi consuetudo immoderata reprehenditur. 335.336.*m.*
Ludi specialiter prohibiti, qui? 337.*p.*
Ludus manualis, qui liceat, & qui non in cartis, & aleis, & similibus. 371.*m.*372.373.*t.*
Ludentium pulchra animaduersio, ex Vergilio. 374.
Ludi recreatiui licent. 331. *ad* 334.

M

Mandandi verbũ aliquando, & exhortandi sæpius assumere possunt Principes erga

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ecclesiasticos.51.f.
Manifestare nocumenta cuiq; licet, neq; hoc prohibent leges vllæ.34.p.
Militū iusta remuneratio.396. 397.398.t.
Monetæ constitutio, & auctio ad Principes, & rempublicā spectat.263.t.
Monetæ vsum accommodare licet ad publicas leuandas necessitates.261.f.262.t.
Minister reipublic.nè extorqueat iniusta.422.m.
Motus proprij obligatio, & conditiones.156.m.157.t.
Mundus regitur Ecclesiastica, ac Pontificali, & principali potestate.105.m.
Murmuratio contra iusta opera, iniusta est.1.p. contra Principes præcipuè.216.p.

N

Naufragorum bona non vsurpanda, sed custodienda à republica.269.m.
Nemora, & venationes licent. 298.299. dum absit iniuria. 303.t.
Nemora cum feris conceduntur Principibus, & optimatibus cū moderatione.304.305.
Nemorum defendendi quidam modus non probatur.306. ad 309.
Nemorum defendendorum vera cautio, & resolutio.310. ad 320.
Nemora cum feris, septa, & in proprijs prædijs dominorū carent scrupulo.312.p.
Nemora septa, etiam in terminis communibus licent.312.m.
Nemora possidētium animaduersio.312.f.
Nemora aperta in proprijs prædijs, vel cum ea conditione datis terris, vt tolerentur damna ferarum, licita sunt.313.m. 314.315.
Nemorum primi, & secundi modi domini ad nullam restitutionem damnorum ex feris prouenientium obligantur.315.m. sed quando non licent, integrè sunt damna restituenda.306. 308.m.316.ad.318.
Nemora cum feris nocentibus, nō septa, neq; limitata, non licent. 316.m.317.318.
Nemora limitata secundum exigentiam dignitatis principalis arbitrio boni viri: Principibus magnis ampliora quidem; optimatibus verò limitatiora licēt. 318.319.320.t.
Nemorum possessio ad iustam rationem redacta, non sunt à plebe murmurāda, aut carpenda. 320.f. Vide verbo vetatio, strages.
strages, Campestria.
Nouus modus prouidendi reip. & Principum cōmodis.288. ad.294.t.

O

Obedientia Ecclesiastica commendatur.160.m.
Obedientiæ limitatio.9.p.22.m.
Obedientia Ecclesiastica probatio.123.m.124.125.
Obēdientiam solam virtutes ingerere, & custodire, id est hanc solam habere generalem conditionē submissionis Deo, ad omnes virtutes.127.m.
Obedientiæ Ecclesiasticæ violatio vitetur.127.m.
Odiū, & vindicatio illicita sunt. 368.t.
Optimates. Vide Domini.

P

Pauperum causæ gratis agēdæ. 121.m.
Papæ resistere aliquando licere scripsit Caietanus.16.f.
Pœnæ acerbæ non expediunt, nisi pro grauissimis, non pro rebus campestribus.309.p.
Pontifici summo debetur reuerentia ab omnibus.114.f.115.
Pontifices excommunicauerunt, & Regnis priuarūt quosdam Reges, &c.104.p.
Pontifex, & legislator debēt rationabiliter ꝓcedere in cōstitutione, & reuocatione legū.162.m.
Pontifices, & Prælati, in quibus infallibiles, & fallibiles sint.6. p.7.m.
Pontificis summi mandata suspecta de subreptione, referenda sunt ad Pontificem, si commoditas adsit.49.p.50.m.
Pontifex summus habet potestatē in omnes fideles, etiā Principes, ad ædificationē.98.ad.101.
Pontifex summus habet potestatē circa spiritualia, & tēporalia ijs annexa, nō circa merè tēporalia.101.m.102.p.103.p.
Pontifices in Principes habent potestatē, & eā exercuerūt in illos. 103.m. vsq; ad.112. &.118.t.
Possessoriæ causæ etiā ecclesiasticæ cognitio ad quem spectet.200. p.40.m. secundū legem Hisp.
Præceptorū iustorū, iniustorum, & nullorum distinctio.38.p.
Præcepta antiquæ legis, quæ ad confirmationem virtutum, & legis naturæ per se spectāt, manent cum Euangelio.227.m.
Præcepta, & leges positiuas potest Pontifex reuocare, excepta iniuria tertij.144.145.t.
Præda iusta est, in bello iusto.471. f.472.p.
Prælatorum excessus contingibiles.129.f.9.m.
Prælatis etiam inferioribus obe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

diẽtia debetur. 125.*m.*129.*p.*
Prælatorum facta in bonam partem interpretanda sunt. 11.*p.*
Prælatos Ecclesiasticos decet non inferre vim, neq; nimios esse in iurisdictionis dilatatione, nè laicis se in nostra ingerendi, occasio detur. 81.*m.&f.*
Prælati debent præcipuè intendere correctioni subditorũ. ibidem.
Presbyteri successerunt in locum discipulorum Domini. 119.*f.*
Præscriptio, & iustus titulus quãdo locum habeant in Regnis, & alijs. 461.*f.*
Præscriptio in potentibus, quando secura, & quando scrupulosa sit. 462.464.*t.*4.65.*m.*466.*p.*306.*m.*307.*t.*309.*f.*
Præscriptionis vis, & conditiones. 156.157.*t.*
Præscriptio cõtra leges Ecclesiasticas, ex dissimulatione Pontificũ esse potest 152.*f.*155.*m.*
Præscriptio cũ mala fide non valet. 307.*m.*
Præscriptio legitima, etiã in conscientia tuetur possessorẽ. 307.*f.*308.*p.*
Principum iura reprehendere irrationabiliter vanum est, & iniustum. 1.*t.*
Principes habent ius ad tollendã vim Ecclesiasticorum, à pag. 15.*per mult.*
Principum paternum ius in rem p. & Ecclesiasticos etiam. 28.*f.* 29.*t.*30.*p.*31.*f.*
Principes obligantur, ad vim depellendam. 30.*m.*
Principes non habent imperium directum in Ecclesiasticos. 33.*p.*
Principes facilè obstant iniurijs. 36.*p.*
Principes, & eorũ iudices paterno, sed reuerenti modo loquẽdi vtantur, cum Ecclesiasticis. 51.*f.*52.*t.*
Principes, & eorum magistratus iustè instruunt Ecclesiasticos, cùm oportet. 53.*m.*
Principes prisci semper reuerentiam, erga Ecclesiam obseruarunt. 95.*f.*
Principes de immunitatis, & libertatis Ecclesiasticæ custodia, sint soliciti. 96.97.*t.*
Principes rationem Deo reddent arctißimam. 95.*f.*96.*p.*
Principũ opera bona reprehẽdi nõ debẽt, sed solùm mala. 215.*t.*
Principi debet respub. necessaria ad glorioſam sustentationẽ, & ad defensionẽ, & gubernationẽ reipub. 221.*f.vsq; ad.* 223.
Principũ abundantia honor reip. 218.*p.*
Principibus omnes nationes abũdanter prouiderunt. ibi f.
Princi-
Principum commoda authoritate sacra, & ecclesiastica nitũtur. 219.*m.vsq; ad.* 223.
Principũ, ac gubernantium labores iustum esse remunerari, censuis D. Chrysost. 221.222.
Principes nõ oportet esse nimios in suis cõmodis, & tributis. 223.*ad.* 229.
Principi conceduntur iustæ facultates. 229.*p.*
Principi negãtur iniusta, & immoderata à lege diuina. 227.*m.* 229.*f. de his sacra testimonia.* 230.*ad* 233.
Principes tenentur cũ subditis seruare iustitiã. 233.*m.* 235.*p.*
Principes habent diuisa dominia cum subditis: exceptis varijs prouinciarũ limitationibus, vel extensionibus. 233.*f.*234.*f.*
Principes moderati sint in tributis, & cõmodis. 235.*f.*236.*t.*
Principum specialia cõmoda statuuntur. 237.*m.& D. Thom. sententia ibi affertur.*
Principum bona intentio, & Doctorum cõsilia eos in multis excusant. 253.*f.*256.*p.*
Principes ne Duellis patrocinentur. 363.*m.*
Principis, seu Regiæ domus opulentia decet. 274.*f.*
Principes ne onerẽt reditus Regio sæpe. 290.*t.*
Principes nè tyrannicè aliena, etiã alijs appropriata cãpestria vsurpent: nisi in casu necessario. 229.*t.*
Principes Catholici iudicia ecclesiasticorũ repudiarũt. 131.*m.*
Principes considerẽt se habere in cœlis superiorem. 165.*p.*
Principi fœdum est contradicere ecclesiæ. 188.*f.*189.
Principes attendant quibus officia publica distribuant, vel vendant. 448.449.*t.*
Pugna cũ bestijs damnabilis sine causa est. 357.*f.*365.*m.*
Pugnæ huiusmodi licitæ sunt in quibusdam casibus. 366.*f.*

Q

QValitas personarum conducit ad qualitatẽ recreationum licitarum. 300.*f.*331.*t.*

R

REcreatio licita est. 331.332.333.
Reformatio sæpe perficitur melius p̃ homines varij status. 202.*f.*
Reges vide Principes.
Regum institutio à Deo. 452.*f.*453.*t.*
Regũ punitio per Pontifices. 103.*ad.* 119.*t.*
Regnorum ablatio per Põtifices. ibidem.
Regna, & dominia dat consensus populi. 451.*f.*452.*p.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Regnorum, & Regum mutatio ex cauſis iuſtis cõtingere poteſt iuſtè, non vero tyrannico communitatis placito. 454.*m.* 455.*t.*
Regnorũ ſucceſſionis ius, & præſcriptio in Regnis, & dominijs. 455.*f.* 463.*f.*
Regna, & dominio concedi poſſunt à Pontifice quandoq;. 456. 457.*t.*
Regnorum ingreſſus, & obtentionis: defenſio iuris naturalis licitus eſt titulus. 459.*m.* 460.*t.*
Regnorũ infidelium inuaſio, non ob ſolam infidelitatẽ, ſed quòd obſtaretur Euangelio, licita eſt. 458.*f.* 461.*p.*
Regnorũ & Regũ viciſſitudo ex iuſtis cauſis quãdo licet. 462.*f.*
Regnorũ & terrarũ deſertarũ inuaſio ab inuenientẽ licet. 464.*m.*
Romana ſedi ſemper omnis Eccleſia, & cõcilia reuerentiam habuerunt. 118.*m.* 95.*t.*
Reprehẽſio iuſtorũ operũ mala. 1.*p.*
Reſiſtere iniurianti, etiã Principi, & prælato, vitato ſcandalo licet. 34.*m.*
Reſtitutio ficta, & diminuta non ſatisfacit. 306. 307. 308. 309.*f.*
Reipublicæ ius contra vim Eccleſiaſticorum. 15.*m.*
Reſponſales Romanæ ſedis vbiq; ſemp in eccleſia exitiſſe. 119.*p.*
Reipublica ſuccurrẽdi commodis, modus aptus. 288.*ad.* 294.
Reuerẽtia Eccleſiaſticis miniſtris habita, Deo eſt accepta, & in eum refertur. 91.*p.*
Reuerentia Eccleſiaſtica præmio donatur à Deo. 94.*f.*
Reuocari nequeũt abſolutè cõceſſa, ſed ſolũ precaria: niſi ex cauſa extraordinaria. 278.279.*t.*
Reuocatio legis. Vide lex.
Ruris vſus ſtudioſus. 298. *ad* 230.

S

Sacerdotalis, & Eccleſiaſtica dignitas potior eſt principali. 106.*t.*
Salaria. Vide ſtipendia.
Scandalum nõ datur per ablationem vis Eccleſiaſticæ. 81.*m.*
Scrupulus indiſcretus peccatũ generat, erronea agente conſcientia. 1.*m.*
Scrupuloſa res eſſe cuiquã poterit: oneratio redituũ publicorũ frequens. 288.*f.* 290.*t. militibus Stipendia, & præmia grandia non dari.* 397.398.*p. nonattẽtiſſimè Principes viſitare officiales reipub. & ſuarum facultatum.* 236.*m.* 237.*p.* 449.*t. in officiorũ publicorũ diſtributione non eſſe maximam circunſpectionem.* 448.*m.* 449.
Schiſmata poſſibilia. 15.*m.*
Schiſmati quomodo à Principibus occurretur. 54.*m.*
Seculares eſt ſequi ſentẽtias doctorum 37.*f.*
Secularis iudex poteſt ſedare tumultus eccleſiaſticorum; & exceſſum in ſeruanda immunitate. 61.*m.* 62.64.*t.*
Secularis poteſt auferre arma ab eccleſiaſticis tumultuantibus, ſine periculo canonis. 62.*t.* 63
Seditio quomodo ſedãda à Principe. 54.*m.*
Sententiarum & cenſurarũ varia genera: iuſtarum, vel iniuſtarum, timendarum, nullarum, & continentium errorẽ intollerabilem. 37.*f.* 38.*t.*
Siſa Hiſpana. 250.*f.*
Socrates ne vexationem redimeret, obijt. 439.*m.*
Spectacula cruẽta abominabilia chriſtianis. 357.*ad.* 368.
Stipendia iuſta miniſtrorũ reip. 377.*ad.* 380.
Stipendia reip. Pericles inſtituit. 380.*m.*
Stipẽdia Ariſtoteles laudat. 380 *m. & Chryſoſtomus.* 381.*t. ex ratione naturali.* 382.*f.*
Stipendia à quibus rebus deducantur. 383.*t.*
Stipẽdia iuſtis titulis ſecura fiũt. 384.*f.*
Stipendij titulus iuſtus eſt: dum abſit tyrannis, vel ſimoniaca intentio. 385.386.*t.*
Stipendium moderatum licet omnibus. 392.*f.* 393.*p.*
Stipẽdia moderata quæ ſint? & in foro cõſciẽtia moderatio neceſſaria eſt. 393.*m.* 395.*p.*
Stipedia eccleſiaſticis, & laicis licent. 395.*m.* 396.*p.*
Stipendia, & cõmoda in particulari. 413. *vſq; ad.* 416.
Stipendia, & accepta vel licita, vel ſine reſtitutionis neceſſitate, quæ ſint? 439.*f.* 440.*t.*
Stipẽdia vel data miniſtro reip. pure donata, lege, vel iuramento non fractis, licent. 441.*t.*
Stipendia, & data in ſpeciali licita. 442.*m.* 443.*t.*
Stipendia, & accepta cõtra legẽ, non ſemper obligant ad reſtitutionem. 443.*f.* 444.*t. ſemper tñ illicita ſunt.* 423.*m.*
Stipendia, & data præter taxationẽ, pro opere nõ debito ex officio, licent omnino. 445.*t.*
Stipendia quædam ex conſuetudine licent. 466.*m.* 447.*p.*
Stipendium, vel datum extortũ vi, vel vexatione, aut cautela, illicita, & reſtituẽda ſunt. 427.*p.* 424.425.*t.* 422.*m.* 431.*f. etiã ſi prætextu quouis tuerẽtur ſe miniſtri.* 424.*p.* 427.*t.* 425.*p.* 426.*t.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Stipendia vel dona consumptibilia.424.m.
Stipendia & dona pro malo, vel omißione boni, quæ licent, & quæ non.431.m.432.433.t
Stipendia vel dona, pro dißimulatione, & omißione.431.m. 432.433.t.
Stipendiorũ leges quæ vetent, & taxent.429.f.430.t.
Stipendiorũ leges obligant in conſciẽtia.428.m.429.t. & quo modo ad pœnam.ibi.
Stipendia taxata & moderata licent.440.f.
Stipẽdiorũ taxatio, vid. taxatio.
Strages eſt ſemper vetita, etiam in communibus cãpis.325 m.
Studia tueri pertinet ad Principes: & ſtudentes laici ſubſunt illis.56.f.
Suauitas in gubernatione ſeruãda eſt.101.f.
Suauia media, ad quamlibet cõſequutionẽ optat Deus.36.m
Suauitas in legibus eccleſiæ eſt neceſſaria.159.f.
Subreptio, & obreptio mandatorum.49.t.12.14.f.
Subſidia eccleſiaſtica iuſtè ſunt Regibus cõceſſa.276.m. vſq; ad.282.t.
Succurrere obligatur potens afflictis chriſtianis aduerſus infideles.273.m.

T

TAurorum agitatio in circo per ſe non eſt mala, ſi incommoda vitentur.337.ad.341.
Taurorũ ludo gubernatores præſpiciant.341.t.356.m.
Taurorum ludos & alios ſpectãtes nõ peccãt.342.m.336.t.
Taurorũ ludus quomodo à iure & motib⁹ proprijs ſit vetitus, vel limitatus.343.348.t. in hac re, quam variationẽ per vſum leges huiuſmodi habeant.349.350.m.
Taurorum agitatio non eſt nũc vetita, niſi ſecundũ certas circũſtantias.349.m. Circa taurorum agitationẽ vota ſunt vetita, & irritata.349.f.
Taurorũ ludum ſpectare certis eccleſiaſticis perſonis eſt prohibitum.350.t.
Taxatio ſtipendiorũ miniſtrorũ Reip. ſecularis à legibus ſtatuta communibus, & à cõſuetudine.413.414.ad.418.
Taxatio obligat in conſcientia, ne vlterius ſumatur, pro actu debito.414.415.t.
Taxatio ſtipendiorũ miniſtrorũ eccleſiæ.416.417.t.
Taxatio ſtipẽdiorum pro Hiſpania.418.ad.421.t.
Temporalia ad Dei cultum ſpectant.188.m.

Templo-

Templorum, & ſacrorum reuerẽtia.65.p.
Theologi eſt proprium decernere de Principum, & miniſtrorũ reipub. iuribus in conſcientia.217.p.
Theſauri cuius ſint? 269.ad. 272.
Theſaurorum, & inuentorũ differentia.270.m.
Theſauri, & inuẽta ſunt Reip. incolarum, & Principum.271.t.
Thomas Cantuarienſis beatus martyr occubuit pro defenſione eccleſiaſtica libertatis.189.m.190.m.
Terrarum donationes quæ valeant? 462.m.
Terra deſerta occupantis fiunt.464.m.
Teſtium ſalaria, & cõmoda licita.420.f.421.p.
Tributa varia ſunt in quauis republica.241.242.244.p.
Tributorum iuſtorum conditiones.243.f.
Tributa moderata eſſe debent.244.m.
Tributũ æqualiter imponi debet.245.t.
Tributa pẽdere debent omnes participantes vtilitatem: naturales, vel exteri.246.m.
Tributum pro vtilitatis publicæ cauſa eſſe debet ſolũ.246.f.
Tributi cauſam, ac finẽ explere debet Princeps.247.m.
Tributi cauſa ceſſante, ceſſat tributum.247.f.248.t. niſi in aliã æqualẽ ſubrogetur. ibi.m.
Tributa noua quando liceãt, & quando non liceant.249.m. 250.p.
Tributum imponere quis poßit? 243.f.244.p.252.f.
Tributa iniuſta reſtituere impoſitores tenentur.253.m.
Tributorũ impoſitio præſumitur iuſta, niſi in caſu apertæ tyrãnidis.254.m.255.m.
Tributa defraudare non licet. 255.f.256.p.
Tributa occultare data opera nõ licet, ſed manifeſtare non eſt neceſſariũ: vbi in vſu non ſit contrarium.256.f.257.t.
Tributa Hiſpana.242.p.244.p
Tyranni punitio, à quo fieri poſſit.470.m.

V

VAga camporum licet Principi aſſumere, ſed communia populorũ in ſolo caſu neceſſitatis cõmunis.261.p.329.t.
Venatio quando ſit ſtudioſa, vide nemora, & rus.
Venationes, ac nemora licent. 298.299.t.
Venantes ab iniuria tertij, & ab exceſſiuis

Universidad de Deusto
Biblioteca

excessiuis sumptibus abstinere debent. 303.*t.* 302.*m.*
Venatio, & piscatio omniũ statuũ hominibus licent. 301.*m.*
Venatio in festis moderatior sit. 302.*p.*
Vetatio cãpestrium, cum equitati cõiũgitur, licet. 321.*ad.* 329
Vetatio nõ intelligitur in cuiusq; propriis. 322 *m.*
Vetatio cum appositione pœnæ expedit fieri in campestribus. 321.323.*t.*
Vetatio campestrium cõmunium, & apertorum (ex vsu cõmuni, & voluntate Principum) nõ obligat ad peccatum, neq; ad restitutionem. 325.*p.*
Vetita sunt domestica animalia, & conclusa campestria in cõscientia. 326.*m.*
Vexationis redemptio quando liceat? 435.*ad.* 439.
Venditio iustitiæ quam turpis sit. 406.*p. ad.* 412. *in qua non includitur iustum stipẽdium.* 406.*f.*
Venditio officiorum publicorum quomodo liceat. & quæ incõmoda vitanda sint in hoc à republica, & Principe. 447. 448.*t.*
Vindicatio illicita, & à christianis valdè aliena. 358.*ad.* 371
Vis ab ecclesiasticis iudicibus, & prælatis illatæ ablatio antiquissima est in Hispania ante concilium Tol. 13.193.*m.*
Vim inferri à prælatis ecclesiasticis possibile est. 6.*p.* 11.*p. & in illis vitia possibilia.* 15.*m.*
Vis cognoscendæ regulæ. 12.13. 14.*t.*
Vis infertur, cum agit prælatus contra ius diuinum, & naturale. 12.*p.*
Vis infertur, si (male gubernando contra veritatem, & præceptum euangelicum. Ioann. 21. *pascendi apte oues Christi) peruerterẽt uromnia humana iura irrationabiliter.* 12.*m*
Vis infertur, cũ ageret inferior prælatus contra legem superioris, nisi in casu. 12.*f.*
Vis infertur cum errore intollerabili ageret prælatus prater cõmissionẽ, & potestatẽ. 13.*p.*
Vis infertur cum bonum, & ius tertij aufertur. 13.*m.*
Vis infertur cũ insuauiter cũ in iuria gubernat prælatus. 14.*p*
Vis infertur cum prælati non agerẽt iustè, neq; secundũ conditionẽ potestatis à Deo datæ ad ædificationem, sed ad destructionem. 14.*m.*
Vis in quibus pcipue adsit. 27.*f.*
Vis illata ab ecclesiasticis iustè, & secure semper aufertur à Principe, & repub. 15.*m.*
Vis tollendæ ius defendunt graues autores, & Caiet. Card. 15.16.17.*t.*
Vis tollẽdæ ius, quibus positiuis iuribus nitatur. 18.19.*t.* 28.*ad.* 31.
Vis ablatio à iure diuino procedit. 20.*ad.* 24.*t.*
Vis ablatio iure naturali nititur. 25.*m.*
Vis depellẽdæ ius paternũ Princeps habet, & ad id obligatur etiam. 28.*ad.* 31.
Vis ablatio fauet multum ecclesiasticæ potestati, & authoritati. 34.*m.* 74.*ad.* 77.
Vis ablatio facile perficitur per viam secularem, & difficile per ecclesiasticam. 35.36.*t.*
Vim tollens puro, & nõ paliato animo, non incurrit cẽsuras. 36.*f.* 49.*p.* 78.79.*t.* 179.*f.*
Vis ecclesiasticæ ablatio practica in Castella, Nauarra, & coniunctis prouincijs. 40.*m.* 41.*ad.* 45.48. & 49.*t.*
Vis tollẽdæ medium riguroſum defenditur. 45.46.*t. sine in cursu censurarũ.* 46.*f.* 47.*t.*
Vis si quãdo ad Pontificis summi curiã pertineat, quomodo tollatur. 48.*f.* 49.*t.* 202.*p.*
Vim continens prolata sentẽtia retractari curetur, vel omni remedio cessante, declaretur nulla à doctis. 48.*p.* 51.*p.*
Vis contra ius naturale tollenda. 54.55.*t.*
Vis illata contra ius positiuum tollenda. 55.*p.*
Vis illata in ius tertij. & patronatus, & in laica: non necessaria ad spiritualia, tollenda à Principe. 55.*f.* 56.*t.*
Vis in vsu immunitatis, & libertatis ecclesiastica tolli potest à laicis iudicib⁹. 57.59.*t*
Vis ablationem non tollit ecclesiasticæ potestatis, nec immunitatis, aut libertatis priuilegium. 66.67.*t.*
Vis ablationem non tollit vetatio iudicij secularium in ecclesiasticos. 71.*f.* 72.*t.*
Vis ablatio sincera, non tollitur per censuras bullæ cœnæ dñi, sed falax tantũ. 79.*f.* 80.*t.*
Vis ablatio non dat occasionem scandali per se. 81.*p.*
Vis si continetur in mandatis Pontificalibus quid agatur. 50.*m.*
Vis ablatio in causis magnis, & paruis licet. 77.*m.*
Vis ablatio in causis apertis licet. 135.*f.*
Vim non continens sententia ecclesiastica non est impedienda. 53.*f.* 54.*p.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vis ablationem cautelose, & sine causa ne petant priuati. 82.83.*t.*

Vis prætextus in causis dubijs ne contendatur à laicis: quim incidatur in bullam cœnæ domini. 129.136 *m.* 137.*t.*

Vis ablatio fraudulenta, & per inuasionem in ecclesiasticam iurisdictionem, non est licita laicis. 136.*f.*

Vis ablatio fiat, cũ licet laicis, sine excessu. 88.89.*t.*

Vis querella nõ fiat per modum appellationis, sed petitionis remedij paternalis. 474.*f.*

Vim si auferre valeat ecclesiasticus superior ab ecclesiasticis, ne fiat per laicos. 75.*f.*

sed communiter per laicos id fieri potest. 74.*ad.* 77.

Vis aufertur per varios Status ab ecclesiasticis per laicos Principes, à laicis per Pontifices. 202.*m.*

Vvitissa Rex Gotthus Hispaniæ vetuit clericorum ad Pontificem recursum. 94.*m.*

X

XEnia an liceant iudicibus, & ministris publicis recipere. Vide verbo comestibilia: quod idem significat.

Z

ZOsimi Papæ decretum: de reuocatione Pontificalium decretorum declaratur. 148.*m.*

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca